Tiberij Cæſaris veniæ petitio. glo. j. nu. j. tract. vt contra. teſtã. 392
Tiberius Cæſar immunitates aſylorum abroga uit. arti. j. glo. j. nu. 4. tract. immu. eccl. 312
Tibicines intra ſex menſes ſalarium petere de bent. art. j. glo. xiiij. de merca. minu. 225
Titulus de aliena. iudi. declaratur. artic. j. gloſ. j. nu. 8. & ſeq. tract. ceſsio. 454
Tranſactio & diſtractus vt annullentur, an poſ ſit peti poſt xxxv. annos. artic. ij. glo. v. nu. 3. de reſti. 149
Tranſactio facta non viſo teſtamento, reſcindi ſoler. nu. 33. in præfa. de reſciſ. contrac. 162
Tranſactio quando per reſcriptum poſsit re ſcindi. arti. vno. gloſ. vj. nu. 3. eod. 169
Trãſa ctio poſt areſtum facta fuit annullata per Senatum. nu. 4. ibidem. 170
Tranſactio quomodo reſcindatur per l. ij. de reſcinden. vendi. articu. vno. gloſſa xv. nu. 18. ibidem. 182
Tranſactione læſus vltra dimidiam. quare po tius reſtituitur, quàm qui per ſententiam fuit læſus. gl. xv. nu. 16. ibid. 182
Tranſactio confirmata per areſtum à Senatu contra actorem, an poſsit à reo poſteà reſ cindi. gl. xxj. nu 4. ibid. 195
Transferre actiones & cedere, idem. articu. j. gloſſ. j. nu. 1. tract. ceſsio. 453
Transferre litem quid. nu. 1. ibid. 453
Tranſigentis bona quando ſint tacitè obliga ta. articu. j. gloſſa xiiij. numero 57. de con ſti. reddi. 417
Tranſigere minor valens, ſi condemnetur, re ſtituitur. arti. j. gl. iij. nu. 20. de reſti. 128
Tres ſtatus qui. art. j. gl. iij. tract. ceſſ. 455
Tria in immunitate munerum requiſita. art. j. gl. j. nu. 6. tract. immuni. eccl. 333
Tribus modis cognoſcuntur contractus. nu. 60. in præfa. de reſciſ. contract. 165
Tribus veſtibus quis debet eſſe contentus nu. 35. de pannis aureis. 260
Trigintaquinque anni debent eſſe completi ad excludendam reſtitutionem. articu. ij. glo. ij. de reſti. 141
Trinundino auctio inclamata quid. nume. 13. in præfa. de præco. 430
Tumultum faciens in eccleſia capitali pœna pu nitur. articu. j. gloſſa j. nu. 7. tract. immuni ta. eccle. 333
Tunica veſtis multiplex. numero 11. de pannis aureis. 258
Tutor ſibi ſoluere poteſt. art. j. gloſſ. j. nume. 5. de dona. tuto. 357
Tutor palàm à pupillo emere poteſt, & alius ad miniſtrator. art. vno. gloſſ. ij. numero 4. de dona. tuto. 359
Tutores & alieno agentes nomine promptam fidem poteſtatis facere debent. arti. iij. nu. 19. de lit. dilato. 87
Tutoris conſanguineo donatio à pupillo facta non valet gloſſ. v. de dona. tuto. 361

V

Vaſſalus non vtitur literis annalibus vel quinquennalibus contra dominum. artic. j. gl. j. nume. 20. de lite. dilato. pag. 69
Vaſſalus an ſine domini conſenſu poſsit cede re. arti. j. glo. vij. tract. ceſsio. 458
Vectigalia nullus quàm princeps imponit. art. ij. de merca. 207
Veſtigalia cur inuenta. arti. ij. glo. v. tract. vt be neſi. 348
Vendendi bona in auctionibus mos antiquo rum. nu. 17. in præfa. de præco. 431
Vendens rem alienam deceptus, reſtituitur. art. vno. gl. xv. nu. 23. de reſci contract. 183
Vendens vinum ex proprio non dicitur mercator, ideo non ſoluit impoſitiones. articu. vlt. nu. 23. de mercato. 212
Vendens rem cenſualem vt liberam, tenetur ad id, quod intereſt. arti. j. gloſſ. xvij. nu. 17. de conſti. reddi. 422
Vendentium vinum dilutum pro puro, pœna. nu. 18. de hoſpitib. 276
Vendicari res poteſt à mercatore poſt ſex men ſes. art. j. gl. vl. nu. 11. de merca. minu. 233
Venditio rei donatæ an valeat ante inſinuatio nem. art. j. gl. vij. de dona. inſinuan. 379
Venditio repetitia die non valet. art. j. gloſſ. ix. de conſti. reddi. 410
Venditio redditus eſt odioſa. arti. j. gloſſ. xij. eodem. 411
Venditionis cauſa ex pacto ceſsio fit. artic. j. gl. vij. tract. ceſsio 458

Veneno occidẽs hominem, non iuuatur immu nitate. art. j. gl. j. nu. 19. tra. immu. eccle. 335
Veniam ætatis impetrans intra quod tempus reſtitutionem petere debeat. articu. ij. gloſſa ij. 141. de reſti.
Veniæ ætatis requiſita, & praxis. articu. j. gloſ. j. nu. 23. & ſeq. de regeſt. 314
Veſtes hyemales & æſtiuæ quando præſtari de beant. nu. 29. de pannis aureis. 260
Veſtimenta epiſcoporum & regum vſurpare prohibitum eſt nu. 24. eodem. 259
Veſtis aurea, ſericea, & argentea prohibentur omnibus dempto principe. nu. 10. eodẽ. 258
Veſtis intertexta auro prohibetur. numero 15. ibidem. 288
Veſtitus ſuperfluí incommoda. nu. 18. ibid.
Veteres apud acta liberos profitebantur. arti. j. glo. j. de regeſt. 312
Viator capere poteſt delinquentem etiam extra territorium, ſed non extrahere. articulo vno. gl. inj. nu. 3. de lite. requiſi. 106
Vitrici bona ſunt tacitè obligata pro tutelæ adminiſtratione ſuæ vxoris, ſuis priuignis. art. j. gl. xiiij. nu. 19 de conſti. red. 414
Vitricus & nouerca plus priuigno nocent, quàm proſint. arti. ij. gloſſa iij. numero 16. tracta. ceſſ. 466
Vinculis ſubiici non debet quis intra eccleſiam. gl. j. nu. 36. tract. immu. eccle. 338
Vinculum contractus quid ſit. artic. j. gl. viij. nu. 10. de conſti. reddi. 403
Violator immunitatis qua pœna puniatur. gl. j. nu. 30. tract. immu. eccle. 337
Violatores legum quomodo puniantur. arti. ij. gl. xvij. tract. vt benefi. 353
Violentia multiplex, & de qua intelligatur ordinatio. articu. vno. glo. xiij. num. j. de reſciſ. contract. 177
Virtutem legis habent reſcripta. nume. 156. in præfa. de reſcrip. 51
Vis turbatiua inducit reſciſsionem contractus. arti. vno. gl. xij. nu. 3. de reſciſ. contract. 177
Vis inferri ſequeſtro non debet. art. iij. gloſ. vna nu. 1. de præcon. 438
Viſitanda ſingulis annis pharmaca. articu. j. glo. iiij. in fi. de merca. minu. 221
Viuus, vel mortuus, vt quis capiatur nõ poteſt iudex decernere. nu. 14. de literis requiſi. 99
Voluntas omnis principis non eſt lex, ſed pro le ge habetur. art. iij. gl. j. de reſcrip. 50
Voluntas ex tribus cognoſci poteſt. arti. vlt. glo. vnica. nu. 2. & ſeq. de merca. 209
Vſurarij bona an ſint obligata pro vſuris. arti. j. gloſ. xiiij. nu. 32. de conſti. reddi. 416
Vtilitas quando cõtractus eſt nullus, vel tenet. nu. 14. in præfa. de reſciſ. contract. 158
Vtilitates ex magiſterio. arti. ij. nu. 8. de magiſt. artiſi. 305
Vtilitates vt declaretur mors beneficiat. ar. vni. gl. xv. nu. 10. tract. ne benefi cadaue. 327
Vxor ſine viri conſenſu contrahens quãdo poſ ſit reſcindere contractum, etiam poſt decem annos vel intra. arti. vno. gloſ. viij. num. 2. de reſciſ. contrac. 170
Vxor ad reſcindendum contractum metu viri factum, habet decennium computandum à tempore mortis mariti. art. vno. glo. xxij. nu. 2. eodem. 196
Vxor vel maritus an poſsint de dono Regio cõ queſtum habere. art. ij. gloſ. vlti. tract. vt be nefic. 355
Vxor quando executionem in bonis mariti fa ctam impedire poſsit. art. j. glo. xiiij. nu. 43. de conſti. reddi. 418
Vxor non cedit fratri mariti. arti. ij. glo. iiij. nu. 10. tract. ceſsio. 468
Vxores militantium, & armigerorum an gau deant literis ſtatus. art. j. gloſ. iiij. 80. de lite. dilato.

Finis. Benedictus ſit Deus. amen.

Spes mea Chriſtus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRACTATVS DE RESCRIPTIS, SEV LITERIS REGIIS, IN FORENSI IVDICIO non minus frequens quàm vtilis, incipit.

PRIMVM SCIENDVM EST rescriptorum multa variáque esse genera, de quibus paulò pòst dicam quæstio. x. Et quoniam rescripta, quibus vtimur, pragmatici literas Regias appellant, idcirco hunc Tractatum de rescriptis, seu literis Regiis nuncupaui. Cùm autẽ hanc materiam in foro adeò vsitatam videã, vt vix litem vnam inuenias, in qua rescripti alicuius vsus non sit, decreui pro virili quàm breuissimè & apertissimè potero, eorum tractatum perstringere: vtilitas enim rei non solùm vt id faciam me admonet, sed etiam neglectus à iuris interpretibus (vt mihi videtur) in eam rem labor. Nam neque hactenus vllum vidi, qui rei magnitudini & vtilitati (si ad forensem vsum respicias) satisfecerit: quod neque nos quidem polliceamur: laborem enim tantùm nostrum ad fori consuetudinẽ nos promittimus relaturos, nihilque quod ad praxim pertinere existimemus, auspicante Deo, prætermissuros.

Totius tra. Status summa.

1 Et primùm omnium dicam quid sit rescriptum. Secundò, vnde dicatur. Tertiò, quid differat à beneficio, priuilegio & mandato. Quartò, quis illa concedere possit. Quintò, quis illa impetrare. Sextò, contra quem impetrari iure valeant. Septimò, quæ in rescripti impetratione requirantur. Octauò quibus dirigenda sint rescripta, seu literæ Regiæ. Nonò, super quibus rebus concedantur. Decimò, quotuplex sit rescriptum. Vndecimò, quis sit rescriptorum effectus & vtilitas. Duodecimò, quomodo impugnentur rescripta, & literæ Regiæ, vel amittantur. Decimotertiò, quomodo sententia super rescriptis ferri debeat. Vltimò, text. legum Regiarum huic materiæ accommodum paucis elucidabo. Quibus diligenter excussis, quisque & rescriptorum materiam, & praxim curiarum super illis paruo negotio consequi poterit.

Rescriptũ quomodo accipiatur.

2 Interim vt faciliùs hæc intelligi materia possit, nosse oportet rescriptũ hîc, vel rescribere, nõ accipi pro reddere, seu restituere vel renunciare, vt Budæus ait in l. si vir vxori. ff. de præscrip. verb.

Sed rescribere idem est quod per literas quicquam concedere, iubere, mãdare vel statuere. l. Impetrator rescripsit. ff. de statu hom. l. Imperatores Antoni. & Seuerus rescripserunt. ff. de publicanis & vectigal. & l. Imperator Antonius rescrip. de legatis ij. aliísque multis in locis, vt inferius apparebit. Et vt ordinem præscriptum prosequi liceat, ad primum pergo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid sit rescriptum.

Primò videndum est quid sit rescriptum. Panormita.in rubric.de 3
rescript.describit,verius quàm definiat, quòd
propriè est id, quod scribitur ad obseruantiam iuris communis, vt quando princeps committit causam decidendam inter aliquos, per text.in l.falsò.C. de diuers.rescript.Idem Panormita.in c.olim.de verbor.signifi.hoc etiam antea docuerunt Bart.& alij in l.de constit.prin. † Sed illa l.falsò, hoc non mihi 4
probat,ibi cũ ea,quæ ad ius rescribuntur,perennia esse debeant. Sed dupliciter potest intelligi.Primò,quòd illa quæ scribuntur ad ius partium, sunt perpetua:alioqui esset contra.c.si autem. & c.plerunque.de rescrip.vbi rescripta iustitiæ regulariter anno pereunt. Et tamen in d.l.falsò,dicuntur esse perennia,& sic debet intelligi de rescriptis concedentibus ius parti, & ius partium respicientibus,vt si princeps concedat, quod quis conueniatur coram tali iudice,authen.habita.C.ne fil.pro par.quia decet principis beneficiũ esse mansurum.de reg.iur.in vj. Nec debet text.in d.l.falsò, intelligi in aliis rescriptis iustitiæ,quæ comprobatione iudicis indulgent,quia illa ferè anno pereunt,in d.c.plerunque,si dolo,vel negligentia quis non sit vsus,vt ibi,& ita obseruat vsus forẽsis.Vel quidam intelligunt ea, quæ ad ius rescribuntur:id est ad obseruationem iuris,vel elucidationẽ. Illa enim sunt perpetua,sicut & ius.l.diuus.ff.de re iu.l.ij.de his,qui sunt sui vel alie iur.& sic non obstabit d.c.si autem.idẽ Panor.in d.c.olim.de verb.signi.Bar.& Iaſ.in d.l.fi.ff.de constit.prin. Deci.consil.cxlvij.& pro tenui.col.j.de Ripa autem dicit rescriptum esse ius bis,iterúmque scriptũ.Sed inferius reprobo in secunda quæstio.Gomes.verò sic definit:Rescriptum est quædam cõcessio, vel mandatũ præter ius concessum circa iudicialia,vel extraiudicialia.Quæ etiam definitio non potest sustineri, quia dum vult concessionem esse præter ius:ergo contra ius, vel secundum ius non esset rescriptũ.Tamen inferius probatur cõtrarium, etiam quia
Nouæ authoris definitio. dicit esse mandatũ,& in praxi beneficiali dico differre à rescripto. † Ideo ego 5
nouiter sic definio. Rescriptũ est principis cõcessio per literas authenticas legitimè facta.Primò in definitione dicitur, principis.hæc dictio comprehendit quemlibet primũ locum capientem,qui rescribere possit:clemen.vna,de baptismo.scripsi in l.familiæ.ff.de verbo.signi. Et ideo debet contineri sub hoc principis verbo Papa,Rex,& quilibet alius qui rescripta concedere potest, vt per totũ titulum de rescrip.patet,in decret.& inferiùs q.vj.vbi dico etiam per cancellariam cõcedi posse, sed nomine principum.vnde princeps dicitur hoc concedere:& concessiones inferiorũ vix dicuntur rescripta,sed literæ excommunicationis,literæ citatoriæ,vel inhibitoriæ.c.olim.de rescri.ibi, absolutio-
Concedere principem, impetrare partem respicit. nis literas.c.præterea.ibi,literæ concessionis.de offi.deleg. † Secundò dicitur 6
in definitione, concessio,per tex.in l.si quando concessio Imperialis.C de inoffi.testa.& quia sola partis postulatio & petitio,non dicitur rescriptum, sed iuncta ipsius principis concessio.l.j.& l.nec damnosa iuncta rubri.C de precib. Imperat.offerend.l.iij.§.plane.& sequenti.ff.quod vi aut clam.l.ij.§.si quis à principe.ne quid in loco public.l.ij.C.de petit.bono.sublat.libr.x.c.si gratiosè.& capit.si propter.de rescript.in sexto. Ideo pars dicitur impetrare rescriptum,quando ei conceditur.c.cæterum.eod.ibi, Impetrauerit literas,& c.ij.de dolo.& impetratum rescriptum vocatur,quando illud supplicans obtinuit.l.impetrata rescripta.C.sent.rescind.non poss.& sic concedere ad principem

cipem refertur,impetrare ad partem.Per literas dico, quia si solo verbo princeps concedat,& postea non fiant literæ, non dicitur rescriptum. Nam literæ vocantur rescriptum, & econtrario.in c.ij.de dolo.& cap.ad aures.& se-
7 quen.ferè per totum.de rescript.c.ij.de offic.dele. † Et Galliæ vsus communis vocat omne rescriptum Regis,*lettres Royaux*, & quia multiplices sunt, solent dicere *lettres en forme de requeste ciuile*, vt scripsi in tract. De liter.ciuilibus. Aliæ sunt literæ rescisionis contractuum, & literæ status,naturalitatis,ac aliæ de quibus inferius (Deo dante) dicetur,& à generali incipere volui. Authẽticas ideo dico,quia si fuerint epistolæ,aut aliæ principis literæ non authenticæ,non dicuntur rescripta,cap.j.& ij.de fide instrumen.eáque tantùmmodo fas sit proferri,vel dici rescripta,in quibuscunque iudiciis,quæ in chartis,siue membranis subnotatio nostræ subscriptionis impresserit, dicta l.facta.C.de diuers.rescript.

Rescriptũ vsus cõmunis literas vocat.

8 Legitimè facta,ideo dicitur,quia contra ius non valet,nec contra fiscum.l. nec damnosa fisco,nec iuri contraria postulari oportet,& l.penulti.C.de precib.Imper.offerend. Nisi fiat mentio iuris, vel nisi Rex scribat,Non obstantibus quibuscunque constitutionibus in contrarium facientibus.l.final.C.Si
9 contra ius.Et inferiùs dicam quæstione nona. Vel etiam legitimè facta, ob id ponitur in definitione, quia rescriptum nõ valet per subreptionem & obreptionem obtentum.Sed si preces veritate nitantur.l.fina.C.de diuers.rescrip. c.ij.de rescript.& dicam inferius,quæstio.ix. Nec falsum rescriptum, dicitur rescriptum, quia non legitimè concessum,vt in rubri.de crimine falsi.falsum simpliciter, vt in c.licet.& c.quam grauiter.scripsi in l. Paulus.ff.de verbor. significatio.

Legitimè concessum quære.

Item,legitimè continet alia requisita in rescripto, quæ à iure statuta sunt, quæ Goffre.& Hostien.tradunt in summa de rescript.& inferius describam in vij.q.& hæc definitio comprehendit rescriptum in genere, & sic explicata est prima quæstio quàm breuissimè potui.

Quare dicatur rescriptum.

10 Secundum quæsitum fuit, quare dicatur rescriptum. Respon. iuris interpretes dici ius iterũ scriptum:sed nõ video quòd rescriptum sit ius,sed pro iure habetur: nam quod principi placuit, legis habet vigorem,sed non dicit esse ius.l.j.ff.de constitut. princip.& instit.de iure natura. Et in hoc decepti fuêre iuris interpretes dicentes voluntatem principis esse ius, quod videtis nõ esse verum,sed voluntas principis per rescriptum patefacta, seruabitur sicut lex,quia volũtas principis legis habet vigorẽ,vt ibi. De Ripa verò scribit sic dici,quòd bis aut pluries scriptum sit. Vnde si non scriberetur nisi sẽmel, non esset rescriptum ex eius sententia. Vel rescriptum dici potest, quasi rectè scriptum,id est ad obseruantiam iuris,teste Ioan. Monach.in rubric.de summa trinita.colum.j.vel quia rasura ex eo debet abesse.c.inter dilectos,de fide instrumen.

Ius nõ esse rescriptum contra doc. sustinetur.

11 † Ego non curo vnde dicatur, quia nullius vel admodum paruæ est vtilitatis.Nam si rescriptum quasi rursus scriptum dicas,hoc habita ratione supplicationis partis:pars autem scribit Regi supplicationem,& Rex illam rescribit, & quia rescribitur narratio,& supplicatio partis, ideo fortè rescriptum dictum fuit. Videte & iudicate:nam in quolibet ferè rescripto est narratio partis,& Principis concessio,vt inferius dicam quæstione quinta.

Rescriptũ quod rursus scriptũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accipitur duobus modis rescriptum.

Notandum est tamen duobus modis, vt asserunt iurium interpretes, re- 11
scriptum accipi, largè & propriè. Largè appellatione rescripti venit beneficium & priuilegium. Nam in rubric. de rescriptis, ponitur tantum de rescri. & tamen in illo titulo tractatur de priuilegiis, & literis beneficialibus, vt Panormita. & alij firmant in rubr. de rescrip. propriè tamen secundum eos dicitur, quantum ad iuris communis obseruantiam. dicta l. falsò. Bartol. in dicta l. final. Ego verò arbitror etiam propriè dici rescriptum, siue accipiatur vt genus, siue vt species, nam rescriptum tanquam genus accipitur, & tunc continet suas species, videlicet priuilegium, mandatum & omnes alias literas à Papa, vel Principe in forma rescripti legitimè emanentes, etiam quando accipitur pro noua impetratione beneficij, vel mandato, seu aliàs in specie rescriptum dicatur. Et propriè accipitur, siue sit genus, siue species, nempe species est propriè de genere. l. item legato. §. item interest. ff. de legatis iij. l. si is qui §. Vtrum. vbi not. de rebus dub. Et sic rescriptum accipitur in genere, & 8
in specie, & vtrumque dicitur propriè, contra doct. imò in genere propriùs dicitur, quàm in specie, quod interdum trãsit in aliud nomen, vt priuilegium & aliter.

Rescripta multa continere possùt specialia.

Sed omittendum non est, quòd rescripta & priuilegia non valent, si con- 12
tinant duo specialia. Bald. in l. r. in fine. C. quando licab emp. discedere. per l. primam. C. de dotis promiss. quæ sæpe in curia Regis allegatur secundum eum, quem refert Iason consil. xxxvj. in causa. col. iij. versic. quarto. in tertio volumi. Ego dico cõtrarium, videlicet valere rescriptum continens etiã duo, & decem priuilegia, & specialia. nam certum est, quòd in vno rescripto Rex potest vni, vel pluribus multa priuilegia concedere, & specialia, sicut in diuersis, & quotidiè hoc fit: vt in gratia concessa delinquenti ostendo in tract. de remissio. & gratijs, alioquin sequeretur, quòd potestas principis esset diminuta, adeo quòd in vno rescripto non posset nisi vnum concedere, quod est erroneum. nec l. r. per eos adducta hoc probat. Sed Bartol. & alij in l. r. is qui pro emptore. ff. de vsucap. dicunt in dubio principem non velle concedere duo specialia contra ius, sed quando in rescripto apparet, quòd princeps voluerit plura concedere specialia, quin possit nemo inficiari debet. Sed in dubio derogare iuri in minimo videtur. Ideo specialia duo in dubio inducere non præsumitur, nisi de contraria appareat voluntate. Et sic debet intelligi dicta l. r. quicquid in contrarium dicatur.

Contra ius ampliatur rescriptum.

Et sic dicerem, rescriptum dici, omnem principis concessionem per lite- 13
ras authenticas legitimè factam: siue sit secundum ius, vt si mandetur vt fiat ius. c. licet. de offic. ordinar. Et quamuis Gomes. in rubri. dicat illud non valere tamen est text. in c. j. de rescrip. in contrarium siue quidpiam contra ius concedatur, vtpote quod adhuc auditur condemnatus, etiam à curia suprema: vt in tract. de liter. ciuilib. dixi valere istud rescriptum, quod tamen non erit priuilegium, sed rescriptum: quamuis doct. dicant concessionem contra ius vocari priuilegium: quod frequentius procedit, vt si princeps concedat alicui immunitatem non soluendi collectas, dicetur priuilegium, vt in l. j. & per totum. C. de immu. nemi. concedenda. libro decimo, vt scholasticis concessum fuit. in authen. habita. C. ne filius pro patre. quod eis hodie malè seruatur.

Item

Item si præter ius aliquid concedatur, dicit Gomes. istud propriè dici rescriptum, non verò contra ius, quia non valet. quod verum est, si non fit iuri derogatum in illo rescripto, vt in l. fi. C. si contra ius. doc. in cap. primo. eod. & inferius dicetur.

Iuri et equitati rescripta cõuenire, alioquin reiici debent.

14 Item rescriptum principis debet cõuenire æquitati & iuri: licet verba eius non patiantur. c. causam. eod. glos. in c. paratus. xxiij. q. j. Oldra. consil. xxviij. quæstio est. Et ideo iudices Regij has literas Regias comprobantes, seu interinantes debent respicere, vt iuri, & æquitati congruant: alioqui eas reiiciant: nempe mens principis rescribentis talis præsumitur, qualis de iure esse deber. l. ex facto. in princ. vbi Bald. not. iiij. ff. de vulga. & Ias. consil. lvij. Visis literis. col. penulti. in tertio volumi. & iudices debent iudicare secundum ius, quicquid scribat princeps: & ita Papa declarat in cap. si quando. de rescrip. nisi expressè iuri deroget, vt inferiùs dicetur, & in his requiritur secunda iussio, vt in arti. j. inferius scribam.

In dubio quomodo rescriptum sit accipiendum.

15 Quæreret aliquis, quomodo in dubio rescriptum accipi debeat? Respond. doc. in dubio propriè accipi debere, vt species, & nõ vt genus. probat Panor. in cap. Rodulphus. primo not. de rescript. & sic de rescripto iustitiæ, non de priuilegio, seu gratia intelligetur: quia à propria verborum significatione in dubio recedere non debemus. l. non aliter. ff. de legat. iij. Do. in c. si cui nulla. colum. j. de præben. in vj. & in dubio verba debent capi in specie. l. hoc legatum. ff. de lega. iij. Gemi. consil. lxv. circa. col. vj. Ego verò super hoc dicerem rescriptum accipi pro subiecta materia, nempe si in materia priuilegiorũ fiat mentio de rescriptis, ibi accipietur rescriptum pro priuilegio, vel si materia generalis sit, in genere accipietur: si in materia delegatum, pro literis commissionis, seu rescriptis ad lites, si in materia beneficiali, pro mandatis, & aliis rescriptorum formis: de quibus in praxi beneficiali scribo. Ideo prout con-
16 uenier materiæ accipietur vbique. † Et sic infertur, quòd si statuto caueatur, vt bannitus non possit impetrare rescriptum per procuratorem, non poterit impetrare priuilegium, cùm in genere rescriptum contineat priuilegium, vt superius probaui. & hoc etiam docet Barbat. in rubric. de rescrip. in clement. quia priuat ordinarium sua iurisdictione quo ad illum casum alij cõmissum, vt docet Anto. Butrig. in cap. olim. de verbo. signifi. Vnde excommunicatus prohibitus impetrare rescriptum in c. j. de rescript. in sexto, nõ poterit etiam impetrare priuilegium, vt docent Moder. in d. ca. j. & hæc est bona ampliatio ad illud. c j. & hîc secunda finietur quæstio.

Bannitus & excommunicatus priuilegiũ non impetrant.

17 Tertia quæstio quid differat rescriptum à beneficio, priuilegio, & mandato, quia melius congruit materiæ beneficiali: ob id tractatur in praxi beneficiali, quam conscripsi.

Concedere rescripta quis possit.

18 Quartò quæritur, quis possit rescripta concedere? Respond. Primò Papa, vt per totum titulum de rescrip. & c. Raynutius. de testamen. clemen. prima. de rescript. & hæc vocantur interdum literæ Apostolicæ. in cap. nonnulli. §. fina. eod. cap. literis Apostolicis. & cap. fina. eo. vel rescriptum apostolicum. in cap. si proponente. eod. quandoque Papa vocat scripta nostra, in capit. si pro te. de rescript. in sexto. & vocatur commissio rescriptum illud, per quod causa alicui committitur. capit. sepes. & sequen. eod. & aliis multis nominibus vocatur, vt dico in praxi beneficiali, & de iure

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouo sexti, literæ vocantur vtplurimum, ex quo fortè desumpta est Franciæ nominatio, cùm in concilio Lugdun. illa iura edita sint.

Subscribendum à quo sit rescriptum.

Secundò, Imperator concedit rescripta. rubr. de precib. Imperator. offer. & 19 in rubr. de diuer. rescri. & in aliis multis titulis illius libri. & l. rescriptum. ff. de pac. Et interdum vocatur diuina iussio, vt in authent. vt diuinæ iussiones subscriptionem habeãt glorios. quæstor. collat. viij. Et quanuis de iure non valeat rescriptum sine subscriptione principis, vel Cancellarij, vt ibi. & in l. sacri affatus. C. de diuers. rescript. imò viginti librarum auri pœna punitur iudex, qui illud rescriptum receperit, & comprobauerit: vt probatur ibidem, licet hodie subscriptio principis in paucis casibus requiratur, nec Cancellarij, sed Scrinarij, seu Secretarij, & rescriptum non subscriptum à secretario non solet sigillo à Cancellario muniri, & sigillatum non approbaretur, nec recipe-

Rescribere cur in iure dicatur.

retur in curiis Franciæ. † Et vetus olim mos fuit principem scripto adire, & 20 consulentibus per libellos respondere, vt in omnibus fermè legibus Cod. est videre. Ideo dicebatur princeps rescribere, quanuis diuus Traianus, ne in exẽplum trahi videretur, veritus ne contra leges, moresque maiorum ad alias causas perferrentur, illáque in iudiciis & foro pro lege acciperent, diplomatibus, libellisque nunquam ex rescripto respondebat, ne pernicioſum inde exemplum, & quasi seminarium mali oriretur: sed tantùm verbo, quibus visum est assensisse. Fertur autem priuilegia indulsisse Alexand. li. genial. vj. c. xxiij. in fin.

Nominibus multis vocata rescripta.

Aliquando rescripta vocantur sacri affatus. l. penult. C. de diuers. rescrip. & 21 sacrum oraculum. l. & si legibus. C. si contra ius vel oraculum. in l. fin. de diuers. rescript. Et sacræ formæ, aut iussiones in rubr. in medio litis non fieri sacras formas. & §. j. colla. viij. vbi non licet rescripta in medio litis impetrare, vt secundum ea causa decidatur. sed secundũ leges generales decidi debet. etiam nominatur imperialis concessio in l. siquando. C. de inoffic. testam. & diuina iussio, vt dixi superius sacræ literæ, in l. vna. C. de manda. princi. vel simpliciter literæ, vt c. ij. & per totum. de rescrip. sed solet addi literæ Regis, vel Papæ, vt scripsi in præf. ad trac. de lit. obliga. in ord. in primo Tomo.

Rex & cãcellarius literas cõcedunt.

Tertiò, Rex Franciæ, & quilibet alius princeps non recognoscens superio- 22 rem rescripta concedere potest. Barba. in rubric. huius tituli in clemen. allegat Bart. in l. iiij. §. actor. ff. de re iud. & l. infamem. de publi. iud. l. non ambigitur. de legib. & l. j. §. de qua re. de postul. vbi parum probatur, decisio tamen est verissima, vt in hoc titul. *Des lettres Royaux* patet.

Duplex cãcellaria.

Quartò, cancellaria literas concedit, siue sit cancellaria Papæ. c. adhæc su- 23 mus, de rescrip. c. porrecta. de confirma. vtili. siue Regis, aut Imperatoris: & duplex est cancellaria in hoc regno, magna & parua. magna est, in qua præficitur magnus Regis Franciæ Cancellarius, & ista Cancellaria in magnis, & arduis rescribit, & generalib. negotiis. & per totum regnum. Altera est parua Cancellaria, huius respectu, quia solet tantùm concedere ea, quæ non sunt ardua, & vbi opus non est expressa Regis concessione, & generali per totũ regnum. † Nempe Rex Franciæ in quolibet parlamento Cancellariam ad con- 24

Cãcellaria est in quolibet parlamento.

cedenda iustitiæ rescripta instituere, & vni, qui vices Cãcellarij sustineat, sigillum committere solet, vt in hoc tit. patet. Et pro literis iustitiæ non est necesse recurrere ad Papam, vel Regem, sed ad Cancellariam, vel vicecancellariam, qui

qui sine alio speciali mandato literas concedit, quia præfectus est iustitiæ. gloss. prima. & ibi Panormita. & Feli. in cap. cum dilecta, de rescript. gloss. in verbo literarum. c. statutum. illo titul. in sexto. & sic is qui à Cancellaria obtinuit, non punitur tãquam falsarius, quamuis Papa, vel Rex nesciuerit, vt Ioan. Andr. & Felin. asserunt ibidem.

Cãcellaria quibus literas concedere nõ possit

25 Sed non est omittendum, quòd vna Cancellaria non concedit literas nisi in sua prouincia, vbi constituta est, & vt dicitur in resortu illo, Nec potest Tholosanus literas impetrare à Cancellaria Parisien. vt rescindatur contractus à iudicibus Tholosanis, seu aliàs. Nempe quælibet Cancellaria debet esse contenta sua prouincia & iurisdictione. Et sicut parlamentum constiturum est hominibus suæ iurisdictionis, & resortus, ita & Cancellaria, alioqui vna concederet, & altera negaret, & sic mutuò se impedirent, & confunderetur iurisdictio, contra text. in capitul. peruenit. xj. quæst. prima. etiam Cancellariæ sunt pares, & habent iurisdictionem separatam. Ideo vna non potest rescindere factum alterius prouinciæ, quia quælibet est adscripta, & delegata suo territorio, vt docet Bald. in l. minor autem. §. primo. ff. de min. Sic censuit Senatus Parisien. pro comite de Sanimgan, qui appellauerat ab executione literarum impetratarum in Cancellaria Rothomagen. à Domi. Archiepiscopo Rothomagen. quamuis causa tractaretur in senatu Parisien. & bene appellatum pronunciatum extirit, ac in expensis condemnatus Archiepiscopus impetrans die 17. Decembris, Anno M. D. xliij. & aliis pluribus

Arestum.

arestis idem fuit decisum, vt scripsi in proœmio constitut. Regiar. in primo Tomo: & fuit præceptum factum Seneschallo Pictauien. ne obediret literis in Cancellaria Burdegalen. impetratis, Anno M. D. viij. die viij. Martij. Sed magnus Cancellarius, qui ad omnia negotia præfectus est, non vni loco, sed omnia regni negotia præuidet, & de his rescribit, & literæ istæ in toto approbantur regno.

Legatus & collegiũ rescribit.

26 Quintò, legatus Papæ concedere potest rescripta, quia etiam statuta in sua legatione concedere potest, c. fi. & ibi Anto. Butr. de offi. leg. probat tex. in clemen. 1. de rescrip. iuncta rub. & c. 1. de locat.

27 Sextò, collegium cardinalium: argu. c. ecclesia senatum. 16. quæst. 1. hinc vacante sede ad collegium cardinalium appellatur. Bart. in l. vbi absunt. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. & potest quem ad famam restituere. Inn. in c. cum te. de re iud. doct. in clem. ne Romani. de elect.

Curia suprema rescriptum concedit & Episcopus.

28 Septimò, curia suprema interdum recusante Cancellaria rescribere solet, quinetiam olim dum in sua integritate curiæ supremæ erant recusante Cancellario, ad curiam solebant homines accedere: & ipsa prouidebat, vt scripsi in proœm. concordat. in verb. summas, sed ab eo tempore quo literati regere desierunt, & curiæ & scientiæ sopiuntur.

29 Octauò, Episcopus potest rescriptum concedere adiuuando ius, non destruendo. c. ij. de constitu. in sexto. glos. in dicta clemen. ne Romani. in prinde electio. & quicunque potest constitutionem facere, & habet iurisdictionem, potest rescriptum concedere. Hosti. in summa. §. quis possit, & Barbat. in rub. huius titu. col. x. quod est verum, si supremam habet iurisdictionem, & legem facere posset, vt Dux Sabaudiæ, & Veneti, vt notat Bartol. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Barba. in rubri. de rescript. alioqui verius dicuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

literæ quàm rescripta.

Seneschalli an rescripta cõcedere possint.

Vltimò, solent Seneschalli & Balliui literas concedere, vt pulchrè sciunt practici Nemaus. Sed de his tractare non intendo principaliter, sed de literis tantùm Regijs. nam & rescripta apostolica in praxi mea beneficiali tractabuntur, & quia literæ ab inferioribus concessæ non vocantur regulariter rescripta, sed literæ restitutionis, absolutionis, commissionis, & aliàs pro materia, vt superius probaui. Ideo de his non tractabo hîc.

Impetrare rescriptum quis possit.

Quintò quis possit rescriptum impetrare? Respond. edictum est prohibitorium certarum personarum. c. 1. de rescr. in sexto. ergo est permissorium regulæ. arg. l. mutus. §. cùm quæritur. ff. de procura. Itaque omnis poterit impetrare rescriptum, qui non est à iure prohibitus, vt Hostien. in summa. §. quis impetrare. & Barba. in dicta rubri. huius titu. in clemen. docet. siue sit actor, siue reus. c. cæterum. c. adhæc. c. cùm contingat. c. olim. c. dilectus. & ca. fi. de rescript. & c. dispendia. eod. in sexto. Sic appellatio est permissa, nisi sit prohibita. gloss. in l. qui restituere. ff. de rei vendicat. & testari est permissum omnibus, exceptis quibusdam. l. si quæramus. ff. de testamen. Panor. in rub. de testa. Ferunt etiam testimonium communiter omnes, nisi sint à iure probibiti. c. 1. & per totum. ff. de testib. & in decretal. illo titu. scripsi in tract. de reprob. & salua. testium. 31

Prohibiti rescripta impetrare.

Quære. quis impetrare qui prohibeantur? Respon. serui. l. 1. C. de precib. Imper. offeren. nisi in casibus ibi traditis per Ias. attamen quia in hoc regno non habemus seruos, ideo hos omitto. 32

Filius autem familiàs in patris existens potestate non prohibetur impetrare rescriptum, quod non inueniatur prohibitus. nam licet sine consensu patris agere non possit. l fi. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. Tamen impetrare rescripta non prohibetur, quia hoc non est agere, vt concludunt Do. de Rota in decis. clxxv. commissio. in nouis. quos sequitur Panor. & Felin in cap. causam. primum. col. ij. de iud. quia non refert per quem preces porrigãtur. l. vniuersis. C. de precib Imp. offe. Bald in l. 1. C. qui admitti. & Aegid. Bellamera decis. M. ccxx. commissio. Barb. in rubr. huius tit. nu. 34. & seq col. v. 33

Procurator falsus & reuocatus impetrare nõ possunt rescripta.

Tamen si falsus procurator impetraret mihi rescriptum, non valeret, & ego possem illi renunciare, *Et le desaduouer*, vt docet Oldrad. consil. cccxvij. Seneca. in princ. licet enim princeps inhabili concedendo rescriptum, illum habilem facit l. quidam. ff. de re iudi. tamen falsum procuratorem, non constituit verum. c. nonnulli. in fi. eod. + Idem in procuratore reuocato, cuius impetratio non valet. c. ex parte decani. de rescr. c. in nostra. de procur. 34 35

Monachus in quibusve scriptũ impetrare valeat.

Idem puto in monacho, vt impetrare rescriptum gratiæ non prohibeatur, inquantum illi conuenire potest, à rescripto ad lites impetrando, etiam de consuetudine Franciæ non repellitur. licet Barb. in rubr. de rescr. xij. in clem. dicat de iure non posse, tum quòd sic mundo mortuus. cap. placuit. xvj. q. j. tum quia seruus Dei non oportet lites frequentare. c. ij. de postul. ca. sicut. j. ij. q. vij. Sed si monacho commissum est beneficium, omnia potest facere, sine quibus beneficium non regeretur. l. secunda. ff. de iurisd. di. omnium iudic. etiam data est ei defensio, quia cuilibet permissa. cap. cùm inter. de excepr. ideo ad ista facienda rescripta impetrare potest. Nec solent in Francia ob hoc impugnari, quòd in fauorem monachi, vel religiosi sint impetrata. 36

Addendum

Hæreticus rescripta nõ impetrat.

37 Addendum est hæreticũ impetrare rescriptum non posse. l. ij. C. de summa tri. imò probatur ibi, quòd eo ipso quòd hæreticus impetrat rescriptum, præsumitur per fraudem impetrâsse, licet secus in aliis. glo. in c. super literis. infrà eod. facit c. quicũque. de hæreti. in sexto. Idem si literas iustitiæ quis sine mandato impetret, quia non valebũt. c. nonnulli. in fin. eod. secus hodie dicit doct. & c. in literis. ad beneficia. gloss. ibi.

Impetrare prohibitus si impetret nil agit.

39 Notandum est, quòd vbicunque prohibetur impetrans ab impetrando, rescriptum non valet, siue ratione personæ prohibitum sit; vt dictum exti. sit, siue ratione rei. vt ind. sicut. C. de pagan. siue propter turpitudinem finalis causæ, vt in. nuptiis. ex rescripto petitis. l. j. C. si nuptiæ ex rescripto petãtis. siue quia res impetrata, sit in lege prohibita, vt quis duas militias obtineat, l. is quidem. C. qui militar. non possunt. libro xij. l. j. de petit. bonor. sublat. libro x. & quando lex annullat rescriptum, vel ordinario, tunc impetratum non facta illius legis, vel ordinationis speciali mentione non valebit. l. præscriptio. C. de operib. public. l. omni. & l. diligenter. de aquæductu. libro xj. Bal. in rubri. eodem. columna ij. vbi dicit nõ puniri impetrantem rescriptum, alia pœna, quàm quòd rescriptum est nullum, si impetratio non cõtineat delictum. arg. glo. in l. nemo martyres. C. de sacrosan. eccl. scripsi in §. monemus. de collat. in concord.

Inhabilis an pro vtilitate publica possit.

40 Est isti cùm sint inhabiles ad impetrandum, non possent etiam pro vtilitate publica impetrare, secus in aliis inhabilibus, non tamen ad impetrandum, quia illi reciperentur pro republica. Feli. in rub. de rescri. licet contrarium tenuerit Barba. ibidem, quæ possunt conciliari, si inhabiles impetrent facta inhabilitatis mentione, tunc Rex eum habilem facit. Secus si princeps hoc ignorabat. l. Barbarius. ff. de offi. præto.

Cõtra quem rescriptũ impetretur.

41 Sextò quæritur contra quem impetrari possit rescriptum. Respon. contra quemlibet, siue sit clericus, siue laicus, siue maior siue minor, dummodo is cõtra quem impetratur, sit in iurisdictione concedentis. cap. penul. de offi. vica. Hostien. in summa huius tituli. §. contra quem. Tamẽ si viliores in rescripto exprimerentur, non intelligũtur digniores includi. c. sedes. eodem. Nec super minoribus & grauioribus negotiis audiuntur, qui de minoribus & tenuioribus tantùm faciunt mentionem, vt ibidem cautũ est, etiam cõtra excommunicatum, & alios prohibitos impetrare rescriptũ impetrari potest, ne de sua malitia lucrũ referant. c. intelleximus. de iud. sed ipse contra alium non, vt superius docui.

Citatio nõ requiritur in impetratione rescripti, sed in comprobatione.

42 Etiam rescripta impetrari solent, non citatis, nec vocatis illis in quorum præiudicium impetrantur, sed effectum rescripti probationem, seu interinationem requirentis, non consequetur impetrans, nisi iudex hoc decreuerit & rescriptum comprobauerit, per textum in l. nam ita diuus. ibi quòd desideras, an impetrare debeas adhibitis etiam his qui contrà dicerent, id est qui lederentur. ff. de adoptio. & sic impetrare ibi intelligitur pro obtinere, quia non debet quis effectum rescripti obtinere nisi iudices comprobent: & dicimus vulgò *interiment*, quicquid dicat gloss. ibi, & doctor. & in lege finali. ff. de natal. restituend. & hoc iure vtimur in Francia, quamuis Baldi in rubrica de rescrip. dicat in impetratione rescripti, si magnum contineat partis præiudicium, citandum aduersarium, quem etiam multi

praxi ignari doct. sequuntur. maximè Barba. consil. 43. præclarè. columna 18. in primo volumi. Sed in regno Franciæ nullo modo citatur pars in impetratione rescripti. Sed in approbatione, & verificatione sic: quæ praxis probatur vltra l. nam ita. in l. iij. §. si causa cognita. ff. de bonorum possessio. & in l. libertus. de in ius vocand. Sic consulit Bertrand. consil. cxlix. illud est. in fine volumi. primo. ex prima editio. & sic literæ Regiæ contra quoscunque impetrari possunt.

Requisita in rescripti impetratione.

Septimò quæ requirantur in rescripti impetratione, & vsu: Respon. Primò, oportet partem libellum narrando seu memoriale conscribere, super quo postea literæ conficientur. facit l. si ego. §. dotis. ff. de iure dotium. ibi, nam mulier res quas solet in vsu habere in domo mariti, neque in dotem datæ, in libellum solet cõferre, eúmque libellum marito offerre, vt is subscribat, &c. sic & libellum eorum super quibus pars vult rescriptum impetrare, ostendet, vt rescriptum fieri, & obtineri possit. l. 1. C. de precib. Imper. offerend. 43

Secundò, quòd illud memoriale, seu libellus fiat legitimè, videlicet per iurisperitum, vel solertem practicum, vel per vtrunque callentem: nec oportet, si agatur de rescissione instrumenti venditionis, totum instrumentum conscribere, sed vim illius & effectum porrigere, & narrare breui, & planè oportet. l. fi. C. de precib. Imper. offer. 44

Tertiò, quòd postea illum libellum seu applicationem offerat Papæ, vel Regi, seu Cancellariæ, & petat sibi concedi postulatum. l. prima. C. de diuer. rescrip. l. nec damnosa. ibi postulari oportet. C. de precibus Imperato. offerend. l. prima. vt lite pendente. vnde postea intelligetur concessio Principis secundum supplicationem partis, per l. si defensor. §. primo. ff. de interrogat. actio. vbi Iacobi. allegat Alexand. sic consuluisse consil. lxxxiiij. in causa volu. primo. 45

Quartò, quòd postea hæc narratio cum concessione in rescriptum dirigatur, & fiat rescriptum iuxta partis supplicationem, & Regis concessionem, quod rescriptum interdum solet in Cancellariis fieri, sed Cancellarius tollit à membrana illam partem, in qua sigillum imprimere opus erat, si deneget cõcedere, ne eidem amplius offeratur. nam vt dicit gloss. de iudice quòd libellum ineptum lacerare debet. in l. i. ff. de assessor. ne eidem amplius detur, sic & Cancellarius solet. 46

Consensus vtriusque partis in rescripti impetratione non est necessarius.

Quintò, concessus vtriusque partis non est in impetratione rescripti necessarius, sed remanet parti integrum recusationis ius, & oppugnandi rescripti, quando iudices dantur, per tex. in c. iudex. de off. deleg. in vj. doct. in d. c. cæterum. & Feli. in c. cùm olim. de re iudi. Nec obseruatur in Francia. l. obseruandum. ff. de iudi. vt scripsi in proœmio primi Tomi constitut. Reg. 47

Sextò, quòd post rescripti concessionem impetrans adeat iudicem, cui rescriptum dirigitur. l. 1. C. de prec. imp. offer. ibi. quem adire cura. 48

Septimò, pars impetrans rescriptum, præsentare illud iudici, cui dirigitur, debet, si eo rescripto vti velit, aliàs non. c. ex conquestione. vbi Innoc. de resti. spo. refert Bald. in capit. super literis. col. vj. nu. 20. de rescr. De alis autem quæ non diriguntur iudici, dicam infrà quæstio. seq. & in praxi benefic. & Spec. multa scribit in titu. de reser. præsent. per totum. 49

Octa

50 Octauò, iudex rescriptum cum honore recipere debet, cap. si quando. eo. vbi elucidaui. & in artic. primo, infrà eod. scribam.

Iudex literas citationis post receptum rescriptũ concedit.

51 Nonò, iudex post rescripti præsentationem & receptionem, debet concedere parti literas ad citandum partem ad comprobandum & interinandum illud rescriptum. c. exhibita. de iud. cap. ij. de rescri. in vi. & debet rescriptum apostolicum in citatione inferere, vt eo viso deliberare valeat, qui ab altero conuenitur. c. ij. de dilatio. sed iudices Regij, quibus diriguntur literæ Regiæ rescisionis vel aliæ, non solent totum rescriptum mittere, quia ipsi sunt iudices iam constituti.

52 Decimò iudex audire partes debet super his, quæ in libello & rescripto expressa sunt. l. 1. C. de precib. Imper. offe. ibi, Adire cura, vt auditis his quæ in libellum contulisti, & reos inuestigare curet, & super his sententiam ferre. l. de qua re. ff. de iudic.

Iudex rescriptũ approbat, vel reprobat: & in expensis condemnat.

53 Vndecimò, iudex discussio diligenter negotio debet rescriptum approbare vel refutare, & nos dicimus vulgò, *Interiner ou debouter d'iceluy*, probat l. rescripta. C. de precib. impera. offerend. ibi, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari, vide artic. ij. infrà eo. & dicam in vlti. quæst. quomodo sententia ferri super rescripto debeat.

54 Duodecimò, iudex partem impetrantem, si rescriptum non comprobet, in expensis condemnare debet. nam ad hoc est iudex competens, licet non fit in principali. tex. in clemen. 1. eo. & in c. cæterorum. in fi. & in c. fi. ibidem. c. statutum. §. 1. illo titul. in vj. imò si nimia mentientis inueniatur improbitas, etiã seueritati subiaceat iudicantis. l. & si legibus. C. si contra ius, & artic. 2. inferius dicetur. facit l. ij. C. vt lite pendente.

Appellatur à rescripti reiectione ad senatum.

55 Decimotertiò, poterit pars impetrans appellare, si rescriptum iniustè fuerit reiectum, nec fiet executio durante appellatione, quia hoc non inuenitur expressum, tamen bonum esset, statuere quòd sententia comprobationis rescripti, mitteretur executioni non obstan. & c. Sicut alia sententia prouisionalis, quando executio posset retractari: vt scripsi in concor. in §. fin. de feudol. appel. sed ista appellatio, quæ à Regij rescripti executione interponitur, ad curiam supremam directò tendit, & ibi est releuanda, vt censuit senatus Anno M. D. xxxj. die xv. Aprilis. & docet Imp. in inst. foren. lib. ij. §. & quoniam.

Arestum.

Impetrans narrata in rescripto, probat.

56 Decimoquartò, impetrans, si negetur verum esse quod in rescripto ipse asserit, vel falsum esse dicatur, hoc probare tenetur. tex. in c. ij vbi doct. de rescri. & Ioan. Andr. in c. j. de litis contestat. in vj. Panor. in c. quia circa. de consang. in secundo not. Nam ei qui dicit, incumbit probare, non opponenti. l. ij. ff. de prob. & oportet probare narrata esse vera tempore impetrationis. vnde si quis narret se habere filiam, & habeat tempore impetrationis, quæ postea tempore comprobationis mortua sit, sufficit probare se habuisse tempore impetrationis. dicto c. quia circa. de consangui. sicut dicitur de læsione probanda tempore contractus. in l. si voluntate. & l. 2. C. de rescin. vendi. Si verò excipiens dicat rescriptum per taciturnitatem impetratum, tunc ipse hoc probare debet. Panormi. & alij in c. fina. de præsumpt. quia is qui asserit, probare debet. l. actor. C. de probat. Iste enim asserit partem tacuisse verum, ideo hoc debet probare. arg. l. 3. C. de non nume. pec. Soci. consil. clxiij. visa bulla. col. ij. verti. confirmantur etiam præmissa, in secundo volu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Limita, si impetrans haberet intentionem suam de iure communi fundatam, tunc non tenetur probare, sed aduersarius. Feli.in cap.constitutus. eodem titulo.vnde si ipse curatus dicat in rescripto, ad se decimas spectare tanquam ad Curatum, non tenebitur probare,quod Curato decima debeatur, sed se esse Curatum, vt plenè scripsi in tracta.meo de decimis. quæstio.ix. & in tract. de congrua.in fine.

Probare quando impetrãs narrata in literis debeat.

58 Vltimò videndum est, an impetrans omnia quæ in rescripto narrat, probare teneatur? Respond.Facias duas regulas. Prima est, quòd si coniunctim plura in rescripto narrentur, tunc illa copulatiuè probanda sunt. Ad veritatem enim copulatiuæ requiritur vtrumque verum esse.§.si plures,de hæred. instituen.in insti.& l.si hæredi.ff.de conditio.insti.Do.de Rota decis.lviij.licet capitula.in nouis.

59 Limitatur quando ex narratis alterum sufficeret ad victoriam causæ.ca. ij.de rescrip. vt si dicatur collatum esse beneficium periuro, & is etiam resignauit illud, si probetur alterum, sufficit. Nam collatio periuro facta, non valet.ca.querelam.de iureiu.Panormi.in c.cum nostris, de concess. præbend. Etiam si resignans est priuatus iure c.ex transmissa.& per totum.de renunc. & tunc coniuncta in disiunctam resoluitur, per l.sæpe.ff.de verborum signi ficatio. Vnde siquis dicat se minorem, & vltra dimidiam deceptum,si probet se minorem & deceptum,non vltra quidem dimidiam sufficit:quia minoribus deceptis etiam citra dimidiam succurritur.in l.prima. & per totum. ff. de minorib. secus esset in maiore.l.ij.C.de rescind. vendi.scripsi in tractat. de rescis.contr.inferius:& ideo si impetrem beneficium vacans per extraua. execrabilis.& per non promotionem,si probem non promotionem, sufficit, dummodo sufficienter hoc probem:videlicet quòd tenuit pacificè, & quòd non fuit promotus,quicquid dicat Aegid.decisione 1235.si impetrans. & Capit. quæstio.cxl.in decis. Neapol.

Diffamãs super pluribus delictis ea probare debet.

60 Tamen quando impetrans commissionem à Papa,narrat in supplicatione Titium multa commisisse crimina, ob id petit committi probis viris, quibus de præmissis, vel de altero præmissorum si constiterit,dictum Titium priuent. Certè Papa consueuit delere illa verba, Vel altero præmissorum.Nam postquam dictis impetrans diffamat Titium de pluribus delictis, debet arctari ad probandum omnia, de quibus illum diffamat:aliàs pœna talionis tenetur,vel ad diffamationis pœnam.tex.in c.super his,vbi doct.de accu.cap. licet Hely.de Simonia. Staphil.in tract de liter.instit fo.146.versic. Secundò notandum est. Ego tamen putarem vnum sufficere probare, & excusandum illum,si in aliis criminibus fuit à testibus deceptus, per gloss.not.in cap. primo.in fin.de elect.in sexto.

Separatim in literis narrare debemus.

61 Altera est regula,quod quãdo in rescripto plura narrantur disiunctim & alternatiuè, tunc alterum sufficit probare.c.inter cæteras, de rescrip.Ad veritatem enim alternatiuæ alterum sufficit.l.in eo quod plus.§.vbi.ff.de regul. iuris.reg in alternatiuis.in sexto, quod est verum, si affirmatiuè poneretur, diuersum est, si negatiuè, vt si dicam nõ fuisse mihi solutum,nec quidem satisfactum, vtrumque probandum erit. l. siquis stipularus fuerit.ff.de verbo. obligatio.Vel nisi materia vtrumque expostularet, vt si dicatur tutorem datum super pecunia tutelæ sua, quia separatim non datur tutor bonis, & tutio

tuitioni personæ dicta,l.sæpe.ff.de verbo. significatio. & si iudex arbitrari debet ex re,id est ex negotij qualitate,vt ibi abundè elucidaui. Ex his patet quando quis teneatur probare omnia,vel vnum tantùm: & si sapis nunquã copulatiuè exprimas,sed alternatiuè.

Dirigenda quibus sunt literæ.

62 Quauò quibus dirigi rescripta debeant? Respon. literæ gratiæ quibus Papa confert sacerdotia, dirigũtur illis,quibus ipse prouidet.c.ad aures.de rescript.vt Paulus Episcopus &c. dilecto filio tali N.&c.

Si verò aliquem ad conferendum grauare velit,illi suum dirigit mandatum,seu rescriptum.c.eam te.& c.mandatum.eo.& c.fin.de præbend.in sexto.vt patet in forma manda.in concord.& posteà executoriales literas dirigit alicui in dignitate constituto,per cap.statutum.de rescript.in sext.Ego plenè scripsi in forma literar.executoria.in concord. Franciæ,& in praxi benefic.Si autem loquamur de literis iustitiæ Papę vel legati,& istæ dirigũtur Archiepiscopis,Episcopis,& aliis prælatis,seu Vicariis,aut eorum Officialibus,c.ij.& iij.eod.& aliis habentibus dignitatem,personatum,vel Canonicis secularibus Cathedralium ecclesiarum.dicto cap. statutum. in principio.eod.in sexto.

Matrimoniales causæ episcopis dirigũtur.

63 Causas matrimoniales episcopis dirigere Papa solet.ca.causam matrimonij.de offic.delega.Tamen de iure etiam aliis habẽtibus dignitatem potest. tex.in c.j.de consanguini.& ibi Panormit.& alij.Sed sine Papæ delegatione inferior ab Episcopo cognoscere non potest.cap.accedentibus. de excessib. prælat.

Literæ regiæ iustitiæ magistratibus Regiis dirigũntur. Arestum.

64 Literæ verò iustitiæ Imperatoris,Regis,vel aliorũ,causę cognitionem desiderantes,iudicibus tantùm Regiis,& magistratibus dirigi solent Nec valerent regulariter in Francia,nisi dirigerentur istis,imò essent abusus, vt censuit Senatus anno 1517.die ij.Martij,& anno 1510.die ij. Ianuarij,fuerunt annullatæ literæ directæ apparitori:quia causę cognitionẽ requirebant, quam non potest iste habere,nisi sint literę status,& alię quæ ex consuetudine omnibus magistratibus dirigi solent,coram quibus causæ introductę sunt, non autem apparitoribus,quia coram illis non agitantur processus.

Apparitoribus quando literæ sũt dirigendæ.

65 Aliæ verò literæ solam executionem requirentes apparitoribus, & seruientibus Regiis,seu Imperatoris diriguntur,& ab eis illæ literæ exequendę sunt,non verò ab apparitoribus Baronum,vel aliorum dominorum, vt alibi scripsi.

Cõcessiones Regis parlamentis, aut cameræ computorũ sunt intimandæ.

66 Item concessiones principium,& beneficia,aut parlamentis, aut cameræ computorum,aut Thesauri sunt intimãdæ & recitandæ,ac registrandę.tex. in l.fi.C.de aquę ductu.lib.xj.Alia pragmaticis relinquo.

Quinque partes in literis Regis.

67 Notandum est, quòd in omnibus, & singulis fermè rescriptis quinque sunt partes.In prima est salutatio,*Henry.&c.A nozamez & feaux Conseilliers des gens tenans & qui tiendront nostre parlemẽt à Paris salut & dilectiõ &c.*Et in his rescriptis solet salutari is,cui rescriptũ dirigitur,vt scripsi in forma mand.in verbo salutem,in concord.vbi scripsi causas.In secunda parte rescripti narratio scribitur,*Receuë auons l'hũble supplication.&c.*vel *de la part de tel &c.*Narratur factum,super quo petitur rescribi.l.fin.C.de precib. Imper.offer.sine qua narratione non solet princeps rescriptum concedere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia rescripti pars concessionem continet.ibi,*Parquoy ces choses considerées*,vel,*Pource est il que nous*,&c.Vbi breui recitatur factũ,& ratio mouẽs principẽ,& posteà scribitur principis concessio secundum qualitatẽ facti,& materiæ.In quarta non obstantia describuntur,& si rescriptum ad rescindendum contractum tendat,dicetur in fine, *Nõ obstant ledict cõtract fait & passé par ledict suppliant,& quelconques obligations,promesses,ou renũciatiõs par luy faictes,ou passées par foy,& serment*, &c. & ista ponuntur pro subiecta materia,& solet in rescriptis ad lites addi,Nõ obstã.literis subreptitiis,vel obreptitiis in contrarium facientibus.de quo per Bertran. in consil. ccclxij.nihil opponitur.col.iij.nu.8.in primo volu.

In quinta Datum &c.apponi solet dies, mensis,& annus, licet olim dies & consul,alioqui non valebãt recripta. l.si qua.C.de diuers.reseri.scripsi in forma mandati,in fine,post gl.in data sexti.Et de communi stylo ista continere debet rescriptum,alioqui non valet: quia non est secundum stylum emanatum.c.quàm graui.de crim.fal.Et ex his literę dignosci possunt Regis,an verè sint nécne,& an secundum stylum impetratę.

Super quibus literæ impetrari possint.

68 Nonò, super quibus rebus rescriptum posit impetrari?Respon. super omnibus,tam spiritualibus,quã prophanis.cap.secundo.& sequen.& per totum.de rescrip.etiã super rebus corporalibus,& incorporalibus.c.querelam.de elect.& c.dispendia. de rescrip. in sexto.Item super ecclesiis & beneficiis.cap.ij.& cap.ad aures.cap.cùm adeo.c.in nostra.c.capitulum.eo.quod est verum,vt rescripta in spiritualibus causis,& super beneficns conferendis à Papa dentur,& viris ecclesiasticis.cap.mandatum.de rescript.§.primo.de mandat.apostolic.in concord.Si ue in causa appellationis.ca.primo,& per totum.de appella. Nam cum est appellatum ad Papam,ipse causam committit in partibus,vt in rub.de causis.& sequen. in concor.Franciæ.Siue etiam in prima instantia in causis tamen maioribus,quia in aliis Papa causam committere in Francia nõ solet, per text.in d.rubr.de caus.in concord. Quod est verum,quando impetratur ab eo,qui super his potestatem habet,aliàs non valet,quia non potest in messem alienam falsem immittere.c.nouit.de iudic.

69 Et regulariter super omnibus rebus rescripta impetrari possunt, distinctione tamen habita,vt Papa,vel ecclesiastici viri super rebus spiritualibus concedant. Temporales verò super temporalibus rebus:&in quibus casibus iudices seculares cognoscant de spiritualibus, vt in possessorio in hoc regno Franciæ in illis tangentibus possessoriũ rescripta concedere & Rex poterit.arg.l.ij.ff.de iurisdictione omnium iudicũ.& hoc Barba.probat in rub. de rescript.& Guido Papæ.q.j.in decisio.Delphi.Tamen.pendente lite non licet impetrare rescriptũ,nisi vt deciditur in l.prima &sequen.C.vt lite pendẽ.Nec post reuocationem,vt ibi,in l.fi.patet.Vel si impetretur, antequã patroni agant causam,debet communicari& ostendi parti aduersæ,vel procuratori eius,vt respõdere possit eo die,quo causa agitabitur, vt est in rubr. *Des procureurs*,artic.viij.& sequen.in ordinat Regiis,etiam rescriptum iurisdictionis (vt dicunt) attributiuum post primum,non est impetrandum.articul.quarto,titulo,de recusatio.in ordinatio.Regii.

Papa super spiritualibus rescribit, rex super temporalibus.

Rescriptum

70 Rescriptum contra ius non valet.l.rescripta. de precib. Impera. offeren. & l.fina.C.si contra ius.c.rescripta.xxv.quæstio.ij.gloss.in verb.nascatur,ca. primo.eod.in sexto.Nec iudices illis obtemperare debent,vt dicetur artic. ij.inferius.siue sit contra ius diuinum,quia inferior legem superioris nõ tollit.Clemen.ne Romani.de elect.c.cùm inferior.de maior.& obed. c.noli.ix. distinctio.Siue contra ius naturale,quod est immutabile.§.sed naturalia.de iure natural.in insti.c.fin.ix.distinctio.Idem si esset contra concilia generalia.c.ex parte.de capel.monach.Nam sicut sancti Euangelij quatuor libros, sic sancta concilia suscipere,& venerari oportet.c.sicut & per totũ. decima quinta distinctio.

Literæ contra ius annullant.

Si verò sit contra ius gentium,vtpotè si rescriptum dominium rei meæ auferat non valere probat gloss.in l.quoties.C. de precib. Impera. offerend. & Anto.de Burgos in rubr.de emptio.& vend.col.pen.ac Iaf.in l.fi.C. si contra ius.Pan.& alij in c.quę in ecclesiarum.de consti.

Si autem sit contra ius ciuile,etiam dicitur vires nõn obtinere: nam Imperiali constitutum est sanctione,vt ea,que contra leges sunt,non solũ inutilia,sed etiam pro infectis habenda sint.ca.Imperiall.xxv.quæst.ij.& l. non dubium.C.de legib.Et Petrus Ferrar.in Pract.sua in form. oppos. contra instum.in gloss.contra ius.sic ait:Deus nouit,quanta sit in principum modernorum curiis abominatio de talibus rescriptis,& priuilegiis contra ius elicitis,& impetratis.

Etiam non valet rescriptum contra ius municipale, vel consuetudinarium,non facta illius iuris mentione.Bald.in l.fi. C. contra ius.& Matt.de affict.in constit.Neapol.lib.ij.rubri.vt bannito liceat infra duos menses redire.tertio notab.nu.7.

71 Ratio est,quia talia rescripta censentur concessa præter principis intentionem,propter multas & varias occupationes,tunc iuris non recordantis. ca.cæterum.de rescript.in integra.c.ex parte.j.de offic.deleg.nõ enim præsumiturvoluisse iura tot.vigiliis excogitata subuertere vno rescripto.l.si quã do.C.de inoffic.testamen.c.ecclesia.de electio.& hoc declaratur in articul. ij.infrà eod.Vel propter importunitatem supplicantium concessa videntur l.j.C.de petitio.bono.subla.lib.x.gloss.in d.c.j.de consti. Sic consuluit Ancha.consilio cccxiij.nisi legibus,in princ.quia non præsumitur Papam, vel Imperatorem aliquid voluisse contra ius.& ideo deficit eius voluntas in hac concessione,non potestas.Bald.& Iason in d.l.rescripta.c.mandatum.ibi nõ fuit intentio mandatoris,de rescript.Idem puto si Rex in hoc regno rescriberet contra ordina.Regias,quæ sunt ius Gallorũ, & hoc per rationes prędictas,vt scripsi.in rubri.De firma & irreuocab.concordat. stabili. in versic. Quartò.vis & robur,alioqui firmæ leges non essent,quia per rescripta destruerentur eo momento quo fierent.

Literæ quãdo præter voluntatem, vel importunitatem concessæ videantur.

Literæ contra ordinationes,nõ valent.

Casus in quibus valet rescriptum contra ius.

72 Limitantur quando rescriptum est per modum priuilegij, tunc quia natura priuilegij,est derogare iuri,etiã absque expressa derogatione,tolletur ius.c.priuilegia.iij.distinctio.glo.in dicto verb.noscatur.& ibi doct.& Bald.in l.item lapilli.col.ij. ff. de rerum diuisio.Solet tamen Rex ex stylo iuri derogare,alioqui non valeret, quia stylus non esset seruatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò, nisi emanaret contra legem notissimã, contra quam princeps solitus esset rescribere. Panormi. & alij in ca. j. circa finem. eodem titul. Ideò dixi valere rescriptũ appellationis, in quo derogatur ordinationi disponenti, vt illico appelletur, rubri. de appella. artic. j. quia solitum est illi ordinationi derogari, etiam, vt quis post decem dies possit appellare, contra authent. hodie. C. de appel. quia regnicolæ à die notitiæ appellant, etiam post decem annos interdum, per ca. concertationi. de appell. in sexto. scripsi in proœm. ordinatio. in primo Tomo.

Tertiò quando nõ est omnino iuri derogatum, sed in aliquo, vt si differatur solutio creditorum per annum, vel per quinquenniũ, per l. quoties. C. de precib. Impera. offeren. de quo plenè scribo in tract. de rescrip. dilato. annal. & quinquẽ. infrà: quia in his quod differtur, nõ aufertur, per dictã l. quoties. & in mora modici temporis non est magnum prẽiudicium. l. si debitori. vbi scripsi. ff. de iudic. 74

Literæ licet summariè causã tractentur, valent

Item valet rescriptum cum clausula, Summariè, & de plano, quia ordo iuris in totum non tollitur. clemen. sæpe. de verbo. significa. alias fallen. tradit Feli. in c. nonnulli. col. iij. cum seq. de rescrip. & Iaſ. in l. rescripta. C. de prẽcib. Impera. offerend. 75

Quartò, quando est facta mentio illius iuris contratij in rescripto, tunc princeps illi derogare videtur. doct. per illum text. in l. fina. C. si contra ius. quod est verum, vt valeat cõtra ius ciuile, secus contra ius diuinum, quia inferior non tollit legem superioris. clem. ne Romani. de elect. quamuis contrarium teneat Lucas in l. vna. col. ij. C. de pistor. lib. xj. 76

Literæ si alius lædatur non valent.

Quintò, valet rescriptum si non lędat alium, & prosit petenti, dicta l. rescripta. Ideo non valet rescriptum, vt trãsactio rescindatur, quia lædit aliũ. l. causas. C. de transactio. nisi ex certa principis scientia, vt ibi, & quãdo esset modica læsio, secus si magna gl. in d. c. rescripta. xxv. q. ij. c j. & c. cùm olim. in verb. præiudicium. de consuet. Nisi lex prohiberet illud impetrare. l. j. C. si nupt. ex rescript. petan. & tunc nõ valebit nisi facta illius prohibitionis mẽtione, vel alia clausula æquipollente, vt scripsi in gl. pro expressis, in forma mand. in concord. Iaſ. in d. l. rescripta. 77

Sextò non valet rescriptum si crimen supplicantibus indulgeat, vt in d. l. rescripta. alioqui parẽdum est rescripto regulariter. nam quod principi placuit, etiam per rescriptum, legis habet vigorem. l. j. ff. de consti. princip. §. sed & quod principi. de iure naturali. in instit. scribam in articu. j. & ij. infrà eod. & in rub. *Des graces.* 78

Septimò, si secunda interuenerit iussio, recipi rescriptum solet. §. deinde. in authen. de manda. princip. colla. iij. & in §. & hoc verò iubemus. in auth. vt nulli iudic. colla. ix.

Casus in quibus rescriptũ prohibetur impetrari.

Vide casus in quibus rescriptum à iure prohibetur impetrari, quos congerit Lucas de Penna in dicta l. vna. C. de pistor. li. xj. & vltra eũ est text. in §. illud. in authen. de testib. colla. vij. in illis tamen casibus valebunt etiã rescripta, si dicatur, Non obstante lege in contrarium faciẽte. l. fi. C. si contra ius. Bar. & alij in l. si quis. in prin. ff. de leg. iij. Si tamen plura sint obstantia, nihil proderit clausula, non obstantibus. Iaſ. consi. ccxxxiij. col. vij. in secundo vol. l. si non lex. ff. de hære. insti. Guido Papæ in tracta. suo de rescrip. nisi diceretur, non 79

tur, non obstantibus quibuscunque, vt scripsi in forma mand. in fi. alia superius tractaui, quæstione quinta.

Fisco damnosum rescriptũ, non valet.

80 Rescriptum etiam fisco damnosum non valet. l. nec damnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet. C de precib. Imper. offerend. vt si quis petat exemptionem à tributis. l. in fraudem. C. de anno. & tribut. lib. x. Ideo literæ remissionis condemnationum non valent, nisi causa, & quælibet facti qualitas exprimatur.

Remissio condemnationis pœnæ, seu cõpositio, aut immunitas petita, non valet.

Vnde si quis condemnatus ad mille libras, à principe remissionem petat, non valebit illa concessio, si non fecerit mentionem ex qua causa fuerit condemnatus: quia facti seriem non continent. c. super eo. de coha. cleri. cap. dilectus primo. de rescrip. Bal. & Iaſ. in dicta l. nec damnosa. & quia est fisco damnosum.

81 Idem si supplicauerit pro compositione facienda condemnationis iam factæ, & tacuit condemnationis causam. Feli. in c. postulasti. col. iiij. versic. & per istum text. de rescrip. facit text. in c. dilectus. ibidem.

82 Idem si quis immunitatem à gabellis petat, teste Bertach. in tract. de gabellis in septima parte q. ix. quia Gabellæ principis rescripto non remittentur. l. omnium. & l. quicquid. C. de vectig. & commissis, vbi doct. Nisi cum clausula, Ex certa scientia, vel non obstante aliqua lege in contrarium disponente. Bart. in l. fin. C. si contra ius.

83 Ideo non valet rescriptum in quo quispiam remissionem pœnæ iam exactæ per fiscum, seu eius Thesaurarium obtinuit, non facta exactionis mentione, vt asserit Bal. & Iaſ. in dicta l. nec damnosa. tum quòd est subreptitium, tum etiam quòd est fisco damnosum, & ideo de incorporatione fisco facta, est facienda mentio, quia hoc acquisitũ perdere est damnosum. l. liberto octoginta. ff. de bon. liberto. gl. in verb. per in integrum restitutionem. l. j. §. si quis autem. ff. de tinere actúque priua. doc. in l. non amplius. de lega. j. Iaſ. in l. cùm quis. col. j. C. de iur. & fac. igno. † Etiam si in modico fiscum lædat, vt concedenda exceptione fiscali debitori. Paul. in dicta l. nec damnosa. Secus si motu proprio concedantur, per text. à contrario in dicta l. nec damnosa fisco postulari oportet. ergo si motu proprio concederet, valeret, docto. ibi, quia prohibetur postulari, non concedi. doc. in l. iij. ff. quod quisque iuris. 84

Iussio secunda quãdo requiratur.

85 Vnde dicit tex. in §. & hoc verò iubemus. versic. si verò. in authen. vt nulli iudi. colla. ix. si verò huiusmodi in scriptis iussio publicũ respiciat, inquiret eam, & si quidem non lædatur fiscus, quæ in eo cõprehensa sunt, adimpleas, si verò ad læsionem fisci, nihil super ea omnino agi, nunciare verò nobis primum, vt secunda nostra fiat de hoc iussio, & sic in his secunda expectatur iussio, quæ habet vim motus proprij, teste Bald. in dicta l. nec damnosa. & refert Ludouic. Roma. in l. si verò. §. de viro. fallen. l. j. versic. Secundò probatur. ff. soluto matrimonio. Etiam habet vim clausulæ Ex certa scientia, capitul. si quando. vbi docto. de rescript. Refert & sequitur Corsetus in tracta. de potesta. Regia. quæstio. xvj. in suo tracta. de geminatis, & secunda iussio regulariter expectanda est, vbi rescripta sunt contra ius, vel vtilitatem publicam, aut fisco damnosa, aut aliàs inciuilia, vt sunt solitæ facere curiæ supremæ regni, quæ solent dicere Ex iterato, & expresso Regis mandato, vel interdum dicunt, Rex talem recipit, non curia: quando hoc apparet esse iniustum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen importunitas nescit opportunitatem habere.

Literæ cõtra publicã vtilitatem non valent.

Rescriptum contra vtilitatem publicam non valet, in rubric. C. si contra 86
ius, vel vtili. public. Ideo nõ valent literæ quibus princeps concessit, vt in publica via ædificetur in præiudicium transeuntium. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco publico. quia non vult princeps damnificare subiectos. Sed si aliquid tale iussum est, omnino non respicias illud, nisi pragmaticam nostram sacram ostendat formam: & tunc suscipies quidem talem formam, non autem aliquid ages ex ea, antequàm ad nos nuncians secundam præceptionem nostrã suscipias, sic scribit Imperator Triboniano quæstori, in §. deinde competens. in authenti. de manda. princip. collatio. iij. quem text. iudices maximè in Parlamentis habere debent, vt secunda expectetur iussio. Et generaliter siquid huiusmodi contra ius, vel vtilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. l. iubemus, prima. C. de sacrosanctis ecclesiis. hodie publica spernitur vtilitas, & omnes ferè ad sua tendunt commoda, & publicam reiiciunt vtilitatem, vnde totus destruitur mundus, nisi Deus suscitauerit nobis quendam reipubl. patrem. hoc vt faciat orare debemus.

Secũdæ literæquando valeant.

Secundum rescriptum non faciens mentionem primi, nullius est roboris. 87
cap. cæterum. eod. tum quia est subreptitium & obreptitium, tum etiam quia reuocatio literarum est odiosa. Panormita. & alij in capit. ex literis. de offic. delega. Adhæc quia iniuria videtur fieri iudici dato per primas literas, vt finè causa reuocetur. l. litigatores. ff. de arbitr. tum etiam quòd voluntas concedentis videtur deesse. cap. final. de dilatio. in fine. ibi, nostræ intentionis non fuerit primum mandatum per posterius reuocare, & in omni actu voluntas & potestas necessaria sunt, cap. super inordinata. de præbend. Bald. in l. cum te. colum. prima. C. de donatio. ante nupt. scripsi in gloss. subire voluerint. §. primo de collatio. in concord. & quia non præsumitur mutata statim voluntas. l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstratio. † Siue sit in prima 88
instantia impetratum, siue in causa appellationis. cap. ex literis. de offic. delega. tum quòd eadem sit causa principalis, & causa appellationis quo ad hoc. l. prima. in fine. vbi Angel. ff. an per alium causæ appellatio reddi possit. & in authentic. vt cum de appella. cognosc. in principio. & hoc quando primò impetratæ fuissent literæ in causa appellationis, & posteà aliæ impetrarentur, per cap bonæ. de confirmat. vtili. Imol. in cap. ex literis. columna secunda. de officio delega. Feli. in dicto cap. cæterum. numero 4. † Etiam de 89
processu inchoato per rescriptum mentio fieri debet. capit. inter monasterium. de re iudica. & de processu & lite pendente coram ordinario. cap. vt de bitus. de appellatio. quod limitat decem modis Felin. & alij in capitulo tertio. de rescript. Ibi quilibet videre poterit. † Etiam sufficit mentio priorum 90
literarum per clausulam non obstantibus prioribus literis, quando in primis non erat aliqua forma de nouo data ad causam: sed simplex erat primum rescriptum, cap. causam. secundo. de iudic. ibi, non obstantibus prioribus literis in causa ratione præuia procedatis, dicto cap. ex literis. de officio delega.

Processus & litis faciendæ est in literis mentio.

Expressio quæ requiratur in literis.

Secundò non sufficeret indefinita prioris rescripti expressio, sed clau- 91
sulæ notabiles exprimendæ sunt, vtpote quòd de consensu vtriusque partis primum impetratum fuerit, dicto cap. cæterum. iuncto cap. ij. de dolo. ca.

cùm

cùm dilecta. ibi per subreptionem obtentas cùm in eis illius articuli. &c. de rescript. Ideo non sufficeret dicere pro expressis habentes primas literas, quia in his quæ sunt facti, potest Papa circunueniri, cap. primo. de constitu. in sexto. & primæ literæ sunt facti, ideo de illis debet concedens habere notitiam, si illas velit reuocare, prout cõsuluit Cardinal. consilio cxlij. videtur, colum. penulti. quia non est præsumẽdum quòd velit recedere à prioribus, nisi constet. l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstrat. & si fuerit facta mẽtio rescripti primi, valet secundum, licet clausula, Non obstãte, non fuerit apposita, teste Bal. in dicto c. cæterum, col. j.

92 Hodie contrarium verum arbitrarer, propter stylum qui habet, vt in singulis literis hæc clausula, non obstantibus, apponatur. Ideo si in aliquo reseri pro nõ reperietur appositа, illud rescriptum nullius esset momẽti, quia non esset secundum stylum, ob id nullum, cap. quàm graui, de crimine falsi. & rescriptum non contineret suas partes quas scripsi quæst. viij. suprà.

93 Item si in primo rescripto erat clausula, appellatione remota, non sufficit facere mẽtionem illius rescripti simpliciter, nisi illius etiam clausulæ fuerit expressa facta mentio. c. ex conquestione. vbi Panorm. in secundo notab. de restitu. spoliato. Et quæ dicatur notabilis clausula, relinquitur arbitrio iudicis de subreptione cognoscentis, vt docent iuris interpretes in dicto capitulo tertio.

Expressiõ multiplex.

94 Tertiò, quia est multiplex expressio, videlicet in genere, in specie, & in indiuiduo, vt per Bartolum in l. prima. ff. de vulgar. & hodie in rescriptis solet fieri expressio generalis, & tã ampla, quæ omnino sufficit, vbi solet communius dici, non obstantibus quibuscunque literis, etiam si de his facienda esset mentio expressa, & ad verbum. Et ideo non prosequor multa quæ tradit Felin in capitulo, nonnulli. & capitulo cæterum, eodem titulo. & non potest dari certa doctrina, qualis mentio fieri debeat de clausulis priorum literarum, sed arbitrio iudicis relinquitur, qui debet considerare, an si expressio facta fuisset, literas obtinuisset, vel saltem non ita facilè. per capitul. ij. de dolo. capi. postulastis. de rescript. Felin. in dicto capit. cæterum. colum. prima.

Rescripti inutilis an sit facienda mentio.

95 Limita non procedere in rescripto nullo, vt de eo non sit facienda mentio. cap. ex tenore de rescript. quia postquam est nullius roboris: ergo non annullabit primum validum. text. in cap. cum nostris. iuncta gloss. in verbo, de facto. de concess. præbend. sic nec testamentum secundum nullum, tollet primum validum. l. sancimus. C. de testamen. Ideo si auditor datus ex primo rescripto remittat causam, tanquam procedere non valens, secunda impetratio non faciens mentionem de hac remissione, & commissione etiam inutili non valebit, teste Bellamera decis. ccccc. si delegatus. & Feli. in dicto cap. cæterum. numero. 5. facit cap. bonæ. de confirma. vtili, in fine. ibi diximus, primæ literæ tandiu suum debent habere vigorem, donec de iniqua sententia cognitio plenior habeatur. Francisc. consil. clxxiiij. in causa. colum. ij. nume. 5.

Subreptitiæ literæ an sint nullæ.

96 Quartò, literæ secundæ subreptitiæ nõ sunt ipso iure nullæ, sed ita demũ si pars opponat. Panor. & alij in d. c. cæterum. & c. inter. de re iud. facit ca, plerũque. co. vbi post annũ valent secundæ, quãdo aduersarius primis literis nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit vſus,ergo ab initio non erant nullæ. Nam quod in initio nullum eſt, non firmatur tractu temporis. regula iuris. ff. l. quod in initio. & in ſexto. cap. non firmatur. & hoc iudicium datur, ſi poſtulatum fuerit. l. iiij. §. hoc autem iudicium. de damno infecto. & quilibet renunciare poteſt iuri in fauorem ſuum introducto. c. ſi diligenti. de foro competen. l. penulti. C. de pact. etiam clauſula decreti appoſita in actu, intelligitur ſi impetrans vti velit. Ioan. Monac. in cap. ſtatutum. de præben. in ſexto. per l. proinde. ff. ſi certum petatur. ſcripſi in §. ſi quis verò, in verb. ipſo iure. de collatio. in concorda. Et ſic patet, quòd reſcriptum primum ſubreptitium non erit ipſo iure nullum, & ſi in ſecundo non fiat expreſsio illius, ſecundum etiam non erit ipſo iure nullum. oportet igitur quòd pars excipiat.

Declarat c. cæterum.

Et ideo licet in dicto c. cæterum. eod. ſit hæc clauſula, non obtinent alicuius roboris firmitatem. tamen intelligitur, ſi pars opponat, per text. quem non adducunt doct. in cap. ij. de offic. deleg. Ibi literæ opponuntur, & facit c. inter. de re iudica. Et iſta eſt communis ſententia in iudicialibus, vt actus etiam nullus ſuſtineatur non opponente parte, quia imputetur ei, cur nõ opponit: nam tacendo ratum videtur habere, cùm actus in fauorem perſonæ nullus ratificari poſsit. l. filio. ff. de iniuſto teſtamen. Ioan. Monach. in cap. ſuper eo. de elect. in ſexto. & ideo proceſſus factus in vim illius reſcripti valebit. ſcripſi in §. ſiquis verò. de colla. in concorda. 97

Præſentare & vti reſcripto impetrato, an quis teneatur.

Quæro ſi pars impetrauerit reſcriptum, & videat ſibi eſſe damnoſum, an cogatur illud præſentare, & eo vti? Reſpon. non cogendum, per cap. ex conqueſtione. de reſtitutio. ſpoliato. vbi Innocen. & Bald. in cap. ſuper literis. colum. vj. nume. 20. de reſcrip. poteſt enim renunciare iſti reſcripto à ſe impetrato, per dictum capitulum ſi diligenti. & facit gloſſ. in cap. primo. de verborum ſignificatio. in ſexto. niſi in quinque caſibus, quos notat Felin. in rubric. de reſcript. nume. 3. 98

Secundæ literæ auferentes iuriſdictionem à primo iudice non valent.

Hodie tamen ex legè Regia poſt impetratum ſemel vnum reſcriptum ſuper iuriſdictione, non poteſt aliud impetrari, vt iuriſdictio auferatur à primo: ſed poterit ille iudex iuris authoritate recuſari, vt eſt in ordinatio. Reg. rubri. de recuſatio. articul. iiij. vbi ſcripſi: & hoc eſt introductum, vt lites breuientur, quæ prolongantur ex impetratione tot reſcriptorum, antequam à iudicibus comprobata, ſaltem ante illam conſtitutionem. 99

Oppoſitio partis eſt neceſſaria cõtra iudicem cognoſcentem.

Quintò ſi iudices ſecundi reſcripti nulli, vel primi velint cognoſcere, debet opponi exceptio, & poſteà ſi cognoſcant, debet pars appellare, aliàs approbare cenſeretur proceſſum, per textum, in capitulo cùm dilectus. de electio. & in capitulo ex parte M. de appellatio. & iſta opinio ſeruatur in curiis, alioqui valebit proceſſus, quicquid dicat Panormita. in dicto capit. cæterum, & ſequaces. Et primam opinionem communem eſſe ſeruandam aſſerit Franciſc. Curt. conſilio clxxv. contra ea. colum. ij. Et quòd valeat proceſſus ſi pars non opponat, firmat Panormi. ſibi contrarius in cap. cùm contingat. numero 2. de reſcript. 100

Reſcripta iuſtitiæ eiuſdem datæ nulla.

Sextò ſi duo fuerint reſcripta, ad diuerſos iudices impetrata, & dubitetur de prioritate, quia ſunt eiuſdem datæ, tunc neutrum valebit, per textum, in dicto capitulo ſecundo. de officio delegati. vbi interrogandus erit princeps. 101

Septimò

Iudex petitus datur ſaluo iure recuſationis.

Septimò quanuis olim non eſſet ſolidum dari iudicem ab altera parte tum, niſi in verecundiam iudicis petiti. l. obſeruandum. ff. de iudic. hodie ſolet dari iudex petenti ſaluo iure recuſationis. ca. cauſam. ij. & cap. inſinuante de offic. deleg. gloſſ. in cap. adhæc. de reſcript. & hoc iure vtimur in Francia: & quanuis in reſcripto non dicatur, Saluo iure recuſationis, tamen ſemper exceptum cenſetur. cap. adhæc. vbi gloſſ. de reſcript. docto. in rubric. de appellatio. & in cap. ſuſpicionis. de offic. delega. & hoc in ciuilibus. In crimi nalibus verò ſolet interrogari reus, an aliquam ſuſpicionis cauſam habeat contra talem, & talem iudices: & ſi dicat ſe non habere, dicetur an velit eos in iudices habere, qui ei dabuntur, ſi non diſſentiat, vel cauſam aliquam contra eos non adducat, quia durum eſt coram iudice ſuſpecto litigare. ca. cùm inter. de exceptio. Ideo debet delegans videre, vt iudices non ſuſpecti dentur, nec hæreticus iudex dari debet contra hæreticos, vel pro illis, quia ſemper iis faueret, etiam ſi modica inſit ſuſpiciò, nec etiam ſi ſit aliqua ſuſpicione notatus. 102

Speciale reſcriptum derogat generali.

Reſcriptum ſpeciale derogat generali, etiam non facta illius mentione. cap. j. & capit. paſtoralis. in fine. eod. facit. c. ſtuduiſti. de offic. lega. Siue fuerit prius impetratum, ſiue poſteà, quia generi per ſpeciẽ derogatur, per regul. iuris in ſexto. & quia generalis diſpoſitio, quæ ſequitur, non refertur ad deciſionem ſpecialem. argumen. l. doli. clauſula. ff. de verborum obligatio. l. ſanctio legum, de pœnis. & ideo reſcriptum generale ſecũdò impetratum non tollet primum ſpeciale. † Si autem vtrunque ſit generale, illud quod eſt magis ſpeciale, attenditur. l. ſeruo. de pecul. lega. Et dicitur magis ſpeciale illud, quod reſpicit perſonas, ſi alterum reſpiciat cauſam, vt ſi cauſæ pupillorum alicui committantur, alteri verò cauſæ vltimarum voluntatũ, ſi contingat cauſam ſubſtitutionis agi cõtra pupillum, is erit iudex, cui cauſæ pupillorum commiſſæ ſunt. Bald. in l. prima, quæſtione tertia. ff. de offic. conſul. & in l. executorem. colum. v. C. de execu. rei iudica. Decius in dicto ca. primo, nume. 71. Idem in reſcripto habente cauſam magis fauorabilem, vt docet Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in verb. non obſtantibus, quẽ ſequitur Paul. Caſtren. in l. non eſt nouum. ff. de legib. ſic conſuluit Deci. cõ ſilio iij. & diligenter. 103 104

Speciale quando reſcriptum dãcatur.

Priuilegiũ ſecundũ non derogat primo.

Secundum priuilegium non derogat primo ca. veniens. de præſcript. ſiue ſit ſpeciale, ſiue generale. gloſſ. in ſumma, vigeſimaquinta quæſtione ſecunda. in fine. & in regul. generi. facit l. tertia. C. de ſilentiar. libro duodecimo. & laſ. in l. poſtquàm liti. C. de pact. quia priuilegia non æſtimantur ex tempore, ſed ex cauſa. l. priuilegia. ff. de priuileg. credito. † Hodie videntur ſublatæ difficultates iſtæ, cùm in ſingulis literis ſoleãt poni, non obſtan. Valde generales & clauſula, etiam ſi expreſſa ſit facienda mentio: ob id iſta non fuſius pertractabo, quia in curiis de hoc non frequenter dubitatur. etiam de hac clauſula dixi in forma manda. apoſtolic. in concor. 105 106

Clauſula nõ obſtant. in literis valde generalis poni ſolet.

Reſcriptũ non faciens mentionem de priuilegio, an valeat.

Reſcriptum non faciens mentionem priuilegij, valet. capitulo primo. vbi docto. de litis conteſtat. in ſexto. & in capitu. primo. de reſcriptis. Quòd eſt verum, quando priuilegium reſpiceret merita cauſæ, ſed ius partis, tunc reſcriptum non derogat priuilegio, nec fit præiudicium parti habenti ius, quia illud poterit etiam coram iudice reſcripti pars allegare. 107

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob id reſcriptum valebit. Vnde priuilegiati, vt non ſoluant decimas de terris, quas propriis manibus colunt, poterunt conueniri in vim reſcripti, & ipſi priuilegium allegabunt. cap. ex parte. primo. de decim. & illud exhibebunt. cap. cùm perſonæ. de priuileg. in ſexto. Vel ſi princeps conceſſerit mihi immunitatem, poſteà generali edicto imponit onera, non intelligitur tollere meum priuilegium. Bald. in dicto. c. j. colum. penult. nume. 16. Vbi plus dicit generale ſtatutum non tollere priuilegia, niſi de ipſis mentio fiat derogatoria, nec tollit ſpeciales conſuetudines, niſi contra ius inductæ ſint, vel ſint illicitæ, vel expreſſæ. l. iij §. diuus. ff. de ſepul. viol.

Si ergo per reſcriptum, vel mandatum tolleretur ius, nõ valeret manda- 108
tum, vel reſcriptum non facta priuilegij mentione. c. conſtitutus. de reſcri.

Si autem impetretur reſcriptum contra priuilegium concernens dilatoriam, ſeu iudices, non valebit non facta mentione priuilegij, per textum in cap. cùm ordinem. de reſcript. vnde ſi impetrem reſcriptum contra ſcholaſticum habentem ſuos iudices, vt in authentic. habita. C. ne filius pro patre. non valebit reſcriptum: quia derogaretur iudicibus iam datis quo ad cognitionem, per cap. cæterum. de iudic. Barba. & alij in dicto cap. cùm ordinem. Et ſic non valet regulariter reſcriptum contra priuilegium, ſi non fiat priuilegij mentio, ſi illi priuilegio derogetur, aliàs contrà. Idem, ſi priuilegium det formam reſcriptis impetrandis, vt non valeat reſcriptum, niſi facta mentione illius formæ & ordinis, per dictum cap. cùm ordinem. vbi alia ſuper hoc videri poterunt.

Litera an ſint in totum nulla.

Sæpius etiam dicitur reſcriptum non valere, vel propter ſubreptionem 109
vel obreptionem, aut aliàs. Quæro an ſit in totum nullum, vel in illo articulo tantùm, in quo falſum expreſſum eſt? Reſpond. Si vitium reſpicit totum reſcriptum, tunc totum reſcriptum vitiabitur, vt potè quando manifeſtum eſt in conſtructione peccatum, vt in c. ad audientiam. j. de reſcrip. & ibi Bal. & alij per illud verbum, fidem te nolumus adhibere, vel ſubreptio fuit cauſa obtinendi reſcriptum ſuper omnibus. tunc in totum corruet. c. conſtitutus. vbi gloſſ. & Panorm. & in c. ſuper literis. de reſcript. Carol. Ruinus conſi. lxx. quia nume. 11. in quinto vol. Idem ſi ſit contra ſtylum. c. quàm graui. de crimine falſi. † Idem eſt quando exprimitur falſum, quia mendax precator 110
carere debet penitus impetratis. c. ſedes. de reſcrip. quia non eſt tam odioſus tacens verum, quàm falſum exprimens, quia ex ignorantia hoc tacere potuit, ſed dolus in exprimente falſum præſumitur. Panormita. ibidem. & Lapus alleg. lxxxix. in Dei nomine, &c. factum ſuper quo. tamen idem in vtroque eſt dicendum, quando doloſa eſt ſubreptio, tunc nullum in totum eſt reſcriptum, per text. in dicto cap. ſuper literis. de reſcript. Idem quando connexitas, eſt, vt quia in perſona eſt commiſſa ſubreptio, tunc in totum vitiatur reſcriptum. c. ſedes. & ibi Panorm. vlt. not. de reſcri. et in dicto c. conſtitutus. in prima gloſſ. et in c. ſuper literis. nu. 5. in fi. ibidem.

Subreptio in vno, an vitiet in toto.

Alioqui regulariter ſubreptio in vno articulo, non vitiat capitula ſepa- 111
rata & diuiſa, vt eſt text. in cap. ſi eo tempore, de reſcript. in ſexto. vide regulam ſic conſtitutam, cum limitationibus, per Feli. in dicto c. ſedes. & per Riminal. & Iaſ. in l. ſi ex falſis. C. de trãſ. Carol. Rui. d. conſi. lxx. quia id de quo. col. iij. nu. 8. & 11. in quinto volu. vbi dicit maximè procedere, quando vnũ capitulum

capitulum gratiæ tendit ad commodum vnius, & aliud ad commodum alterius. Nam vnius factum alteri nocere non debet. l. ſi vnus. §. ante omnia ff. de pactis.

Subreptio quomodo tollatur.

113 Notandum eſt, quòd ſubreptio tollitur per clauſulam motus proprij. ca. ſi motu proprio. de præbend. in ſexto. Sexaginta alios effectus illius clauſulæ cumulaui in forma mand. in verb. motu proprio, in concor. Franciæ.

Secundò etiam tollitur per clauſulam, non obſtante. c. non poteſt. de præbend. in ſexto.

Tertiò per clauſulam, ſi non ſit alteri ius quæſitum: ipſa enim tollit omnem ſubreptionem, quæ à tertio allegari poſſet, dicente ſibi reſcriptum præiudiciale: nec eſt opus alia mentione coloratæ poſſeſſionis. Cardina. cõſil. xciiij. nobiles viri, quia reſcriptum videtur concedi ſub conditione, ſi non præiudicetur alteri in iure quæſito. ca. quanuis. de reſcript. in ſexto. & cap. ſi poſt quàm. de præbend. illo libro. hoc docet Felin. in cap. ſuper literis. col. vij. nume. 11. de reſcript.

Quartò idem in clauſula. Ex certa ſcientia. gloſſ. in cap. ij. de filiis presbytero. Bauer. in §. hæreditas. col. vj. de hæredib. inſtituend. in inſti. Felin. in cap. cùm inter. de exceptio.

Quintò idem dicunt quidam in clauſula, Ex plenitudine poteſtatis, cùm tantum operetur ſicut motus proprius, vt conſuluit Alexand. cõſilio xxxiij. in quinto volu. & Barba. conſi. xxvij. in ſecundo vol. & conſil. xiij. col. viij. in iij. volu. & Hippo. in l. de vno. nu. 24. ff. de re iud. alibi dico.

Sextò clauſula, pro expreſsis habentes. Feli. in ca. in noſtra. corollar. ix. de reſcrip. Dec. conſi. cccxlj. viſo puncto. col. j. Ego pleniſsimè ſcripſi in forma mand. in verb. pro expreſsis. in concor. Franciæ.

Septimò idem dicunt quidam in clauſula, Supplentes omnes defectus, de qua conſuluit Dec. conſil. cccxlj. viſo puncto. colum. ij. Panormit. & alij in c. illa. de electio.

Quotuplex ſit reſcriptum.

114 Decimò quæro quotuplex ſit reſcriptum? Reſpon. Imperator in rubri. C. de diuerſ. reſcript. dicens varia ac diuerſa eſſe reſcripta, ſed in dubio membra nos partiemur. quoddam enim eſt reſcriptum gratiæ, quoddam iuſtitiæ. Hæc diuiſio probatur in extrauagan. ſedes apoſtolica. de offi. deleg. in communib. Hoſtien. in ſumma de reſcrip. & alia ſunt communia, quæ quidam vocant miſta, quæ tamen ſub ſimplicibus cõtineri aiunt Iaſon & recentior. in l. ij. ff. de verborum obligatio. & in §. omnium. de actio. in inſtit. & ob id voco ea communia, quia & à Papa & à ſecularibus principibus cõcedi poſſunt, ſicut Iureconſul. vocant communia prædiorum ruſticorum, & vrbanor. & Imperator communia vtriuſque iudicij, & communia de legat. & fideicommiſſ. & communia de manumiſſ. communia de vſucap. Sic & legitimationis reſcriptum, & alia multa communia ſunt. quæ ſcribo in praxi beneficiali. Solent autem concedi & à Papa, & à principibus ſecularibus, ad diuerſa tamen tendunt, & varia concedunt, vt plenè explico in dicta praxi benefic.

Reſcripta gratiæ & iuſtitiæ quæ

115 Reſcripta gratiæ ſunt, in quibus aliquid gratioſè cõceditur, & de his quæ à Papa conceduntur, quæ beneficialem tangũt materiã, plenè ſcripſi in praxi beneficiali, & differentias inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ, ibi videlicet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alia autem reſcripta gratiæ,ſeu literę,quæ à ſecularibus conceduntur principibus,ſunt remiſsiones,gratiæ,& indulgentiæ:de quibus.ff.ad ſenatuſconſul.Turpil.& in rubri.C.de abolitio.& ego tractabo in his ordination. Regiis,in tract.de remiſsio.& gratis,& indulgen.

Reſcriptum iuſtitiæ eſt quod ad iuſtitiam adminiſtrandam tendit,vt ſit116 detur iudicibus delegatis poteſtas,ius & iuſtitiam partibus adminiſtrandi, Calder.in conſil.vlti.rubri.de reſcript.vt in toto titul.de offic.delega.Et iſta reſcripta tria continere membra dicit Gomeſ.in rubri.de reſcript.in ſextò, nume.15.Nam quædam conceduntur per viam breuis,de quo plenè ſcribo in praxi beneficial.alia per viam commiſsionis,alia per viam reſcripti ſpecialiter nuncupati.

Literæ commiſsionis quæ ſint.

Reſcriptum per viam commiſsionis à Papa emanans eſt,quãdo ipſe ali- 117
cui Epiſcopo,vel vni ex Dominis de Rota,ſeu duobus,aut pluribus aliiſve cauſam committit.c.cæterum.c.ſedes.& ſequen.de reſcript. & in cap.ij.de dolo.c.cũ olim.de offic.delega.vide in regul.cancellar.xxxj.Et ſolet ſic fieri:dignetur S.V.cauſam,& cauſas,quam & quas deuotus S.V.orator N.clericus Pariſiẽ.diœceſis habet,& mouet,habereq; & mouere vult & intendit contra,& aduerſis quẽdam Ioan.aſſertum clericum aduerſarium,omnesq; alios & ſingulos ſua communiter,vel diuiſim intereſſe putãtes, de & ſuper Parochiali eccleſia N.dictæ diœceſis,quam quondam B.dum viueret obtinebat,rebusq; aliis in actis cauſæ huiuſmodi latius deducendis, & illorum occaſione alicui ex Rom.Pontificif.de veſtri ſacri palatij cauſarum auditoribus committere audiendas,cognoſcendas,finesq; debito terminandas,cũ omnibus & ſingulis earum incidentibus,dependentibus,emergentibus,et annnexis,cum poteſtate dictũ Ioan.omnesq; alios,et ſingulos ſupradictos, et in executione citationis præſentium vigore ad partes decernendæ nominandos,in Roma.Curia,et extra eam,et in partibus quoties opus fuerit.Et iſtæ commiſsiones, quæ fiunt auditoribus, potius ſunt diſtributiones nullam iuriſdictionem habentes,ſecundum Felin.in rubri.de reſcrip.col.ij.plus dicens impetrationes cõmiſsionum quæ fiunt talibus,etiam ſi obtentæ ſint ab excõmunicato,valere ad limitationẽ c.j.de reſcript.lib.vj. et aliàs ſcripſi in interpretat.c.poſtulaſtis.de cleri.excommunic.miniſtrã.vnde ſi cauſa delegetur alicui,vt cognoſcat de re ad Titium pertinente,iudex poterit, et de poſſeſſorio,et de petitorio cognoſcere:quia verbum pertinere ampliſſimè patet,in l.verbum pertinere.vbi abundè ſcripſi.ff.de verborum ſignif.

Commiſsio etiam dari ſolet à Rege.et ſolet interdum committere per 118
literas,quòd audiantur teſtes in aliqua prouincia,in authenti. apud.iuncta. laudices.C.de fide.inſtrumen.Qui aliquando audiuntur ratione proceſſus. vt ibi interdum propter ſuſpiciones iudicium,ſeu conſiliariorum,vt in tracta.de euocat.et de ſupplica.in primo Tomo ordinatio.Regiar.interdum ad futuram rei memoriam.l.in lege Aquilia ſi deletum.ff. ab legẽ Aquiliã. c.fina.vt lite non conteſta.

Commiſsio à Rege concedi ſolet.

Interdum conceditur reſcriptum commiſsionis propter vtilitatem iuriſdictionis,vel aliam,vt ſi erigi petatur nouum tribunal,vel an illud tranſferri in alium locum ſit vtile necne,vel ſuper alia vtilitate,et tũc ſolet committi alicui magiſtro libellorum,vel alteri,cui Rex cõmittere voluerit. Et

iſtæ

iſtæ commiſsiones pro variis rebus variari ſolẽt, & iſtud petitum ſolet poſteà concedi propter hoc, quòd in commune vtile eſt,vt docet iuriſconſult.in l.iij.§.vtrum.ff.ad Senatuſconſult. Sylla.

Deligere quando cõmiſſarii Regii poſſunt.

119 Et iſti commiſſarij deputati etiam à Papa, vel à Rege, non poſſunt aliis committere, cùm ſint nudi miniſtri.clemen.j.de officio deleg.ſi iudices fuerint,contra, vt ibi in tex.& gloſ.nam in c.ſi pro debilitate, vel pro qualibet alia graui cauſa, vel neceſsitate tractandis cauſis, quæ tibi à ſede apoſtolica committuntur,intereſſe nõ poteris,liberum tibi ſit perſonis diſcretis,& idoneis vices tuas committere, ita tamen, quòd ſi res tanti eſt, conſulere te debeant.de offic.delegat.& hodie commiſſarij à Rege non ſolent delegare negotium ſibi commiſſum:ſed ſi ipſe commiſſus explere nõ poſsit, Rex alium in eius locum ſufficit & ſubrogat, etiam ſi cauſæ cognitio ſit delegata, quia induſtria perſonæ eligitur, ideo non poteſt ipſe aliis delegare.c.quoniam.§. is autem, de offic.deleg. Et quando Papa vel Rex concedit, vt ſi non poſsit cognoſcere,talis cognoſcat, etiam non poterit primus iudex delegare: quia intelligitur ſi non poſsit cognoſcere per ſe.c.coram.de offic,delegat.

120 Commiſsiones aliæ poſſunt fieri non ſolùm à Papa, vel à Rege, ſed etiam ab aliis magiſtratibus, & iudicibus ordinariis, vt dicta l.iudices.C.de fid.inſtru.Et quando in commiſsione eſt dies præfixus, niſi de communi conſenſu prorogatus ſit, eo tranſacto mandatum expirat.c.de cauſis.de offic.deleg. vbi additur,quòd ſi pars non pareat iudici delegato,ſi certa pœna à iure præſtituta ſit,illa eſt infligenda,aliàs eſt arbitraria.

Literæ De cõmittimus quibus dentur.

121 Item, concedit Rex omnibus priuilegiatis literas,quas De committimus vocamus,in quibus committit cauſam Conſiliarij, Aduocati vel Procuratoris,ſeu alterius priuilegiati, Conſiliariis ſupplicationum ſeu Requeſtarum: & ſine his literis non ſolent ipſi cognoſcere, vel niſi cauſa ad eos remittatur à Senatu, vel à magno Conſilio,vel aliàs:vt ſcribo in ordina. Reg.rubric.*des Conſeillers tenans les requeſtes du palais.*

Nulla dictio debet eſſe in reſcripto ſuperflua.

122 De reſcripto ſpecialiter nuncupato tractatur in c.ſuper literis.de reſcript. & in rubr.de precib.Impera.offerend.cum titul.ſeq.C. Et in reſcripto nulla dictio debet vacare, & ſuperflua eſſe,per l.primam,ff.quod metus cauſ.gloſ. in c.ſolitæ.de maiorita.c.ſi Romanorum.xix.diſtinctio. Bal.& Barbat.in rubric.eod.quanuis ſæpius multæ etiam ſint clauſulæ,quæ parum proſunt, vel repetitæ.

Secunda diuiſio reſcriptorum.

123 Reſcriptorum eſt alia diuiſio.nam quoddam eſt Obreptitium, Subreptitium,Falſum,Inciuile & Irrationabile.In primis videamus quid ſit Obrep-
124 tium.† Obrepere primò ſecundum Budæum eſt latenter progredi,& fallaciter adire, vt ſerpentes humi repentes ſolent. Vnde fit, vt quicquid ſenſum fallit,id obrepere dicatur, vt obrepit non intellecta ſenectus. Cicero in Cato. Obrepſit dies,fames & obliuio,ac cætera id genus,in l.ſi quis obrepſerit.ff.de fal.Ex eo fit vt obrepere pro fallere, hoc eſt incautum aggredi accipiatur,vt Vlpia.de Carbon.edicto ait in l.quarta.§.puberi.ibi, ſed ſi cùm eſſet pubes, quaſi impubes obrepſerit, dicendum eſt nihil eum egiſſe. Accurſius, obreſit, exiſtimauit ab obripio eſſe.ac preces obreptitias & ſubreptitias Pero.ab obripiendo & ſubripiendo dictas eſſe tradidit, inferius dicam quid ſentiam. Obrepere ad magiſtratum dicitur, qui falſa ſpecies, vel probitatis, vel

Obrepere quid, et ſubrepere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctrinæ ad magistratum assumitur, & vt vulgò loquimur, per hypocrisin vel per abusum. Budæ. Et obrepere iudici per acta, vel libelli interpellationē, pro eo quòd est falsò se insinuare, & prætextum facere. l. si quis obrepserit. ff. de fals. Oldendorp. de copia verbor. Vnde dicunt, obrepimus, cùm tacendo aliquid impetramus, quod exprimere necesse erat, expressúmque, principem à concessione abalienasset, facit l. sed si hac lege. §. patronum. ff. de in ius vocan. ibi dum arrogantur per obreptionem: cùm enim hoc ipso quòd arrogatur, celat conditionem, ergo in celando consistit obreptio, facit l. si fideiussor. §. si cùm debitor. ff. mand.

Subreptitiū & obreptitium.

Subrepimus verò, cùm à principe per falsam rei narrationem aliquid ex- 125
torquemus. Putà rescriptum, priuilegium & alia: hoc Spiegel. in suo dictionar. † Ego autem sententiam Budæi probo, quòd deducatur obreptitium à verbo obrepo, non obripio, & pro hac sententia est text. quem non adducunt docto. in l. si fideiussor. §. si cùm debitor. ff. manda. ibi, ne fortè creditor obrepat, non dicitur obripiat. sed ad elucidandum obreptirium & subreptitium, arbitror non esse faciendam differentiam an ex vno, vel altero oriatur, cùm in idem conueniant. Nam siue subreptitium à subripio dicas, quòd est clam aufero. siue per mendacem narrationem impetro, siue ab obrepo, quod significat clam & latenter aggredi, & fallere, semper rescriptum subreptitium dicetur & obreptitium, in quo veritas precibus & postulationi non est adiecta, vt exponit tex. in d. l. si quis obrepserit. de falsis. Nam quòd in principio obrepserit, dicit, postea exponit, veritatem precibus non adiecit, quod potest esse, & tacendo verum & exprimendo non verum. Et ideo obrepere non accipietur in his legibus simpliciter pro fallere: vt dicit Budæ. sed pro eo, quòd veritatem non adiicere. Et sic hodie promiscuè vtimur. Nam obrepere quis etiam dicitur, cùm exprimitur falsitas, quia veritatem precibus non adiicit, per l. si autem. §. j. ff. de negot. gest. ibi. Item si fundum tuum, vel ciuitatis per obreptionem petiero, negotium tuum gerens vel ciuitatis. Ergo etiam in non veri expressione consistit obreptio: vt dicit glos. forte dicens me habere mandatum, cùm non haberem, facit l. magis puto, §. penult. ff. de reb. eo. ibi. Manet actio pupillo, si posteà probari possit obreptum esse prætori, l. cùm verò. §. subuentum. ff. de fideicom. libert. & probat text. in l. vna. C. si nup. ex rescrip. petant. vbi quod in principio vocat subreptitium, in fine obreptitium, & huius est sententiæ Bart. Ias. & alij in l. ij. C. si contra ius. Panormi. & alij in c. super literis eod. Et hoc iure vtuntur practici, vt nullam assignent differentiam inter hæc duo verba, & vnum sine alio non solent proferre in impugnandis rescriptis.

Obreptitiū & subreptitium impetranti nullum affert fructū.

Obreptitium & subreptitium nullum affert fructum, l. ij. C. de legib. & l. 126
fi. si contra ius. Imò iudices si dissimulauerint, vel alterius litigantem audierint, vel ad aliquid allegandum admiserint, triginta librarum auri condemnatione plectendi sunt. Ibidem nam mendax precator carere debet impetratis, l. & si legibus. C. si contra ius. c. fedes. in fi. eod. dicetur in praxi beneficiali.

Sufficit factū esse narratum.

Tamen notandum est rescriptum non posse impugnari, licet ex gestis ali- 127
quid omissum sit, dumtamen factum sit sufficienter narratum, & non tacuerit pars ex dolo illud quod potuisset mouere concedentem ad negandum, l. j. C. si contra ius. c. postulasti. de rescrip. Vide Soc. cōsi. clxiiij. visa bulla. col. ij.

in ij.

128 in ij. volu. Sed detestabilius est & grauius, falsum exprimere, quàm verum ta- *Falsum exprimere, deterius est quàm verū tacere.*
cere, teste Panormita. in c. quia circa. de consangui. Sed quo ad effectum nihil, quia nec literæ subreptitiæ, nec obreptitiæ valent: sed non punitur pœna falsi is, qui verum tacet, vel falsum Papæ dicit in literis, sed caret impetratis, cap. super literis. de rescrip. plenè Fel. in rubric. ibidem, quia aliud est falsum dicere, aliud facere, de quo infrà dicam. nam qui falsum dicit, mendax est, qui immutat veritatem, & falsum committit, falsarius est: de quo per totum tit. de crimi. fal. & ff. & C. de falsis, & l. & si legibus. C. si contra ius. Bald. & alij in c. cùm dilecta. de rescript. & quomodo tollatur subreptio, scripsi superiùs in quæstione nona, in fi.

129 Aliud est falsum rescriptum: & est illud quod nunquam à Cancellaria, vel *Falsum rescriptū quid & an differat à subreptitio.*
à principe emanauit, sed priuatus sibi effinxit: aut alius, vt patet in rubric. de crimine falsi. c. licet. & c. quàm graui. & per totum. glos. in ca. memoriam. xix. distinc. Vnde dicit gl. in l. sicut. C. de pagan. quòd si aduersarius retinet instrumentum, quod credo falsum, possum illud vi eripere & ad principem referre, sed non frangere, quanuis glos. dicat contrà. Sed tex. ibi dicit, quòd si quod *Declaratur l. sicut.*
rescriptum, si qua lex fortè prætenditur, abreptæ huiusmodi chartæ ex eorum manibus, ad nostram scientiam referantur. Sed hodie per iudicem fieret, & arestaretur in manibus scribæ, seu Grapharij, quia non debet quis sibi ius propria authoritate dicere. l. extat. ff. quod metus caus. Et vbi rescriptum est de falso supectum, clausula, De plenitudine potestatis, nihil operatur, imò magis reddit suspectum illud rescriptum, quia stylus scribendi præuaricatur propter clausulam insolitam, glos. fingu. in l. si quis, ff. de condict. institut. Bald. in rubr. eo. de rescrip. col. ij. Sed in dubio præsumitur verum. l. si peculium. in *Rescriptū in dubio præsumitur verum.*
fin. ff. de pecu. legat. Et ideo is qui allegat falsum, vel subreptitium, hoc debet probare, c. accedens, de crimi. fals. quia ei qui dicit & c. l. ei ff. de probat. l. actor. C. eo. vt dixi in ix. q. suprà. Puniendi enim sunt iudices decem librarum auri mulcta, qui veruerunt precum argui falsitatem, l. puniri C. si contra ius, dicetur in articu. ij. intrà eod.

130 Item, Franciæ pragmatici vocant inciuile & irrationabile rescriptum, in *Inciuiles litteræ & irrationabiles.*
quo veritas narratur quidem, sed est contra ius, vel contra id quod æquum & bonum est. l. inciuile. C. de rei vendicatio. l. ij. C. de inoffic. testa. l. inciuilem. C. de furt. & l. medicus. ibi, inciuile factum. ff. de variis & extraordi. cog. l. inciuile. ff. de legibus. Sic vocat Iurisconsultus inciuiles pœnas, in lege moris. §. sed & damnare. ff. de pœn. Et vide in articu. ij. intrà eod. in his ordinationibus Regiis.

Irrationabile rescriptum, quod est contra rationem & rationi obuium, de quo text. in c. causam. ij. in fi de testib. & dicitur communiter in rescriptis in hoc regno, *Nonobstant lettres obreptices, ou subreptices au contraire.* Etiamsi non diceretur, *nonobstant quelconques lettres*, intelligeretur de inualidis. nota.

131 in cap. causam. de rescript. Ias. consil. ccxxxiij. col. vij. in secundo volu. † Et in *Praxis Galliæ in oppugnandis rescriptis.*
praxi hoc iure vtimur, vt procuratores & aduocati contra rescripta soleant dicere his Gallicis verbis: *Ie dis que ces lettres sont subreptices & obreptices, inciuiles & irraisonnables.* Nam potest esse, quòd pars dixerit veritatem, & princeps non concedenda concesserit, vt si alicui indulgeat, ne debita sua soluat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc inciuile est & irrationabile. l.ij. C. de precib. Impe. offer. Vel post rem venditam & traditam, siquis impetret, quòd ei restituatur, hoc inciuile est. l. inciuile. C. de rei vendica. etiam si duplum offerret. l. non est probabilis. C. de rescin. vend. nisi sit minor, vel dolus insit: aut alia causa, vt dico in tract. de recis. contract. inferius.

Literæ inciuiles sunt reiiciendæ.

Item, is cui dirigitur rescriptum inciuile, non tenetur illud comprobare, 132
seu vt practici dicunt interinare, sed illud reiicere debet, text. in cā. si quando. eod. & not. Bald. in l. puniri. C. si contra ius contra miseros prælatos, & rescriptorum executores, qui admittunt & comprobant quæcunque rescripta, non aduertentes an sint iusta necne, vnde Inn. in c. inquisitione, de sent. exc. pulchrè ait, quòd si ex mandato Papæ & rescripto principis oritur scandalum, iudex non debet exequi illud rescriptum, nec subditur parere. cap. Iulianus, cum sequen. xj. quæst. iij.

Papæ pro indigno scribenti an sit parendum.

† Imò si Papa scribat pro notorie indigno, tale 133
rescriptum præsumitur subreptitium, & non est seruandum. Anton. Butr. in cap. cùm adeò, de rescrip. vt si conferat in Francia ignaris parochiales ecclesias in ciuitatibus, vel villis muratis sitas, cōtra §. statuimus. ij. de coll. in concord. Barba. in rub. eod. in clementi. col. xvij. facit text. in cap. eam te. de æta. & quali. ibi. nec aliqua occasione vel etiam literarum nostrarum obtentu instituti patiaris, quæ scientia, moribus & ætate consilij non congruant institutis, tamen in his literis non licet de principis potentia disputare, vt in l. j. ff. de constit. princ. sed de voluntate & scientia. vt in quæ xij. inferius plenè dicetur.

Subreptitium rescriptū non valet.

† Et rescriptum iustitiæ per falsi suggestionem, vel viri suppressionem non 134
tenet, si dolo impetratum fuerit, ca. super literis de rescri. l. præscriptione. C. si contra ius. Imò quando subreptitium est in rescripto, illud per insidias elicitum cēsetur, ca. veniam. xxxv. quæstio. ix. In dubio tamē præsumitur quòd ex simplicitate & ignorantia fecerit. glo. ibi. in d. ca. super literis, quā doct. probant, sed Hosti. distinguendum censet, an impetrans fuerit doctus, vel ignorans per gloss. in l. dolum. C. de dolo. l. sed si maritus. ff. qui & à quib. ca. ij. de renuncia. in sexto. Bald. in l. & si legibus. C. si contra ius. & barba. in rubric. de reser. in clemen. col. xx.

Odiosū favorabile, & mistum.

Item, rescriptum adhuc diuiditur: quoddam est odiosum, fauorabile alte- 135
rum, & aliud mistum. Odiosum quod in odium aliquorum vel alicuius datur, vel pœnam aut odium continet, & hoc restringitur, arg. l. cùm quidam. ff. de lib. & post. vt si mandetur quòd tam priuilegiati quàm non priuilegiati teneantur soluere Regi, vel alteri centum, non comprehenduntur hi, qui priuilegium in corpore iuris clausum habet, per text. iuncta gloss. in l. ij. §. legatis. ff. de iud. quia hoc odiosum est, vt scripsi in scho. priui. clxxix. Fauorabile, quod fauorem continet, & hoc ampliatur. l. placet. ff. de lib. & posth. quæ rescripta gratiosa vocat Io. Monac. eod. tit. in sexto. Mistum quod partim fauorem, partim odium continet, argu. l. sed si hac. §. final. ff. de in ius vocando, & hoc nec restringi, nec ampliari debet: nisi quo ad ea quæ sunt consequutiua rescripti, l. qui procuratorē. ff. de procura. Vide in l. venia. C. de in ius vocando.

Conclusio in rescriptis attendenda.

† Et in his rescriptis attenditur conclusio. Bald. in l. præscriptione. in 136
fin. C. si contra ius, sicut in contractu, l. si voluntate. C. de rescind. vend. & in libello doct. in l. edita. C. de edendo. l. j. ff. illo titul. Et ad iustificandum placitum, seu rescriptum Regis sufficit quæcunque occasio. Bal. in c. ecclesia. col. penul.

penulti. vt lit. pend. refert Ias. in consil. cxliiij. circa primum. col. iij. volumi. ij.

Integræ sunt producendæ literæ Regiæ.

137 Insuper hæc rescripta nihil operantur, nisi integrè producantur. Bald. & Barbat. in rubr. de rescrip. allegant Specul. in tit. de rescrip. præsenta. in princi. versicul. obiicitur. argumen. l. inciuile. ff. de legib. & integrum dicitur, quod ex omnibus suis partibus constet, ita quòd totum legi possit ad verbum. l. fi. C. de precib. Imper. offeren. c. contingit, de fide instrum. Et sic intelligi debet ordinatio Regia posita in rubric. *Des lettres d'estat.* articul. iiij. vbi dicitur quòd nullus debet admitti ad allegandū literas status, nisi promptam illarum fecerit fidem. Et hanc fidem oportet quòd faciat integram, quia non sufficit partem literarum producere, & partem non, vt ibidem dico, & in tract. de liter. dilat. artic. iij. & quid dicatur integrum, abundè scripsi in l. sylua. §. integra. ff. de verbo. significat.

Subreptio intra quod tempus opponi possit.

138 Quæro intra quod tempus possit de subreptione excipi? Respond. quando in literis gratiosis interuenit subreptio, tunc aut opponitur dilatorie contra literas, vt in d. c. ad audientiam, secundo, de rescrip. c. si super gratia. de officio delega. in sexto, & tunc opponi debet ante litem contestatam, sicut omnes dilatoriæ, cap. pastoralis, de except. c. inter, de re iudic. Si verò opponatur peremptoriè contra gratiam, & tunc poterit vsque ad sententiam opponi, sicut in aliis peremptoriis. Innocent. Panormit. & alij in cap. constitutus, in fine, de rescript. Et quando dilatoriè opponatur, declarat Bartol in l. cùm quærebatur. in fine. ff. iudica. solui. & in l. j in fin C. de ordin. cognitio. Si verò agatur de rescripto iustitiæ, tunc regulariter in initio litis opponi subreptio debet, l. ita demum. C. de procurator. vide quæ scripsi in tracta. except. in except. rescript.

Effectus rescriptorum & vtilitates.

139 Vndecimò videndum est, quis sit rescriptorum effectus? Respon. multi sunt, ac eorum vtilitates, vt inferius statim apparebit, per tex. in l. vnum ex familia, in fi. ff. de leg ij.

Primus est, vt laxetur per ea aliquid de iuris vel ordinationis rigore, l. cùm hic status. in principio. ff. de donatio. inter virum & vxorem. quod probatur in literis naturalitatis, quæ rigorem legis, & ordinationis mitigant, vt scribo inferius in tract. de liter. naturalit. Nempe de iure quilibet debet ordinari sub titulo ecclesiæ suæ ciuitatis, & illi præfici, & non extraneus, c. j. lxx. dist. l. in ecclesiis. C. de episco. & cler. Literæ enim naturalitatis laxant de iuris & ordinationis rigore, vt etiam extraneus in ecclesiis Franciæ præficiatur, vt scripsi dicto titul. De liter. natura.

Rescriptū declarat.

140 Secundò, rescribit Imperator, vt declaret constitutionem iuris, l. rescripto diuorum fratrum ad Rutilium Lapum. ita declaratur constitutio. ff. de mune. & honorib. l. ij. in fine, de iure immun. l. si hominem, in fi. ff. depositi. l. cum pater, de pactis dotalib.

Confirmat inutile.

141 Tertiò, rescriptum confirmat, quod aliàs est inualidum, vt in rubrica de confirmat. vtili vel inutili, in decretal. & in l. semper, in fine. ff. de iure immunita. ibi idque etiam confirmatum videtur rescripto diui, l. si idem. ibi, quæ sententia rescripto Imperatoris nostri Antonini confirmata est. ff. de iurisd. omn. iudi. l. adoptio non iure facta à principe confirmari potest. ff. de adopt. Quanuis violenta possessio non possit rescripto confirmari, l. authoritatem. C. vnde vi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Remittit princeps negotia rescriptis.

Quartò, per rescriptiones negotia Imperator remittit ad præsides prouin 142
ciarum, l. generaliter, ff. de offi. præsi. Et hoc patet in rubri. de euocatio. ordi.
v. vt ibi scripsi in primo Tomo constit. Reg.

Vires sumit rescriptum à principis intentione.

Quintò, rescriptum vires sumit ab intentione rescribentis, c. ad aures, ibi, 143
cùm non sit intentionis nostræ, de rescri. c. fin. ibi nostra feratur intentio, ibi-
dem, l. ex facto, in prin. ibi, beneficia quidem principalia ipsi principes solent
interpretari, vbi Ias. ff. de vulg. Et intentio principis talis esse præsumitur, vt
alius non grauetur, nec iniuriam patiatur, teste Bald. in d. c. ad aures facit cap.
quamuis. de rescrip. in sexto. etiã si motu proprio concessum sit, quia hæc vo
luntas similis est testamento, in quo iniuriam testator facere non præsumi-
tur, l. impub. ff. de administr. tutor de voluntate, vide Feli. in c. sciscitatus, col.
viij. nu. 13. de rescrip.

Limitat ius

Sextò, rescriptum limitat ius, in l. ij. §. verba. ff. ad Velleian. ibi, sed ita de- 144
mum eis subuenit, si non callidè sunt versati hoc etiam diuus Pius, & Seue-
rus scripserunt.

Interpretatur.

Septimò, voluntatem defuncti interpretatur, l. licet. ff. de leg. j. l. vnum ex 145
familia. §. fi. ff. de leg. ij. & potest sumi argumentum à contrario ex rescripto,
per l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. Barb. in rub. de rescrip. in cle-
men, col. xx. & Corsetus in sing. incipiente, Argumentum. Et illa interpreta
tio in similibus casibus ligat, l. fi. §. definimus. C. de legib.

Geminatum rescriptum quid prosit.

Octauò, geminatum rescriptum operatur tantum quantum clausula mo 146
tus proprij, teste Ba. in. l. nec damnosa. C. de precib. Impe. offer. argu. §. & hoc
verò, iubemus, in authent. & nulli iud. colla. ix. iuncta. l. j. C. de peti. bon. subla.
libr. x. sequitur Roma. in reper. l. si verò. §. de viro, Fallen. xxxj. ff. soluto matri.
refert Barba. in rub. huius tit. in clemen. col. xvj. non tamen inuenio, vt tot ef
fectus habeat sicut clausula motus proprii.

Illicitum rescripti facit licitum.

Nonò, illicitum facit licitum & permissum: nam & fœminæ ex rescripto 147
principis adoptare possunt, licet de iure sit illicitum. §. fœminæ, de adopt. in
insti. l. nam & fœminæ, & l. nonnunquam. ff. illo titul. & sacrilegii instar est,
diuinis super quibuscunque administrationibus vel dignitatibus promulgan
dis obuiare, beneficiis, l. sacrilegii. C. de diuer. rescrip. & solet impetrari à
principe, vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceat, l. solet. ff. de his qui
not. infa.

Dignitas per rescriptum retinetur.

Decimò, prodest ad dignitatem retinendam, l. fin ff. de senato. vnde vidua 148
in dignitate cõstituta, quæ inferiori nubere vult, potest sibi impetrare, ne nu-
bendo dignitatem pristinam amittat, vt ibi.

Vndecimò, vt liceat nubere quibuscunque, ac si Scenicæ filia non esset, l. 149
Imperali. §. his illud. C de nupt. hoc tamen rarum est, & non seruatũ, cùm
libera sint matrimonia in Francia, etiam vilibus personis.

Rescripti suppler.

Duodecimò, supplet cùm quæstio decidi nõ potest, l. mora. ff. de vsur. ibi 150
diuus quoque Pius Tullio Balbo rescripsit, an mora facta intelligatur, neque
constitutione vlla, neque iuris authorum decisione decidi posse. &c. l. nam vt
ait. ff. de legib. & in rub. C. de relat. & l. quia, de præsc. verb.

Confitetur impetrans contenta in rescripto.

Decimotertiò, videtur quis confiteri cõtenta in rescripto, l. cùm precum. 151
vbi addidi. C. de libe. cau. Io. And. in ca. fi. de iureiur. in 6. etiamsi rescriptum
reprobetur tanquam subreptitium. Panor. per illum tex. in c. examinata. no.

iiij. de

iiij. de iud. Barbat. consil. xviij. præclarè, col. xj. in ij. vol. quod est verũ, si pars
acceptaret illam cõfessionem, secus si impugnaret. Bar. in l. post legatum, co.
iij. ff. de his qui vt indig. Franc. Marc. in deci. Delphi. quæst. ccxxiiij. in prima
parte, facit quod notat Ias. in l. j. §. editiones col. penult. ff. de edendo, & con.
clxj. in causa. col. iij. in secundo volu.

Forma in vno data in aliis seruatur.

152 Decimoquartò, forma data in vno rescripto, ad cognitionem vnius cau-
sæ, potest seruari in aliis, c. multi, ibi, formam ad omnia similia, ij. q. j. & can.
licet. xvj. q. iij. ibi, tunc. formam pro cæteris scripsimus, tex. in l. Mela ibi, hãc
formam ab Hadriano datam obseruandam esse Imperator noster rescripsit.
ff. de alimen & cibaria. leg. vide Fel. in rub. huius tituli. in prin. adeo quòd si forma
data sit in vno rescripto, & simile emergat negotium, poterit eadem ser
uari forma. allegatur Archi. & Dom. in c. ignorantia. xxxviij. dist. Et ideo in-
terpretatio facta per rescriptum in vno negotio, facit ius quo ad omnes. per
not. in cap. in causis. de re iud. Rõ. consil. cclx. in proposito. in princip. ob id
doctor. dicunt rescriptum vim constitutionis habere maximè inter partes.

153 † Ideo rescriptum actoris cogens reum, vt personaliter compareat, extendi-
tur ad actorem, vt ipse etiam sic comparere teneatur, c. j. de iud. in sexto, & re
scriptum remouens reo appellationem, & actori tollere videtur, Bald. in c. j.
eo. & si causa tractari debeat summariè quo ad rem, debebit etiam summa-
riè tractari quo ad actorem, si conueniatur, clementi. sæpe. in verb. voluerit,
de verb. sig. Feli. & alij. in c. 1. de mutuis petitio.

Limitatur nisi fauor vel odium, aut summa ratio, aliud in altero induce-
ret, Bal. in d. c. i. in fi. de rescr. & Fel. in rub. col. ii.

Secundò, nisi motu proprio concessum esset rescriptum, per l. iij. ff. quod
quisque iur. Panor. in c. fi. de mutuis petitio. De hoc motu proprio abundè
scripsi in gloss. concor. in for. mand. in verb. motu proprio.

Actio ex rescripto datur.

154 Decimoquintò, ex principis rescripto actio datur, l. eleganter, in princi. ff.
de pig. act. Bal. in rub. de rescri. in fi. & ibi Barb. quod est verum, quãdo rescri
ptum eò tendit, & ad concedendum ius secus in aliis rescriptis, quæ cognitio
nem tantùm iudicibus concedunt, & nullum ius parti tribuunt, vt scripsi su
perius in proxima quæst. in rescripto commissionis.

Effectusve scriptorum gratiæ vt prouideatur impetranti.

155 Decimussextus effectus rescriptorum gratiæ est, vt alicui prouideatur, c.
duobus, in fi. eod. in vj. iustitiæ verò, vt iustitia administretur, & cuique quod
suũ est reddatur, vt patet de offi. del. per totũ, & in rub. ff. de offic. eius cui est
mãd. iu. & alij sunt effectus pro rescripti qualitate, vt scripsi in praxi benef.

Virtutes legis habent rescripta.

156 Decimoseptimò, omnes virtutes legis possunt attribui rescriptis princi-
pis, teste Bald. in l. i. & per totum. ff. de nat. rest. l. qui in prouincia. §. diuus. ff.
deri. nu. Aliquãdo est lex gratiæ, vt cùm fama restituitur, l. j. §. de qua. ff. de po
stu. ca. cùm te, de re iud. per Inn. & alios, & quãdo bannitũ restituit, l. relega
ti. ff. de pœ. Quãdoque est lex odij, vt quãdo pœ. irrogat. §. sed & quod prin-
ci pi, de iur. nat. in inst. & l. j. ff. de const. princ. interdum est lex authoritatis, vt
l. j. C. de his qui ve. æta. impe. l. ij. de adop. Nonnunquã est lex dispẽsationis, l.

Princeps non vult impossibile, nec excessum, nec iniustitiam.

157 quidã cõsulebat. ff. de re iu. & l. barba. de off. præt. † Itẽ princeps vult omnes
actus suos regi à iustitia Poli & fori, propter tamẽ modicũ excessum nõ vult
vituperari, l. quoties, C. de prec. Imp. offe. Et si excedat partis iustitiã, nũquam
præsumitur velle excedere, nisi in modico, B. in d. l. j. ff. de cõst. pri. imò secũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum eum quicquid placet principi, debet intelligi si sit posibile, & honestum. nam posibilia princeps non potest, nec ei placent, & imposibile est cuius contrarium est necessarium. Est autem necessarum ius diuinum, ita & naturale, hæc Bald. vbi suprà. † Vnde si Papa reuocari mandat, quicquid au- 158
thoritate primarum literarum factum fuit, intelligi debet si temerariè & iniustè factum fuerit, alioquí non, per tex. in c. audita, de rest. spol. non enim videtur Papæ vel principis intentio, vt velit per rescriptum suum reuocare ea, quæ ritè statuta sunt, c. cũ te, de æta. & qualit. Sic consuluit Rom. con. cccliiij. circa propositam, col. j. & Ias. consil. ccxiij. col. vlt. in ij. vol. Fel. in c. in præsentia, col. ij. de prob. & sic intelligi potest illa clausula posita in literis Regijs, *non obstant quelconques lettres à ce contraires.*

Reuocatio factorũ intelligitur de illicitis.

Decimooctauò, rescriptum loco libelli & petitionis habetur, l. j. & per to- 159
tum, C. quando libellus principi datus. vnde sicut non valet libellus si causam ineptam contineat, c. dilecti, de iudi. c. j, de libel. obla. sic nec rescriptum.

Petitionis & libelli loco est rescriptum.

Decimononò, potest impetrans suo renunciare rescripto, vt vult text. & 160
ibi doct. in c. ex conquestione. de resti. spol. tex. & ibi glo. in clemen. constitutionem. in verb. nolle vti, de elect. glos. & docto. in c. cùm olim, de offi. delega. Bald. in l. j. C. vt lite penden. Alexan. consi. xxxiiij. Viso themate, col. ij. in primo vol. Etiam postquàm iudici est præsentatum, teste Panormit. in dicto c. ex conquestione. Areti. consi. xxxiij. consulatio, col. ij. Etiam post citationem, dummodo patri satisfiat de expensis, & de eo quod interest. Butrig. in c. super literis, col. vij. versi. Or aduerte, de rescr. quanuis Panormi. teneat contrà in dicto c. ex conquestione, & Roma. consil. cccxliij. ex themate, col. penul. in tertio dubio, quia per præsentationem & citationem literæ effectæ sunt communes: ideo illis renunciari non potest. Panor. & alij in c. ex tenore. de rescript. Quorum sententia intelligi & conciliari potest, quando aliquod ius esset parti aduersæ acquisitum, tunc in præiudicium illius partis renunciare impetrans non posset, sed quo ad præiudicium renunciantis sic: vt docet Bal. in l. postquam liti. in fi. C. de pact. facit text. in c. ex parte, in fin. eod. Sicut dicitur de rescripto impetrato ad vtilitatem publicam, cui non renunciat impetrans. vt Hostien firmat in d. cap. ex conquestione, de rest. spol. facit l. iij. §. vtrum. & quæ ibi addidi, ff. ad Senatusconsul. Sylla. Felin. in rubric. de reser. col. ij. sed hoc non videtur vtile, nisi dicas quòd fortè alio rescripto permittatur, vt quandoque fit.

Renũciare potest suo rescripto impetrans.

Vigesimò, rescriptum appellationem tollere potest in illa causa, in qua 161
conceditur, cap. primo, de rescript. Nam quamuis appellatio defensio dicatur, est tamen iuris ciuilis, vt dicunt doct. in rubr. de appellatio. vel forma est de iure ciuili, ideo tolli potest, non substantia: quia illa clausula non tollit querelam, capit. pastoralis, in fine, in princip. de appella. capitu. concertationi. ibidem, in sexto. Nec supplicationem, l. siquis aduersus, C. de precib. Imperat. offerend. cum authen. ibi posita, nisi remoueatur propter delictum, vel ob contumaciam. clemen. vna, de dolo. vel ob infinitatem vitandam, gl. in l. fi. C. vt lite pen. Imol. in l. ex consensu, in fin. ff. de appel. Quod est verum in principe non recognoscente superiorem, sed alius appellationem tollere non potest, nec quidem legatus de latere. Panor. & alij in d. c. j. eo. quia iuri derogare, nisi quatenús ei permissum sit, non potest. glo. fing. in c. final. de hæretic. in sexto.

Appellatio tollitur rescripto.

sexto. Inferiores tamen appellationem ab interlocutoria tollere possunt, per l. fina. C. de senten. & interlocu. omn. iud. & ita ferè omnes docent doct.
162 in d. l. fi. † Ego verò teneo inferiores non posse appellationem ab interlocu- *Intellectus ad l. fi. C. de sent.*
toria, nec quidem à definitiua tollere, tum quòd iuri derogare non possunt, & inferior legem superioris tollere non potest, clemen. ne Romani, de elect. tum etiam si interlocutoriam tollere possent. Et in consequens appellationem à definitiua, quia non est diuersa ratio in vtraque, quo ad hoc, vt plenè scribo in ij. not. in l. quod iussit. ff. de re iud. sed tex. in d. l. fi. C. de sent. decepit urium interpreres. Nam ibi dicitur, quod soliti sunt interloqui iudices, vt non liceat ante sententiam ad appellationis vel recusationis conuolare auxilium. nam ille text. intelligi debet iudices sic per interloquutionem posse respuere ab interlocutoria appellationem, quæ à iure tollitur. vnde iudices insequendo ius ab interlocutoria appellationem reiiciunt, si possit indefinitiua reparari, per l. ij. C. de app. reci. Sed quod possint appellationẽ à iure permissam tollere, nullo iure cauetur, nec quidem possunt cõmittere appellatione remota, vt dixi in nouis meis interpret. ad illam legem. Et si proferãt interlocutoriam in qua dicant appellationem non recipiendam, appellari
163 potest, sicut si proferrent à difinitiua non esse appellandum. † Et quanuis *Clausula appellatione remota, quid prosit.*
doct. dicant nihil prodesse de cõsuetudine illam clausulã appellatione remota positam in rescripto, in d. c. j. eod. ego tamẽ vidi contrariam consuetudinem in Francia: nam quando Rex committit aliquibus, vt cognoscant appellatione remota, nunquam vidi posteà recipi appellationem. Nam postquàm committit illis, vt sic iudicent, ipsi authoritate Regia iudicant, & sicut ipse princeps esset iudicaturus, l. j. ff. de offic. præf. prætor. Ideo sicut à principe nõ apellaretur, l. i. ff. à quibus appel. non licet, sic nec ab ipsis commissariis, sicut si committeretur, vt processum facerent, & posteà principi referrẽt, & is pronunciaret: vt scribitur de commissis à Moyse, Exod. xviij. c. dicã plenius in tract. de appell. in ord. Reg.

164 Vigesimusprimus effectus est, vt rescriptum contra stylum impetratum sit de fal- *Rescriptũ contra stylum est suspectum.*
so suspectum, ideo non valet, cap. secundo. eod. & cap. in memoriam. xix. distinctio: & non præsumitur à Papa vel eius Cancellaria emanatum, cap. porrectum. de confirmatio. vtili. ibi, Cùm igitur à Cancellaria nostra huiusmodi literas emanâsse non credamus. Idem si clausulæ insolitæ in eo apponantur. gloss. in l. siquis. ff. de condi. insti. cap. causam quæ. ij. de testib. ca. ex par
165 te de capel. Monach. † Idem si tollat ius tertij. Panormi. in capit. ex parte, se- *Priuilegiũ iuris tertii tollens, præsumitur falsum & suspectum.*
cundo, de officio deleg. per c. super eo. ibidem, & capit. quanuis. de rescript. in sexto. Præsumitur enim falsum priuilegium, quod tollit ius tertij, cùm princeps non soleat huiusmodi priuilegia concedere. Felin. & alij plenè in
166 dicto c. ij. & Curt. consi. lxvj. & consi. lxxiiij. circa fi. & sic rescriptũ ex his præsumitur suspectũ. † Idẽ, si prohibitum sit impetrari. l. iij. C. de Paga. l. iij. de fund. patrimo. libr. xj. Adhæc si careat debita solennitate. l. vnicuique. C. de praxi sacror. scrinior. lib. xij. & Masuer. in sua practi. rubric. de liter not. §. item multis modis. nu. 52. doct. in l. iubemus. C. de test. Insuper quãdo rasum est in loco suspecto, c. inter. & c. ex literis, de fid. instr. Prætereà ratione personæ illius, qui illud impetrauit, l. j. C. de preci. Imperat. offerend. Siue partis

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel notarij ratione.l.si cui.§.iisdem.ff. de accu.l.non omnes.§.à Barbaris. de re militari & alio modo suspectum præsumitur,prout in l.fi.C.de fid.instru.

Suspitio rescripti quid prosit.

Operatur autem ista suspitio,vt interim isti rescripto non credatur,nec exe 167
cutioni detur.c.si quando.eod.c.porrecta.de confir.vtil.

Secundò,vt iudex,cui rescriptum directum est,interpellare debeat,& monere Papam,vel principem à quo progressum fuerit.d.c.memoriam.xix.dist.

Tertiò,vt post monitionem, si Papa vel Cancellarius, vel is à quo emanauit rescriptum, remitti petat ad se impetrantem, tunc ad concedentem debet iudex illum sub fida custodia mittere, dicto c.ij.in fin. ibi venire compellas.c. ij.de cri.falsi.& dicto c.in memoriam.

Quartò,quod impetrans tanquam falsarius puniri poterit,& extra ordinẽ, nisi probauerit illud rescriptum sibi sub illa forma concessum.c. porrecta. de confir.vtil.l.iubemus.C.de prob.Cur.consi.lvj.super processu.col.pen.vbi suspicio falsi pro veritate habetur,nisi ab impetrante contrarium probetur.

Iudex rescripti ratione quomodo cognoscat.

Vigesimussecundus effectus est, quòd si rescriptum va- 168
leat, iudex datus etiam non suus, cognoscere poterit de illa causa, qui aliàs non posset.cap.iij. de rescrip.l.j.C.si contra ius.Sed quanuis rescriptum iustitiæ non valeat, tamen ad hoc valebit, vt iudex de subreptione cognoscere possit.cle.j. eo.l.ij.C.si contra ius. vbi text. dicit de causa conuenit ferre sententiam. Intelligi debet de causa subreptionis,de qua cognouit,non de principali,quia de qua cognouit, de eadem pronunciare debet.l. de qua re.ff. de iudic. quicquid iactent docto. super d. l.j.vt dixi in nouis interpr. illius legis.Secundò, vt iudex rescriptum irritum pronunciare possit, & ab effectu rescripti partem repellere, & vt solet dici, *Le debouter & priuer de l'effect, & enterinement de ses lettres.* d. capit. porrecta.ibi denuncies non valere,de confir.vtil.& c. ad nostram.ibi denuncietis irritas & inanes: ibidem dico art.ij.gl.xiiij.infrà. Tertiò,in expensis condemnare debet impetrantem.c.ij. eo. & c. de dolo. ac d.cle.j. doct. in c. super literis.de rescr. & hoc seruatur in curiis Franciæ, quanuis contrarium consuluerit Ias. consil.ij. in themare. vol.j. sed & quèd in expensis condemnare debeat impetrantem hic iudex, est text. & ibi docto.in c.dispendia.de rescrip. in sexto.glo.& doct.in c.fin.illo titu.in decreta. Iacob.in l.non idcirco.ff. de iud. & hodie est text. in concord. in §.siquis verò,de priuo.appell. vbi etiam vult vt condemnetur in expensis, damnis & interesse, facit text.in c.cum appellationibus,de appel.lib.vj.sic consuluit Barbat.consil.quinquagesimo. illud asseram.col.iiij.in primo volu.

Intellectus ad l.ii.si cõtra ius.

Literæ post præsentationem & fulminationem ligant.

Vigesimotertiò, literæ non afficiunt, nec ligant ante literarum præsenta- 169
tionem.ca.vt nostrum.de appel.ca. si capitulo,de concess.præb.in sexto, etiam quæcunque clausula adsuerit, nisi princeps velit à data rescripti tempus currere,vt in literis dilationem annalem, vel quinquennalem continentibus, vt inferiùs dico in illo tract. Ideo fulminationem processus non potest executor facere ante literarum executorialium præsentationem & receptionem, etiam si bullam gratiosam recepisset. text. in cap. cùm teneamur, ibi mandatum nostrum pro alicuius prouisione receperis, de præben.& cap.vt debitus. de appellat.c.susceptum. de rescr. in sexto.Dom.de Rota decisio.ccclix.circa tertium,in not.

Vigesimo

170 Vigesimoquartò,iudex, cui dirigitur rescriptum, potest cognoscere de his quæ in rescripto continentur, & quæ possunt comprehendi sub narratione, & conclusione rescripti. vnde si rescriptum ad restitutionem concludat, pars non potest agere, vt res ei detur, vel ad aliud diuersum, vt docet Bal.in l.ij.co. vij.C.si contra ius. & Fel. in c. super literis. col. j de rescri. alij multi sunt effectus,sed tu bone lector,ex his instrui poteris paruo negotio ad alios.

Quomodo literæ amittantur, & impugnentur.

171 Duodecimò,quomodo rescripta & literæ Regiæ amittantur, vel impugnentur:Respon. Primò,ratione intentionis, si non fuit intentio concedentis,c. mandatum,& seq. de rescrip.c.proposuit,de concess.præb. + Vnde in comprobandis rescriptis nõ de- 172
bent aduocati,vel alij impugnantes literas dicere,quòd princeps hoc cõcedere non potuit,sed quòd noluit,& si veritas eidem expressa fuisset, non hoc scripsisset,l.fi.ff.de const.prin.l.ex facto.ff.de vulga.Et tunc nullam iniuriam facimus principi, sed reputamus eum iustum & bonum,& maiestas illius in suo esse conseruatur per illa duo nomina, teste Bald.in l.ij.ff.de constitu. princip. addens plus,omnia principis mandata debere intelligi cũ iustitia,& saluo alterius iure.l.authoritatem,& l.meminerint.C.vnde vi.& iniuriam facit principi,qui illius literas lacerat,vel non permittit eas præsentari,vel legi. tex.not.c. ex literis.de offic.delega.

Impugnandi literas praxis.

Duobusmodis amittuntur literæ.

173 Etiam sic amittitur rescriptum,& duobus præcipuè modis,expressè & tacitè.Expressè,si reuocatum fuerit,vel illi impetrans renunciauerit,vt sequitur. Tacitè,si sit subrepritium, obreptitium, & in multis casibus inferius conscriptis,vt sequitur:non licet tamen appellare à concessione rescripti, sed ab executione sic,& ita solemus in Francia appellare,& sic iudicauit Senatus, anno *Arestum.*
1526.die xviij.Iunij.

174 Secundò, ratione falsi impugnatur rescriptum, vt per tot.tit.de crimi.falsi. Etiam affectus rescripti sic amittitur in c.olim.de rescrip.

Tertiò, quando est subreptitium & obreptitium.c. ad aures, & c.super literis.de rescri.vt superiùs abundè elucidaui in q.x. vbi etiam dixi impugnari posse quòd inciuile sit & irrationabile,& tunc etiam amittitur.

Quintò,quando causa ex qua princeps mouetur est falsa, quia rescriptum intelligitur,si preces veritate nitãtur.l.fi.C.si cõtra ius.c.ij.de rescr.Card. cõsi. xcvj.Papa vniuit.iu prin.vel.si ita est.gl.in c.ij.de rescr. & in clau.cancel.lxvij.

Falsa causa vitiat rescriptum.

Quartò,si præiudicat tertio,contra c.quanuis.de rescr.in vj.c.super.eod. de offi.dele.l.ij.§.meritò,ff.ne quid in loco pub. fiat,& superius scripti de hoc.

Sextò, si contineat scandalum. non enim vult princeps, vt cum scandalo aliquid fiat,c.nihil.de præscript.c.cùm teneamur.de præb.

Septimò,impugnatur rescriptum,si malos exitus est pariturum.ideo consulendus est iterum princeps.c.requisiuit.de sponsal.Cardin.Zabar.con.xcvj. Papa.in fi.c.vbi,de elect.in sexto.

Continens repugnantiam est nullum.

Octauò impugnatur, si repugnantiam contineat,l. vbi repugnantia.ff. de regu.iur. Nam si scripturæ inuicem repugnantes non valent,l. scripturæ. C. de fide instru.& c.scripturæ, illo titul.in decre. multò fortiùs vna & eadem, quando est sibi contraria.l.si Titius.ff.de cond. instit.sic consuluit Card. Zãbarel,consi. cxxxvj.præmitto.col.vlti.num.23.

Nonò, quando iniustum est, inciuile, vel indecens, quod concessum est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ſuperius dixi in x. quæſtio & in diuiſ. ſubreptitij & inciuilis. Nam contra iuſtitiam nihil debet Papa facere, c. in cauſis. de re iudic. Geſta enim ſua redem ptoris geſtis conformari debent. c. ſignificaſti. de elect. Idem in aliis principibus. l. fina. C. de donatio. inter virum & vxorem.

Decimò, impugnatur quando non eſt facta mentio cauſæ, quæ publicam concernebat vtilitatem, vnde ſi beneficium debeatur Theologo, vel doctori in iure, in cap. ſuper ſpecula. & cap. quia nonnulli. de magiſtris. & de collat. in concord. non valebit collatio etiam iure præuentionis facta, niſi exprimatur quòd non obſtante illa cauſa vult conferre. capit. dilectus. primo. de reſcript. Cardinal. conſil. cxlij. videtur dicendum, colum. iij. numer. 6. quod facit ad intellectum §. declarantes. de mandat. apoſtolic. in concord. vide quæ ibi dixi, quo ad concor.

Exceptiones legitimæ non poſſunt tolli.

Vndecimò, quando legitimæ & irrationabiles tolluntur exceptiones, oppugnari ſolet tale reſcriptum, nec debet comprobari, per cap. ex parte. ſecundo. de offic. delega. vbi ampliſsimè Feli. & Dec.

Duodecimò, reſcriptum impugnatur, quando litis non eſt facta mentio. c. inter monaſterium. de re iudica. & alibi ſcripſi.

Limitatur, quando lis non eſt conteſtata. Bal. in l. j. C. de relatio. Sic conſuluit Franciſq. conſi. clxxiiij. in cauſa. col. ij. nume. 4. Vide limitationes per Feli. in dicto c. inter monaſterium.

Decimotertiò impugnatur, quòd impetrans non habebat mandatum. c. nonnulli. §. j. de reſcrip. Tamen ſi appareat reſcriptum, præſumitur mandatum, vt decidunt doct. in c. ex parte decani. de reſcript. & Anton. Capit. in deciſ. Neapolita. quæſtio. iiij. in cauſa. numer. 19. plus dicens quòd ſi non conſtet an principalis impetrauerit per ſe, an per procuratorem, tunc dicens ipſum impetratum per non habentem poteſtatem, hoc probare debet: ſed hodie in Francia iſta non ſolent obiici, vt alibi ſcripſi, nec audiretur iſta obiiciens in curiis Franciæ.

Decimoquartò, quando eſt contra ius. l. reſcripta. de precib. Impera. offerend. dixi ſuperius quæſtio. ix. facit rubri. & maximè l. fina. C. ſi contra ius.

Fiſco damnoſum non valet.

Decimoquintò, opponitur quòd reſcriptũ eſt fiſco damnoſum, & ſic non valet. l. nec damnoſa. C. de precib, Imper. offer. plenè ſcripſi ſuprà in ix. quæſtio. ſed hoc debet opponere etiam procurator Regius, vel Aduocatus.

Decimoſextò, ſi ſit impetratum contra vtilitatem publicam, vt per totum titulum C. ſi contra ius vel vtilit. public. & ſuperius ſcripſi dict. quæſt. ix.

Decimoſeptimò, quando eſt contra ſtylum, ideo non valet. cap. ex literis. de conſtitu. cap. quàm graui. de crimi. falſ. vtpotè ſi mandetur quòd res ſine cauſæ cognitione reſtituatur. cap. ſecundo. eod.

Anno perditur reſcriptum.

Decimooctauò, non vtendo per vnum annum, reſcriptum iuſtitiæ perditur, & ſic oppugnatur. cap. ſi autem. & capii plerunque. eod. & ſuperius dixi in quæſtio j. Hoc etiam docet Maſuer. in ſua practica, rubric. de liter. not. §. Item literæ adiornamenti, vbi dicit à data literarum hunc annum computari, quanuis gloſſ. & doct. in dicto c. plerunque. dubitent. 175

Decimononò, ſecundum tollit primum, ſi de eo faciat mentionem. c. cæterum. de reſcrip. vt ſuperius proximè ſcripſi, & ideo hoc opponi poterit.

Vigeſimò, ſi excommunicatus ſit impetrans. cap. j. eod. libro ſexto. abundè ſcripſi

ſcripſi in interpret. cap. poſtulaſtis, de cleri. excommunica. miniſtr. Idem ſi ſit impetratum ab alio, qui non potuit impetrare, prout ſcripſi ſuprà quæſtio. quinta.

Morte impetrãtis & mãdãtis an extinguatur reſcriptum.

Vigeſimoprimò, morte impetrantis, vel eius cõtra quem eſt impetratum, extinguitur mandatum, c. ſignificauit, de reſcrip. vel morte mandantis re integra, c. relatum, & c. gratum, ac c. licet. de offic. deleg.

Vigeſimoſecundò, per probatam iudicis recuſationem, c. cauſam. ſecundo, & cap. inſinuante, de offic. delegat. c. vt noſtrum, de appellat. dixi in tracta. de recuſat.

Vigeſimotertiò, quando negotium refertur ad principem & ſuperiorem, tunc primus iudex ratione primi reſcripti non recognoſcet, nec decidet, cap. licet, de offi. delegat. c. vt noſtrum, de appellat. dixi in tract. de euoc. in primo Tomo ord. Reg.

Vigeſimoquartò, per fraudem illius qui duo paria literarum ad diuerſos impetrauit iudices, vt aduerſarium fatigaret, c. ex tenore, de reſcrip. c. diſpendia, illo tit. in ſexto.

Vigeſimoquintò, quo ad effectum amittitur reſcriptum, quando iudex non ſequitur formam illius, c. cùm dilecta, de reſcript. idem ſi iuris ordinem peruertat, c. exhibita, de iud.

Vigeſimoſextò, ſi iudex cui dirigitur mandatum, nolit, vel non poſsit cognoſcere, c. ſciſcitatus, de reſcript.

Vigeſimoſeptimò, ſi factum in conſtructione ſit vitium, c. ad audientiam, primo, de reſcript. vbi dicit Bald. ſcriptores Cancellariæ debere eſſe valde peritos in arte Grammaticæ, licet hoc rarò eueniat. vide quæ ſcripſi de hoc vitio in praxi beneficial. in elucidat. bullæ, vbi nouum ad illud, cap. ad audientiam, dedi intellectum, & Bertrand. conſil. cxij. viſis quibuſdam, in princip. in ſecundo volumi. dicit habere locum tam in reſcriptis Papæ, quàm Imperatoris & Regis, ac etiam in priuilegiis. quod fortè non eſt verum, niſi in literis Papæ, per text. in l. Imperator Titus Anton. ff. de ſtatu homi. vt dico in dicta praxi. benefi.

Interinari pro parte reſcriptum an poſsit.

176 Vigeſimooctauò, iniquum eſt impetrantẽ petere, vt pro parte cõprobetur & in parte non, quia non debet ex parte obligationem comprobare, & ex parte tanquam de iniqua conqueri, l. ſi ita. in fin. ff. de oper. liber. index tamen poteſt in aliquo articulo literas approbare, & in alio reiicere, ſi ſint articuli diſiuncti & indiuiſibiles, per cap. ſi eo tempore, de reſcript. in ſexto, quia vtile non debet per inutile vitiari, per reg. iuris, in ſexto, & l. j. §. penultim. de verbo. oblig. Ideo pars non poteſt pro parte petere vt comprobetur, argu. l. edita. C. de eden. ſecus in iudice.

Vigeſimononò, quomodo amittatur priuilegium, ſcripſi in praxi beneficiali, in quæſt. quæ ſit differentia inter reſcriptum, mandatum, beneficium, & priuilegium. & vide quæ ſcribit Petr. Ferra. in pract. in forma opponẽdi contra inſtrumenta, in verbis, aliis rationibus, & Nepot. de Montealbano in forma opponendi contra reſcriptum, vbi alia elici poterunt, per quæ & impugnari & amitti reſcriptum poteſt. Nos ſolemus impugnare maximè ratione ſubreptionis & obreptionis & inciuilitatis, & poſtea cauſas exprimimus, ob quas dicitur ſubreptitium, inciuile, vel irrationabile.

Iudicandū super his rescriptis quo modo sit.

Vltimò, quomodo iudicandum sit super his rescriptis? Resp-177
pond. vt paucis agam, iudicet iudex secundum tenorem rescripti & conclusionem, per tex. in c. cùm R. Canonicus in fin. de offi. dele. Ibi. iuxta rescripti à te obtenti tenorem fine debito terminare procuret. l. cùm precibus. in fina. C. de proba. ibi: Vt secundum tenorem rescripti nostri possis consequi sententiam. & si forma data sit in rescripto, iudex illā sequi debet: alioqui non valebit processus, nec sentē tia. c. cùm dilecta. de rescrip. c. venerabili. de offi. delega. nec debet iudex cognoscere, nec pronunciare de his quæ non continentur in rescripto. c. cùm olim. primo. de offi. delega. quia super illis non habet cognitionem, nisi fuerint connexa. c. translato. de constitu.

Praxis pronunciandi super literis Regis.

In Francia autem iudex approbat rescriptum, & tunc solet dicere compro bamus literas Regias, his ferè verbis: *Auons enterinē les lettres Royaux impetrees par tel &c.* Et solet exprimere in quo approbat, si in omnibus approba re non intendit. Ac etiam si in omnibus approbet, adhuc dicere solet, *Et en enterinant les lettres Royaux auons rescindé, cassé & annullé ledit contract mentioné ausdictes lettres, & condamné partie aduerse és despens &c.* Iudex ergo approbando literas, solet rescindere contractum, qui rescindi mandabatur in literis, & partem aduersam oppugnantem in expensis condemnat, vt scripsi in vij. q. superius. Item si literæ sunt obreptitiæ, vel inciuiles, iudex eas tales declarat, vt articu. ij. glo. xiiij. infrà eod. dicitur, repellitque partem ab effectu literarum, condemnando eam in expensis: & vulgò dici solet, *Auons declairé & declairons les lettres impetrees par tel, estre subreptices & obreptices, & auons debouté l'impetrant de l'enterinement & effect d'icelles, & si l'auons condamné és despens &c.* Ista sunt in effectu, quæ iudices sequuntur. Alia multa sunt secundum rescriptorum diuersitatem, quæ varias possunt habere sententias, sed hoc pragmaticis notum est, ob id alia non prosequar hîc, sed leges Regias aggredior, vt ordinem in initio præscriptum seruem.

Articulus primus.

Philippes le Bel, artic. xj. *des premieres.*

Item, que lettres du Roy soyent receuës benignement.

GLOSSA I.

Benignè sunt literæ Regiæ recipiendæ.

HIC articulus elicitur ex cap. si quando, de rescrip. & innouat inibi statuta. Et notāda sunt quæ in hoc articulo requirūtur. Primò, quòd literæ Regiæ benignè recipiantur, & non austerè, nec iracundè, sed cum mansuetudine & liberalitate animi. de qua loquitur text. in l. j. C. de thesaur. lib. x. vbi Lucas de Penna. Et intelligendus est generaliter iste text. de literis principis, siue ad petitionem, siue motu proprio, siue ex certa scientia cōcessæ sint: vt consuluit Cardinal. consilio cxlij. videtur, columna vltima. Felinus, & alij in dicto cap. si quando, de rescript. Bald. in capitul. cùm adeo, ibidem. Alexander in consilio cxxv. viso titulo, in fine volumine secundo, etiam si sint epistolæ, vel aliæ quæcunque: quia hic dicit *lettres du Roy*, & epistolæ sunt *lettres du Roy*.

Et reueremment.

GLOSSA II.

Cum reuerentia literæ Regiæ recipiātur.

SECVNDO, literæ Regiæ recipi debent reuerenter, & solent depositō pileo, dum præsentantur recipi, & sic dici à iudicibus, *Dieu donne bonne vie au Roy.* Iudices delegati Papæ dicere solent in processu hæc verba, Hodie fuerunt nobis exhibitæ literæ sanctissimi domi. nostri Papæ Iulij tertij, quas cum honore & reuerentia, qua decet, recepimus. Facit text. in cap. Regum. xxiij. q. v. in fi. Ibi, ipsis autem principibus & potestatibus fidē & reuerentiam seruari oportet, quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit, & cap. dicat, ibidem, & primæ Petri ij. c. scribitur: Regem honorificare, & hæc reuerentia est honoris cum timore in signum subiectionis exhibitio secundum glos. ad Hebr. xij. c. & de hac scribit Io. de terra rubea, in tract. contra rebelles Regum, in articu. iij. in fine tertij tract.

Sed iste text. non dicit à quibus sint recipiendæ literæ: Respond. non solùm à iudicibus, verùm & ab hominibus subditis, quibus mittuntur, quia generaliter loquitur iste tex. ergo generaliter de omnibus intelligetur, l. prima, §. generaliter. ff. de legat. præstan. vnde Imperator scribit iudicibus & magistratibus, qualiter se habere debeant, in §. festinabis. in authentic. de mandat. princip. collat. iiij. sic dicens talem præbebis temetipsum omnibus, & publicè, & priuatim, vt terribilis quidem sis delinquentibus & indeuotis circa fiscalia. Mansuetissimus autem & mitis omnibus placidis & deuotis, & paternam eis exhibeas reuerentiam.

Et miſes à execution diligemment par les Iuges.

GLOSSA III.

Diligenter literæ Regiæ exequendæ.

TERTIO, debent iudices, quibus mandata Regis diriguntur, diligenter ea exequi, & hîc iudices vocamus quoſcunque habentes cauſæ cognitionem, apparitores etiam tenentur diligenter exequi. nam ſi iudices tanquam maiores ad hoc tenentur, ergo & alij inferiores Regis officiales, & omnes magiſtratus iudicum nomine hîc continentur, quibus literæ dirigi poſſunt, de quo ſcripſi ſuprà, in viij. q. Alioqui ex mora punientur, vel recuſatione. l. nullus de fabricen. C. libr. xj. continebitur etiam Senatus, ac conſilium magnum, & primum, & alij quicunque. Nam omnes, quibus diriguntur, diligenter literas Regis exequi debent, & quanuis nominentur hîc iudices quantum ad executionem, reſpicit tamen omnes quo ad reuerentiam, & benignitatem recipiendi literas, & de omnibus intelligitur, Etiã in literis miſsis, epiſtolis, & aliis literis Regiis. Adeo quòd ſi Rex ſcribat mercatori, vel alij epiſtoalm, vel alias literas, etiam benignè & reuerenter recipiendæ ſunt. & iſte tex. loquitur de literis Regiis: de literis autem Cancellariarum, ſi recuſentur non ſolent magiſtratus ad Regem reſcribere, ſed iuſtitiam ſuper his adminiſtrare, vel ad Senatum refere ſeu appellare.

Simon qu'ils ayent cauſe iuſte, parquoy ne le doibuent faire.

GLOSSA IIII.

Recuſari literæ Regiæ cũ cauſa poſſunt.

QVARTO excipit, ſi iuſtam habeant iudices cauſam, cur eas exequi non debeant, dicto c. ſi quando. gloſ. in cap. ij. de fil. presbyter. ergo debent habere cum effectu cauſam, & non ſufficit, quòd videatur cauſa. l. nomen filiarum. §. fin. ff. de verbor. ſignifi. & quod hîc vocat iuſtam cauſam, in cap. ſi quando. de reſcript. vocat rationabilem, & ſic non ſufficit aſsignare cauſam, niſi rationabilis fuerit. Nam quod ratione caret exrirpandum eſt. ca. correpiſcopi. lxviij. diſt. & quando aſsignatur ei ratio, ꝙ princeps non debet contra rationem iterum ſcribere, quia cùm ſit animal rationale, & ſub illius definitione contineatur, cauendum eſt ne ad alteram definitionem vertatur, ſi velit, vt literæ iniquæ exequantur. Nempe licet ipſe ſit dominus legum, non tamen morum, & rationis, vt dicit Bal. in l. princeps. ff. de legib. & l. ij. nume. 40. col. vj. & ſeq. C. de ſerui. & aqua. Et principes non rationabiles, nõ ſunt homines, ſed pecudes, in cuius definitione continentur, imò etiam ſi adiiceretur pœna in his literis contra non exequentes, adhuc non erunt exequendæ: quia hîc text. generaliter loquitur. & d. cap. ſi quando, & ſufficit ſequi has leges de reſcriptione loquentes. Et hoc ſi executor literarum videat, vel præſumat veriſimiliter imminere ſcãdalum ex executione. Nã tunc dicit Inno. in c. inquiſitioni, de ſent. excom. quòd ſi mandatũ Papæ contineat hæreſim, vel ſtatũ eccleſiæ perturbet, vel alia mala vẽtura ſint, tunc nõ debet ſubditus parẽre, quia debet obuiare malo, & nõ adiuuare, per c. ſi dominus aũ ſeq. xj. q. iij. & c. ſe. vnde notorie indignũ, quem Papa dignum facere non poteſt, quia de iure naturali, vel ſi induceretur ſcandalum, aut peccatũ, non debet prouideri, ſi hoc Papa mãdauerit: quia poteſtatẽ peccandi non accepit is cui dirigitur tale reſcriptũ, cùm poteſtas data ſit ad ædificationem,

Princeps eſt rationabilis.

Literæ quãdo nõ erunt exequendæ.

ficationem, non ad deſtructionem, vt docet diuus Paul. & c. j. xl. diſtinc. Panormita. & alij in dicto ca. ſi quando, & c. cûm adeo. cod. & Aufre. in deciſ. Tholoſ. q. cccclxxviij. Item, & c. an ſit parendum.

Item licet literæ Regis ſint irrationabiles, tamen adhuc iudices cum honore & reuerentia eas accipiant, ſed eas nõ exequantur: quia ad reuerentiam non dicitur hîc, quòd aſsignetur iuſta cauſa. Imò quantumcunque ſint irrationabiles illæ literæ, ſi iudex eas proiiceret, vel frangeret, puniretur, tanquam Regis contemptor, de quo ſcripſi in trac. nor. q. xix.

Auquel cas ils nous reſcriuent.

GLOSSA V.

Reſcribere iudex literas recuſans debet.

QVINTO, quando iudex literas non vult exequi, debet ad principem reſcribere, d. c. ſi quando, ibi, aut per literas tuas, quare adimplere non poſsis rationabilem cauſam prætendas, ex quo text. ſumpta eſt hæc ordinatio. & facit text. in §. deinde, verſic. ſi quis autem, in authen. de man. princ. coll. iij. ibi tunc ſuſcipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea, antequam ad nos nuncians ſecundum præceptionem noſtram ſuſcipies.

Et iſte text. intelligitur tam de literis Regis ſigillatis & authenticis, quàm etiam de literis miſsis, & epiſtolis, vt ſi is ad quem miſſæ ſunt, non poſsit adimplere quod ad principẽ reſcribere cauſam debeat: alioqui vidi ad aliquem miſſas ſecundas literas, vt ipſe veniret ad Regem dicturus cauſam, cur non adimpleuit mandatum in primis literis contentum, vel cur non reſcripſerit cauſam, & tunc erit neceſſe adire principem. quòd ſi ſcripſiſſet, non eſſe neceſſe. Ideo iudices & alij in hoc prouidi eſſe debent, vt reſcribant.

Reſcribere quid iudex recuſans debeat.

Sed videndum eſt, quid iudex debeat ad principem reſcribere vel alij? Reſpon. Primò, quòd recipiat tales literas benignè & reuerenter, vt decet.

Secundò, quòd ſemper affectauit, & affectat mandatum principis totis (vt aiunt) neruis exequi: quia felicitatis (vt adagio dicitur) eſt mater obedientia, & obedit is qui obtemperat, & vltro obſequitur recta monenti. Muſæus author eſt.

Tertiò, quòd in hoc reſcripto inuenit aliqua, quæ iniuſta prima facie ſibi viſa ſunt. Ideo parcat principis maieſtas, ſi ea velit illi detegere.

Quartò, quòd illas literas perlegit ſemel, & ſæpius, & diligenter qualitatem negotij conſiderauit, atque ſuper eis conſuluit Regios magiſtratus, qui etiam eas literas aſperas, & duras inuenerunt, d. c. ſiquãdo. Et hoc ideo ſcribitur, quia quod tranſcurſoriè legitur, non cenſetur intellectum, doc. in cap. fraternitatis, de teſti. l. j. ff. de his quæ in teſta. delen.

Quintò, quòd iſta videns, fuit coactus ad Regiam maieſtatem reſcribere de prædictis iuxta ſuam voluntatem in ordi. ſuis declaratam, vtpotè hîc in omnibus, tamen ſuæ obtemperare cupiens iuſsioni.

Sextò, quòd oret principem pati benignè & ſuſtinere modeſtè, ſi non adimpleuerit, quod prauè fuerat eidem ſuggeſtum, vt habetur in d. c. ſi quando. Nam ſicut Papa ſcribit, vt moueri ſubditus non debeat, ſic nec princeps debet moueri, nec offendi ſi mandatum eius iniuſtum executioni datum non fuerit, vt ibi. & in c. cùm adeò, de reſcrip. ca. ſi dominus. xj. quæſt. ij. alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

addere poteris, quæ scribo in trac. nomi. q. xiij. & pro materia. Sed per quem poterit scribere, respon. text.

Et rendent lesdites lettres à ceux qui les porteront.

GLOSSA VI.

Literæ recusatæ parti reddi debent.

SEXTO requiritur, quòd iudex reddat literas parti impetranti, quæ eas detulit iudici, non autem vult iste text. vt iudex per se, vel nuncium eas portet, vt hîc dicitur. Tamen vtrunque parti dare debet, tam literas, quàm eius responsum: aliâs ægrè ferret princeps, si literæ solæ redderentur sine iusta causa, vt hîc.

Et per hoc patet Regem nolle iudices pati labores, aut expensas ad mittendum literas, sed hoc fieri debet expensis partis procurantis, vt dicitur in cle. causam, in verbo porrecto libello, de elec. vbi dicit glos. expensis intimantis, scripsi in §. teneantur, in verbo dare. de colla. in concord. Si tamen iudex non rescriberet, & postea princeps mitteret ad eum vt ipse veniret, pars non tenetur illi quicquam dare, nec expensis partis veniet, vt superius dictum fuit, sed suis, postquàm non fecit secundum hanc legem, quia primò causam mittere debebat, vt hic.

Idem, si non esset pars, sed Regis nuncius, illi debent literæ tradi cum responsione, quia hic text. dicit reddendas literas portitori earum: & sic patet hîc per quem iudex ad Regem rescribere debeat, videlicet per partem portantẽ literas, vel per Regis nuncium, qui si nolit expectare, debebit per alium rescribere, vt Rex voluntatem magistratus cognoscat, & videat se non contemptum, sed per nuncium factum esse, vt iudex non rescripserit causam: sed quomodo debet mitti hoc responsum, sequitur in text.

Auec leurs transcrits, ou responses soubs leurs seaux.

GLOSSA VII.

Literæ iudicis ad Regem sigillatæ sint, quas pars non aperiat.

SEPTIMO requiritur, quòd iudices suas mittant responsiones sigillatas sigillo suo, ne pars eas immutare, addere, vel cancellare, seu inducere possit: probatur in l. iudices, vbi doc. C. de fide instru. & in hoc tex. ibi, *Soubs leurs seaux*, & de sigillo iudicum debet intelligi, non de priuato, vt doc. not. in c. quoniam contra, de probat. & pars sub pœna falsi non debet eas literas clausas aperire, c. cùm olim, de offic. delegat.

Et s'ils esloyent refusans.

GLOSSA VIII.

Iudex recusans & non rescribens quomodo puniri debeat.

OCTAVO, si iudices, magistratus, & alij recusauerint ad Regem rescribere, puniuntur vt hic, videlicet, ad damna partis, & aliâs arbitrio iudicis, non enim recusationem iudicis in exequendo puniri vult, si iustam causam alleget: quia interdum per importunitatem concessæ sunt literæ, quas princeps nollet concessisse, vt articulo secundo dico de Antiocho tertio, vel propter nimias occupationes non valuit considerare, an iustum esset quod debebatur, & concesit, vt dicitur in capitulo secundo de rescriptis in decretali. integra. Solet etiam concedere

dere propter subreptionem & obreptionem: ideo si postea ista executioni non demandentur, non molestè ferret princeps. Alia scripsi in tract. vt benefi. ante vac. vel bona confiscata peti ante declarationem non debeant, ibi plenius videre licebit.

Ou negligens par malice, le Roy veut qu'ils payent le dommage, & qu'ils soyent punis.

GLOSSA VLTIMA.

Negligentia iudicum quomodo puniendo.

VLTIMO requiritur, quòd iudex fuerit negligens ex malitia. ergo si sine malicia recusans, aut negligens fuerit, non punietur: nec malicia præsumenda est, l. meritò. ff. pro socio. Ideo is qui allegat eam, probabit, l. quoties. §. qui dolo. ff. de probation. nisi ex qualitate facti appareret malicia, vel ex persona, eò quòd literæ erant contra amicum iudicis, in his casibus de malitia præsumitur.

Et quanuis iudices negligentes puniri ex sola negligentia debeant, l. obseruare. ff. de officio proconsul. l. Diuus. de officio præsid. tamen hîc sine vera malicia, vel præsumpta, non punietur. Sed dicit tex. in l. nullus, in fine C. de Fabricens. libro vndecimo, quòd si aliqua tarditas vel negligentia post datas à sublimitate tua ad eminentissimam perfecturam literas, in destinandis authoritatibus amplissimæ tuæ sedis intercesserit, & ex hoc armorum transuectio fuerit impedita, in quinquaginta libras auri, tam numerarium pro tempore officij eiusdem amplissimæ sedis, quàm alios, quorum interest, condemnari præcipimus, &c. Et habet locum illa mulcta in casu suo, vbi Pyrrhus scribit, quòd ij, ad quos perueniunt literæ Regiæ, debent eas incontinenti executioni mandare, aliâs sunt in mora, & valet statutum aduersus moram ipsorum factum, vt hîc.

Damnorũ nomine expensæ continentur.

Item damnorum nomine veniunt expensæ, vt plenè scripsi in interpret. l. vnic. ę, in præfat. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. Et si nulla essent damna, expensas solùm pars soluere tenetur post condemnationem, & non antè, & sic requiritur Regis, vel delegatorum ab eo sententia, quia mulcta ipso iure non infligitur, & adhuc requireretur declaratio, per c. cùm secundum leges, de heretic. in sexto.

Et sic patet istum textum loqui in rescriptis sine causæ cognitione emanatis. diuersum est in literis, quæ cum causæ cognitione processerunt, vt in sententia à Rege lata auditis partibus, quæ exccutioni danda est, licet videatur iniusta, per textum, in capitulo pastoralis. §. quia verò, de officio deleg. ca. de cætero. de re iudicata, alioqui eluforia essent principum decreta: contra l. si prætor. ff. de iudic. Sic consuluit Bal. consilio xliiij. dominus Baillardinus, in primo vol. quia post principis sententiam ad inferiorem non spectat de ea cognoscere, an iusta fuerit superioris sententia necne. l. à diuo Pio. ff. de re iud. d. c. de cætero, vbi doct.

Quod est verum in ciuilibus, in criminalibus non, si iniusta notoriè appareret, l. inde Nerat. ff. ad l. Aquil. ne innocens opprimatur, l. j. in fin. vbi Bart. ff. de quæst. & ibi Hipp. nam melius est nocẽtem impunitum relinquere, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

innocentem condemnare, l. absentem. ff. de pœnis. Ideo tunc differri debet executio per triginta dies, iuxta c.cùm apud.xj. quæstion.iij. & l.si vindicari. C.de pœnis.

Vnde non licet soli principi post delegationem & condemnationem à senatu, vel consilio factam, augere pœnam statutam, aliàs esset absque causæ cognitione procedere, & inauditum condemnare, contra cap j. de caus. poss. Ideo debet sententiam sequi eorum quibus delegauit. Etiam iudices non possunt post sententiam sine principe. ergo simul possunt. l. acta. §. j. ff. de re iud. alibi scripsi hactenus de primo artic. vide quæ Aufre. docet in stylo parlam. aresto clxxxij. item iniunctum est omnibus.

Articulus secũdus.

Charles vij. article lxv j *des premieres.*

Item, que plusieurs souuentesfoys obtienent de nous, & de nos Chancelleries.

GLOSSA I.

Duplex Cãcellaria.

EX HOC tex. patet literas in hoc regno emanare, aut à Rege, aut à Cancellaria, quæ duplex est, magna videlicet, in qua præsidet magnus Cancellarius, & Nomophylax. Et hic concedit literas vbique exequendas, quia iurisdictio Regis extenditur ad omnes regni subditos. Et sigillum est maius, quàm in aliis Cancellariis, & forma Regis est impressa huic sigillo, & Rex dicitur immediatè concedere, & sic intelligitur hic tex. *obtiennent de nous.*

Altera est Cancellaria, quæ statuitur regulariter in omnibus Parlamentis, & ista non potest concedere literas, nisi subditis hominibus, & degentibus in illa parlamenti iurisdictione, seu ressortu, vt superius scripsi, quæstio. iiij. Et huic sigillo non sunt nisi insignia Regis, non verò imago, sicut in altero magno sigillo, quo vtitur magnus Cancellarius.

Plusieurs lettres, mandemens & impetrations.

GLOSSA II.

Impetratio quid.

HIC plura describit nomina, vt omnia comprehendat, quæ eluciduui in praxi beneficial. & fusiùs quàm docto. in cap. eam tex de rescrip. vide in titul. C. de mand. princip. & in authen. in illo titul. col. iij.

Impetrations, vocat generaliter quicquid impetratur, l. iij. ff. quod quisque iuris.

Par importunité des requerans.

GLOSSA III.

Cõcessa per importunitatem non valent, & quæ sit importunitas.

MVLTA per importunitatem conceduntur, quæ aliàs non concederentur. Et illa non valent. l. j. C. de petitio. bonorum subla. libr. x. Et dicitur importunitas frequens inhiatio, seu petitio. Nam si Rex semel & iterum recusauerit, & postea concedat, per importunitatem dicitur concessum: & non valet, vt in d. l. prima, & secunda.

Item

Item non valet electio facta ad importunum populi clamorem. cap. Osius. de elect. c. miramur. lxj. dist. gloss. in c. tuæ. de præbend.

Idem in sententia lata ad clamorem populi l. decurionum. C. de pœnis.

Item bona quæ monasterium recepit propter importunitatem alicuius, quem monasterium ad religionem induxit, nõ spectabunt ad monasterium, sed ad consanguineos inducti. c fi. xx. q. iij. Panor. in c. præterea. de offi. deleg.

Ad ludendũ tractus, ad restitutionem non tenetur.

Præterea tractus per importunitatem ad ludendum, si lucretur, non tenetur ad restitutionem: quia paria sunt aut facere per vim, aut importunitatem. Inn. in c. quia plerique. de immuni. ecclesia. refert Imol in ca clerici. col. vj. de vita & hone. cleric. Ioan. Lupus in repeti. c. per vestras. §. viij. in præfat. de donat. inter virum & vxorem.

Princeps per importunitatem donata reuocat.

Vnde licet princeps à seipso donata non reuocet. §. j. in authenti. de referend. colla. ij. quia decet principis beneficium esse mãsurum, per regulam, decet, in sexto. tamen concessa per importunitatem reuocat iure. d. l. j. & cap. intellecto. de iureiur. & c. quanuis. de rescrip. in sexto.

Adhæc, donatio facta à marito vxori ex frequenti mulieris petitione, & sic per importunitatem non valet, nec morte confirmatur. Bald. in d. l. j. & Iaf. in l. j. §. si vir. in fi. ff. de acquiren. possess. quia per importunitatem videtur inuito concedente data. ca. audaeter. viij. q. j. vbi gloss. & c. vnusquisque. xxij. q. iiij. & l. priuatus. ff. qui & à quibus.

Et in hoc creditur soli principi. arg. c. cùm à nobis, de testib. Ioan. de Platea in d. l. j. in fin. ele. vna. de proba. Andr. de Isernia in §. porrò. in fin. quæ fuit prima causa benefic. amitten. Et error rescripti probatur per dictum Papæ vel imperatoris. glo. & Bal. in l. nec exemplum. C. de falsis.

Importunitas an præsumatur.

Et præsumitur per importunitatem concessisse, quando curiali præsenti magno viro concesit. Bald. & Barba. in c. cùm adeo. de rescrip. cum quidam soleant esse ad extorquendum pecunias, & officia importuni.

Idem si concedat mulieri, vel principi, seu magno viro, quia non præsumitur libertas animi, & hoc quando concesit aliquid contra ius. Bald. in l. ij. col. vj. C. de seruitut. & aqua.

Idem si concedat rem alienam, vel in præiudicium tertij. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco public. Fulgos. consi. xx. pro pleniori. col. iij. versi. supereſt.

Cõcessiones Regum ab intentio factæ co vonationis non valent.

Si verò concedat absenti, fauorem non habenti, tunc videtur concedere ex certa scientia, & non per importunitatem. Nam eò quòd scit esse contra ius, dispensare videtur, per l. quidam. ff. de re iudi. glo. in verbo literarum. c. statutum. de rescrip. in sexto. Panor. in c. pastoralis. §. præterea. de offi. deleg. Imo. in cle. & si principalis. in glo. vlti. de rescrip.

Ideo omnes concessiones immensæ, & prouisiones factæ in principio adeptæ dignitatis, vel regni, nullius sunt momenti, quia factæ per importunitatem videntur. no. in c. sicut. in ij. & c. intellecto. de iureiur. Calde. consilio ij. illo tit. Feli. in c. j. col. iiij. de probatio. vbi dicit se consuluisse ad annullandum promissiones factas per principes, vt eas obseruare non teneantur. & ita Ioan. Lupus, in dicta repetitio. cap. per vestras. §. lxxx. in præfat. de donatio. inter virum & vxor. in initio censentur factæ, quando intra annum, quia adhuc nouus dicitur. argu. l. cùm quid. ff. si certum pet. vel aliàs arbitrio

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicis, l.j.ff. de iure deliber. Multa scripsi quid dicatur nouum in l. sylua. §. noualis. ff. de verborum significa.

Ideo siue à principe ita factæ fuerint donationes, siue ab alio inferiore, vel alij actus, non valent. Imol in c. tuæ, de præben. Et hodie istæ importunæ preces destruunt dominos & subditos, cùm quidam dent & sua & aliena. §. fin. de vsucap. in insti. & l.ij. C. de quadrien. præscr. Alia de importunitate docebo in tract. vt benef. ante vac. concedi non debeant infrà.

Et autrement.

GLOSSA IIII.

VIDELICET per subreptionem & obreptionem, vt in cap. super literis, de rescr. & superius scripsi, quæst. x. Idem si per nimiam occupationem impeditus concesserit non concedenda, vt in c.ij. in integr. de rescr. vel quia non fuit memor rescriptorum iam concessorum, c. ex parte. j. de offic. deleg.

Notandum est, quòd multis modis princeps per importunitatem cõstringitur. Primò ad preces mulierum. Bald. in c.j. col, vlt. de consti. Io. de Neuisa, in sylua nuptiali circa finem. Aliquando per nimiam lætitiam, per iracundiam, & aliâs: vt plenè scribo in dicto tract. vt benefic. ante vac. & pet. & concedi nõ debeant, art. j. hic. ea missa faciam.

Parquoy les parties sont souuentesfoys mises en grandes inuolutions de proces.

GLOSSA V.

Mala prouenientia ex facili literarũ concessione.

ECCE per facilem rescriptorum concessionem partes inuoluuntur processibus multis. Et sic enumerantur mala, quæ ex literarum facili concessione eueniunt. Primò, partes processibus inuoluuntur.

Et souuentesfoys en sont les bons droicts des parties retardez & empeschez.

GLOSSA VI.

SECVNDVM est, quòd per literas Regias differuntur processus, & iura partium, antequam probatæ sint literæ coram iudicibus, & quandoque immortales fiunt ob hoc lites, cap. dispendia. de rescr. in sexto, l. properandum. C. de iud.

Et doubtent souuentesfoys les iuges de iuger & donner appoinctemens contre nos lettres, combien qu'elles soyent inciuiles & desraisonnables.

GLOSSA VII.

Parendum in licitis & honestis.

ALIVD inconueniens hîc adiicitur, quia iudices dubitant iudicare contra literas principis: dicunt enim obediendum principi, & si quis non obedierit, morte moriatur, capitul. ij. de maio. & ob. Et qui resistit præpositis suis, peccat, c. qui resistit. xj. quæstio. iiij. & in l. sacrilegij instar esse super quibuscunque administrationibus,

nibus vel dignitatibus promulgãdis, diuinis obuiare beneficiis. C. de diuers. rescript. Sed hoc in licitis & iustis intelligitur. c.j. de iureiurand. in sexto. vn de scribit glo. in §. deinde. in verbo, nuncias. in authen. de manda. princi. colla. iij. no. argumen. cõtra miseros prælatos, qui timent intantùm literas domini Papæ, vt non audeant reclamare quod facere non debent, & per hoc non deseruiunt legi Papæ, nec principi. Ideo Rex declarat, vt iudices non metuant: quia ipse non grauatè feret, quando iudices rescripta iniusta non recipient, vt superiùs scripsi.

Nous voulans obuier à tels inconueniens, auons decerné & declairé, decernons & declairons, que nostre intention n'est.

GLOSSA VIII.

Literis iustis inobediendum.

QVIA solus Deus est scrutator voluntatis & intentionis. cap. erubescant impij. xxxij. distin. & gloss. in l.ij. ff. de inter. act. Ideo hic princeps illam declarat, vt sequitur, vt in simili Papa in c. ad aures. &c. mandatum. de rescri. scripsi alia iura superius in præfat.

Que les iuges de nostre Royaume n'obeissent, ni obtemperent à nos lettres.

GLOSSA IX.

DECLARATIO Regis iuri est conformis, vt iudices Regij non obediant, neque obtemperent literis Regiis, nisi sint iustæ, vt sequitur. Sic dicit Imperator in authen. de mand. principi. in §. siquis autem. colla. iij. Siquis autem, cui tale aliquid iussum est, veniat, omnino non respicias eum, nisi sacram nostram pragmaticam ostendat formam pro hoc scriptam. Tunc susciplens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea antequam ad nos nuncians, secundam præceptionem nostram suscipias, &c.

Sinon qu'elles soyent ciuiles & raisonnables.

GLOSSA X.

Antiochi lex vt sibi contra legem præcipienti non obediretur.

IDEM statuit Imperator in §. & hoc verò iubemus. in authentic. vt nulli iudic. collatio, nona. Ibi, & sic qui factus fuerit iudex, hoc suscipiat & exigat, si legitimè facta sint. Si verò contra legem, aut contra publicum facta sint, pro non scriptis esse iubemus. † Et Antiochus tertius scripsit ciuitatibus, vt siquid per literas iuberet, quod aduersaretur legibus, ne curarent, perinde quasi ipso insclo scriptum esset. interdum enim principes, dum metuunt quosdam offendere, scribunt quæ fieri nolunt. quicquid autem pugnat cum legibus, hoc velut insclo principe tentatum haberi debet: cùm ipse nil aliud sit quàm legum minister, vt est videre in apophthegma. Plutarch. de Antiocho tertio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Voulons que les parties les puissent debatre & impugner de subreption, obreption & inciuilité.

GLOSSA XI.

Subreptionis possunt literas partes impugnare, non iudex.

VULT hîc conditor, vt partes impugnare literas posint de subreptione & obreptione, & inciuilitate & iniustitia, si tales literæ fuerint. Ergo iudex hoc non potest, quia hoc iudicium non datur, nisi sit à parte postulatum, l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. Sed post partis oppositionem text. dicit, rescripta contra ius elicita, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari, l. rescripta. C. de preci. Imp. offer. Et dicit Ancha. consilio cccxiij. nisi legibus, se non audere impugnare literas Papæ, nisi vidisset iura hoc permisisse, & consilio cccxcviij. præmitto, in fine, ideo Rex hoc etiam permittit hîc, & puniri debent iudices decem librarum auri mulcta, qui precum vetuerint argui falsitatem & subreptionem, l. puniri. iuncta l. seq. & l. & si legibus. C. si contra ius, quanuis docto. in cap. super literis, de rescrip. differentiam constituant inter rescriptum subreptitium & obreptitium.

Et qu'à ce les iuges tant en nostre cour de Parlement, qu'autres les oyent & reçoiuent.

GLOSSA XII.

HIC statuit, vt iudices audiant partes literas impugnantes, & recipiant eas ad dicendum subreptitias, vel obreptitias, vel falsas, vt per totum titul. de fals. ff. & C. & in Decreta, vel si eas inciuiles, iniustas ac irrationabiles allegent, de quibus dicendum est, vt scripsi in tract. de lite. ciuil. seu vt dicunt in forma ciuili impetr. Et sicut superius dixi quæst. x. hic vocat Consiliarios & alios omnes qui iurisdictioni Regiæ præsunt, iudices, quia omnes iudicant. Fit tamen separatio multoties, vt in primo artic. superius notaui.

Et que si lesdits iuges trouuent lesdites lettres estre subreptices, obreptices, ou inciuiles.

GLOSSA XIII.

Oppositio partis probanda est.

SOLA igitur oppositio partis non sufficit, si iudici non fuerit probata. Bartol. in repe. l. admonendi. colum. iij. ff. de iureiurand. Nam qui agere volunt, probationes habere debent, l. qui accusare. C. de eden. & actor probare debet, quod dicit, l. actor. C. de prob. Et quanuis iste text. loquatur de literis subreptitiis, obreptitiis & inciuilibus, tamen idem puto, si iniustæ fuerint, vel aliud absurdum seu scandalum contineant, quia etiam reprobare eas iudices poterunt eadem ratione dictante. & ad quem spectet probatio subreptionis, vide quæ scripsi superius, quæstione decima, in illa diuisio. subreptitij & obreptitij.

Que par leurs sentences ils les declarent subreptices, obreptices & inciuiles.

G'ossa

GLOSSA XIIII.

Conclusio partium in literis Regis.

STATVIT ergo Rex, quòd si literæ probatæ fuerint subreptitiæ, obreptitiæ, vel inciuiles, iudex illas declarare debet subreptitias, & obreptitias, ac nullas, & irritas. c. porrecta. & c. ad nostram. de confirmat. vtili. vt sententia sit conformis petitioni. l. vt fundus. ff. communi diuid. c. licet Hely. de simo. Nam impetrans concludit eas comprobari & interinari: reus allegat eas subreptitias, & obreptitias & inciuiles, & eas sic petit declarari, & partem impetrantem priuari effectu literarum, & in expensis condemnari. l. fi. C. de diuers. rescrip. ibi nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati, licet in iudicio asserat veritatem, nisi quæstio fidei precum Imperiali beneficio monstretur inserta, & posteà iudex profert sententiam, vt superius dixi in q. vlti.

Ou telles qu'ils les trouueront estre en bonne iustice.

GLOSSA XV.

Iudex literas declarat inciuiles &c.

SI falsæ fuerint, falsas eas iudex declarare debet, per totum titul. de crimine falsi, & impetrans repulsam diplomatis ferre debet, Et vt vulgus dicit, *doibt estre l'impetrant debouté de ses lettres, & condamné aux despens.* si etiam bonæ fuerint, comprobari debent, & recipi, vt hîc vult dicere text. & vt scripsi superius q. vlti.

Et si les Iuges, soit en nostredict Parlement ou autres, trouuent que par dol, fraude ou malice, & par cauteles des parties lesdites lettres ayent esté impetrees.

GLOSSA XVI.

Casus in quibus literæ perperam impetrantur.

ECCE modos, quibus literæ Regiæ perperam impetrantur. primò dolo, & tunc precator carere impetratis debet. cap. sedes. & seq. de rescrip. Idem si per fraudem. cap. ex tenore, ibidem, de rescrip. vt-porè quò fatigarent aduersarium, vel vt prolongarent debiti solutionem, partes rescriptum impetrauerunt. Idem, si per malitiam. c. super literis. de rescrip. & superius artic. j. dictum fuit. Idem si per cautelam & calliditatem, de qua in l. j. ff. de dolo. vbi prætor aduersus varios & dolosos, qui aliis obfuerunt, calliditate quadam subuenit, ne vel illis malitia sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa, & ibi in §. j. Labeo definit dolum malum esse omnem calliditatem, & fallaciam machinationémque ad circumueniendum, fallendum, decipiendúmque alterum adhibitam. Potest cautela & fallacia notari, quando, vt differatur processus, pars literas impetrat, quod sæpius à malis fieri solet, vt sint lites immortales, vt in Francia esse solent. nescio quo fato nata sit Gallia, vt lites sic differantur.

Qu'ils punissent & corrigent les impetrans selon ce qu'ils verront au cas appartenir.

GLOSSA VLTIMA.

Impetrans literas perperam, punitur.

ET sic ad mulctam arbitrio iudicis imponendam, & ad impensas, damna, & interesse partis condemnare iudices possunt. facit l. & si legibus. C. si contra ius. vbi sic dicitur, & si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis, & si nimia mentientis inueniatur improbitas, etiam seueritati subij. To. Comment. Do. Rebuf. c. i.

iaceat iudicantis.c.super literis vbi plenè doct.de rescript.

Consulendus est princeps, si literæ non videantur iustæ.

Vnde Aufrer.in arest.clxxxij.sic ait: Item iniunctum est omnibus Senescallis, vt si aliquæ literæ Regiæ præsententur, quæ contra rationem eis videantur, vel contra ordinationem curiæ, vel contra aresta magistrorum, quòd non statim pareant eis, sed per eos Rex consulatur, & interea contenta in literis remaneant in suspenso, & requiritur secunda iussio, vt superius scripsi ix.q.post Feli.in c.nonnulli.col.xx.de rescrip.

Articulus tertius.

François, articl.112. *des publiees* 1539.

Nous voulons.

GLOSSA I.

Voluntas principis nõ est lex, sed pro lege habetur.

VOLVNTAS principis pro lege habetur, vt in legat.j.ff.de constitutio.princip.non tamen omnis voluntas est lex, sed legis habet vigorem: quia vt lex seruari debet.§.sed & quod principi.de iure natu.in isti. Nisi animo condendi legem fuerit promulgata: vt dicunt doct.ibi, & scripsi in rubric.de Regia facultate, primum mensem graduat debitum nominandi. Et per verbum voluit, fit lex.l.voluit.ff.de interrogat.o.actio.

Que les impetrans des lettres.

GLOSSA II.

Facta noua an sine literis impetrentur.

IMPETRANS literas ad proponendum facta noua, condemnatur ad mulctam, temere appellantibus indictam. Et aliàs vt in hoc text. Et tacitè videtur hîc statuere, quòd sine literis non proponantur facta noua. Et hoc est verum in patria consuetudinaria, sed in patria iuris scripti non vidi imperrari has literas Regias, vt inferius dicam.nam à iure communi conceditur tam appellanti quàm appellato seu intimato.l.per hanc.C.de tempor.appellat. Et frustra impetratur, quod iure communi conceditur.l.vna.C.de thesau.lib.x.

Mulcta imponitur proponenti noua facta etiam sine literis.

Quæro, an hæc ordinatio locum habeat, si quis noua facta calumnioſè sine literis proponat? Et videtur hunc articulum cessare, quia hic articulus est pœnalis & odiosus. Ideo restringendus, & vbi verba deficiunt, & mens.l.iiij.§.toties.ff.de damno infecto.

Contrarium puto verius, quia sufficit per calumniam proponere noua facta. Nam ratio conditoris est, vt lites abbreuiẽtur, & proponenter facta noua non molestent aduersarios suos in his proponendis, sed qui proponit facta noua sine literis, molestat appellantes: & sic delinquit, ideo punitur per istam ordinationem, quæ non punit impetrantem literas ratione impetrationis, sed ratione propositionis, & adductionis factorum: quia facta noua adduxit, & si conditor de hoc fuisset interrogatus, verisimile est quòd sic respondisset, sic & nos respondebimus, per l.Titius.§.fi.ff.de libe. & posthu. Et hæc verba, *impetrans des lettres Royaux*, fuerunt eò appositа, quia sine literis quis non recipitur ad ea proponenda in hac patria consuetudinaria, sed si fuisset interrogatus, quid si quis in patria iuris scripti proponat sine literis, an

an habeat locum ista ordinatio, respondisset habere locum, quia vult prohibere ne facta noua calumnioſè propopantur, ergo oportet probare illam qualitatem, scilicet quòd per calumniam. Nec sufficit noua facta proposita sine calumnia, per Bart.in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de noui oper.nunciat. Hæc tamen mulcta non solet, saltem certa, in patria iuris scripti, vt à quibusdam audiui imponi, sed quædam pro calumniæ modo.

Pour articuler calomnieusement.

GLOSSA III.

Ex sola literarum impetratione quis nõ punitur.

EST sic vides puniri impetrantes literas ad proponendum per calumniam facta noua, *pour articuler, non pour impetrer lettres*, sed requiritur quòd per calumniam proposuerit. Nam ex sola impetratione non puniretur.clement.j.de rescrip.scripsi in §.primo.de manda.apostolic.

Calumniari quis dicatur & quomodo probetur.

Calumniari quis dicitur, si meretur & frustretur, ergo calumnia consistit, quando quis moratur & differt litem, vel frustratur, & frustra vexat, & in vanum.l.si calumnietur.ff.de verbo.signifi.l.sed & ad eos.ff.ex quib.caus.maio. Ideo calumniatores vocantur, qui alios per fraudem, moram, & frustrationem litibus vexant, siue in ciuilibus, siue in criminalibus, & ad illam calumniam repellendam est inuentum iuramentum calumniæ.C.de iureiur.propter calum.dando. & in decretal.de iure calum.in sexto.

Quomodo probabitur quòd calumnioſè proposuerit facta noua? videtur quòd iuramento proponentis: cùm in animo consistere videatur.§.sed iste. versic.namque.in verbo dicit.de actio.in instit.c.vt circa.in fi.de elect.in vj.

Contrarium est verum, quia daretur parti materia deierandi, ideo dicerem probari primò, si pars proposuerit facta noua impertinentia, & nihil ad rem facientia, vt not.Bart. & alij in l.si duo.§.Iulia.ff.iureiurand.

Idem si facta proposita non probauerit: nec aliqua ad rem facientia, tunc frustandi animo proposuisse videtur: vt dicit hic text. *S'il est trouué, qu'ils ne seruent à la decision du procés.* Nisi fuerit deceptus à testibus, vtpote quia mortui sunt, vel se absentarunt, aut aliàs, vt dicit glos.vlti.in c.j.de elect.in sexto.

Faits nouueaux.

GLOSSA IIII.

Noua facta quæ dicantur.

QVAE dicãtur facta noua? Respon.illa quæ veteribus addita sunt, & de recenti adducta.l.ius ciuile.ff.de iustit.& iure. Siue addat causæ principali in materia, siue in forma, siue in vtroque. Bald. in cap.fraternitatis, colum.ij.de testib.l.etiam.§.ex causa.ff.de minor. Et causa principalis fundatur in tribus, videlicet in re, causa & actione: vnde super noua re, noua causa, vel noua actione non cadit prosecutio appellationis, & ideo non reciperetur probatio in alia re vel actione, quia separatorum separata est ratio.l. Papinianus.ff. de minoribus.l.fin.de calumniato. Et noua dicuntur, quæ nunc data sunt in causa appellationis, quæ in prima instantia non erant posita, super tamen eadem re, & actione, dicto capitulo fraternitatis.de testibus l.per hanc.C.de temporis appellatione, vbi plenè Albericus, & alij, & practici dicunt, *Ie veux articuler faits nouueaux de*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pendans des faicts ia articulez. nam alij articuli reiicerentur.

Aliis etiam modis dicitur nouum, vt per doct. in l. per hanc. C. de temp. appel. Et ego abundè scripsi, in l. Sylua. §. noualis. ff. de verbo. signi.

Regula nõ deductũ in causa appellationis deducam.

Regula ergo figenda est, quòd non deductum in causa principali deduci 2
potest in causa appellationis, & non probatum probari. dicta l. per hanc. C. de tempo. appel. l. scio. ff. de appella. vide Ias. in l. ita demum. colu. 3. & sequẽ. C. de procura.

Vnde si in prima causa non fuerit probatum sufficiens mandatum, pote- 3
rit in causa appellationis probari. l. Titianus. ff. quod cum eo. & denunciatio litis motæ venditori fieri poterit, etiam in causa appellationis. l. si rem. §. quo libet tempore. vbi gloss. ff. de euict. Item si non fuerit probata conditio contractus in prima instantia, vel pactum de retro vendendo poterit probari in causa appellationis, dicto c. cum Ioannes de fide instru. Et si non fuerit probata in prima instantia dispensatio, in causa appellationis probari poterit eadem ratione, & super hoc vigintinouem casus tradit Bertachi. in repertor. in verb. appellatio. nu. 146.

Appellatus deducit nõ adducta.

Amplia etiam in appellato. text. in dicta l. per hanc. Ibi tam appellatori, 4
quàm parti aduersæ, & probat l. ampliorem. in prin. C. de appel Spec. in tit. de appel. §. 1. versi. sed pone. vbi dicit appellatum posse vti nouis probationibus. Panor. in c. significauerunt. col. 2. de excep. quia per appellationem sententia suspenditur. c. venientes. de iureiurando. Et is qui non appellauit, consequitur commodum ex facto appellantis, per text. in c. ex parte v. in fin. de rescrip. Facit l. petendæ. C. de temporib. in integr. resti. petend.

Imò dicũt do. de Rota decis. 365. si à definitiua, in no. quòd appellatus po- 5
test instare, vt sententia reformetur propter aduersarij appellationem. gloss. in §. si verò neuter. in authen. de his qui ingrediun. ad appellan. colla. v quod non seruatur in hac patria consuetudinaria, quia pars non appellando videtur renunciare. Sicut quando sententia continet duos articulos, vnum condemnatorium, alterum absolutorium, & condemnatus non appellat, nisi ab articulo condemnatorio, tunc appellatus non potest petere reuocationem alterius articuli, ex quo non appellat, & sententia respectus illius articuli transit in rem iudicatam. c. quod ad consultationem. de re iudi. Secus si simpliciter appellatum fuisset. Domi. in cap. biduum. §. quandoque. 2. quæstio. 6. Et sic cùm per ordinationes nouas quis teneatur declarare super quo articulo est appellans, non prodesset illa appellatio appellato, vt ibidem auspicante Deo scribam.

Appellatus in vno non prosequitur alia sententiæ capitula.

Secundò, etiam procedit, si sit dictum de nullitate sententiæ, quia adhuc 6
appellans poterit deducere non deductum. Bal. in l. 1. col. antepe. C. quando prouoca. non est necesse. Feli. in dicto c. cum Ioannes. col. 6. nu. 25.

Tertiò, procedit etiam si ordinatio vel statutum prohiberet in causa nul- 7
litatis, vel appellationis probationes, quia debent recipi, si de nouo oriantur, cùm in præcedenti iudicio claudi non potuissent, & ne frustra oriantur, allegari possunt: argu. l. si fullo. ff. de condict. sine causa. Facit cap. pastoralis. de exceptio. Barto. in l. inuitus. in vlti. colum. C. de procura.

In recursu arbitrorũ adduci potest non deductum.

Quartò habet locum etiam coram iudice ad quem recurritur ratione 8
læsionis datæ ab arbitris, iuxta l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Fedric.

deric. consil. cclxxxv. Petrus rector. Tum quia prima videtur diffinitiua, & recursus habet vim eiusdem appellationis secundum eum. in secunda quæstio. dicam in tract. de arbitris. infrà.

Dolo òmissum nõ potest adduci.

9 Primò limita, quando appellans potuisset deducere in causa principali, & dolo quodam cessauit, vt partem fatigaret aduersam. gloss. & doct. in cap. ad audientiam. ij. de rescrip. & c. inter. de re iudic. Bal. in dicta l. per hanc. Soci. in tract. fallentia. regula cccxxiij. produci. Facit quod not. Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. in parte, quæ coram arbitro dolo probare, vel allegare omisit, vt non possit ea postea deducere coram iudice, ad quem habetur recursus. Contrarium tamen tenet Imol. in dicto c. ad audientiam. & in cap. Quintauallis. de iureiurando. Cuius sententia inualuit, quia dicta l. per hanc. simpliciter loquitur, nec reperitur declarata, vel limitata per alia iura, ergo habebit locum. Sed opponens condemnabitur in expensis. Et ita seruatur, & quia vix posset probari, quòd pars dolo omiserit: ideo in hac patria solent impetrare literas Regias ad proponendum noua facta, vt dixi.

In interlocutoria appellatione non adducitur non deductum.

10 Secundò fallit, quando appellatum esset ab interlocutoria: ista enim debet ex actis antiquis iustificari, & non ex nouis. l. ij. ff. de appel. clement. appellanti. de appellat. Et idem, quando appellatur ab executore. Concludit Ioan. de Anan. consil. xxvj. in causa. col. j. Ratio est, quia appellatio ab interlocutoria trahit oculos retro, deducens dedecus iudicis. c. vt debitus. de appel. Sed appellatio à diffinitiua habet oculos in supremum finem. Bald. in l. eos. §. si quid autem. in fi. C. de appellat. vbi dicit appellationẽ ab interlocutoria, licet aliquando tolerabilis sit, odiosam, quia derogat ordinariæ iurisdictioni. Sed appellatio à diffinitiua est magis fauorabilis, ideo magis adiuuanda per quascunque probationes, dicta clement. appellanti. & c. j. de appellat. in sexto. & Ioannes Aubert appellans fuit condemnatus ad emẽdam: eò quòd facta noua proposuisset, & allegasset interlocutoriam esse diffinitiuam: vt docet Aufrer. in stylo Parla. aresto ccxxj. Item dictum fuit pro domino.

Arestum.

11 Fallit, quando interlocutoria esset contra absentem lata. l. ait prætor. & ibi Bart. ff. de apellat. recipien. quia non debet ipsi imputari, cur non illa allegauerit, cùm id temporis præsens non erat. Idem, si iudex noluerit audire allegationes & probationes in interlocutoria, dicta l. ait prætor. §. quòd tamen. Idem etiam, quando illa interlocutoria non posset in definitiua reparari, vel haberet vim definitiuæ, vel aliquid de nouo ortum sit. c. insinuante. de offic. deleg. Aufrer. in decis. Tholosa. in prima parte rubric. an appellans aliqua de nouo proponens. in princip.

12 Tertiò, restringe in iudice inquirente super aliquo crimine, qui non poterit ferre sententiam suam per nouas probationes. Bal. in dicta l. per hanc. & Soci. dicta regul. cccxxiij.

Exceptiones dilatoriæ nõ possunt in appellationem deduci.

13 Quartò, in dilatoriis exceptionibus non procedit, per textum in l. ita demum. C. de procurator. vbi exceptio dilatoria, quæ in causa principali fuit omissa, non potest in causa appellationis opponi. Ratio ibi traditur per Bart. quia appellatio non restituit ad eum statum, in quo erat causa ante litem contestatam, sed ad eum tantùm in quo erat postea. Angel. in §. appellantur. col. xxiiij. versi. addas quòd licet. de exceptio. in instit. Et quia in appellatione non deductum deducitur, & non probatum probatur, in termino statuto

ab homine. secus in termino statuto à iure, vt in dilatoriis & declinatoriis. Angel. in rub. de exceptio. col. xxv. in instit. versic. quintò quæro. Roma. singul. cxliij. vltimò dico &c.

Nouã omino nõ potest adducere in causa appellationis.

Quintò limitatur, si omnino nouum, & diuersum est illud, quod volo deducere in causa appellationis, per l. si mater. §. fin. cum l. seq. ff. de except. rei iudic. l. eos. C. de appel. De bella Pertica in quæstio. cxx. de temporibus. & sic quando quis vult proponere illa, quæ non continebantur in articulis iam deductis, non potest nisi fauore publico. leg. non tantum. §. penulti. ff. de excusa. tut. Petrus de bella Pertica q. ccxlviij. dum quæritur. &c. Et sic illa, quæ tangunt deducta in causa principali, possunt deduci, non alia noua prius non deducta. Panor. & Felin. in c. significauerunt. de except. & in c. prudentiam. col. j. de offic. delegat. Hippol. singul. ccxl. regula legis per hanc &c. vt princi. huius glos. dictum fuit. 14

Appellatus nouis factis respondet expensis partis appellãtis. Arestum.

Sextò, in hoc Franciæ regno non potest pars sine impetratione literarum Regiarum in causa appellationis noua facta adducere, quæ si à principe eidẽ concedantur, poterit pars aduersa illis nouis factis respondere. Et *articuler au contraire*, & attestationes facere expensis partis noua facta ponentis: & hoc solet in literis exprimi. Et sic fuit centies iudicatum in Senatu, maximè Anno 1521. die 2 Maij, pro magistro Ioan. Valois, contra Iulianum Boucher appellantem, qui ideo fuit ad emendam ab appellantibus soluendam condemnatus, sed si pars ipsa appellata intra dilationem non perfecerit attestationes, & ideo fuerit eidem secunda concessa dilatio, expensis impetrantis non perficientur in hac secunda dilatione, imò impetrans assistere poterit expensis intimati: quia venit ex gratia, vt censuit Senatus Anno 1543. die 17. Decembris. Et sic literæ impetrari possunt ad ponendum noua facta veteribus non contraria, alioqui non propter vitandam subornationem, clemen. ij. de testib. & doct. in cap. fraternitatis. illo titul. 15

Arestum.

Facta noua quando deduci possint vel non.

Vltimò non potest noua facta pars deducere, si iam fuerant deducta, quia noua non sunt, etiam si iam reiecta fuissent, vt probant doct. in dicto cap. fraternitatis. de testib. & cle. vlti. illo titul. & tunc oportet producere processum principalem, vt videri possit, an isti articuli producti fuerint necne. 16

Cautela pro eo qui plus probauit quàm posuerit.

Vel si pars plus probauerit quàm posuerit, literas solet obtinere ad ponendum facta noua, & ad probationem illorum producit attestationes, *Employe sa production*, & pars aduersa poterit contrarium ponere, & probare expensis partis.

S'il est trouué qu'ils ne seruent à la decision du procés.

GLOSSA V.

Calumnia præsumitur in ponente facta nihil facientia.

Ideo quòd facta noua non seruiunt decisioni processus, præsumitur quòd ponens eam calumniosè fecerit, & debet puniri, nisi possit excusari pro qualitate personæ, aut negotij, vt superius dixi, vt si vitæ sanctæ fuerit. Nam viris prouidis & honestis, ac sanctis deferitur. c nisi essent viri prouidi, & honesti. de præbend. plura adducit Hippolyt. consil. j. circa finem,

Quid

Quid si vnus articulus seruiat, vel vltimum factum, an condemnari debeat tanquam calumniosus? Respon. non puto, quia hic pluraliter loquitur, si non seruiant omnes, sed si vnus proposito respondeat, non potest dici quòd non seruiant, prout de liberis scribitur in l. non est sine liberis. cui vnus filius, vel vna filia est. cum l. sequen. ff. de verbo. signific. Et quia quælibet causa iusta, siue iniusta, sine calliditate excusat à dolo, & calumnia. text. not. in l. igitur. §. 1. ibi, Iustis rationibus ductus, vel non iustis sine calliditate. ff. de liberal. causa. gloss. in l. vna. in fin. in verb. hoc iudicium, in vltimis verbis. ff. si quis ius dicenti non obtemp. Ias. in l. si quis id quod. de iurisd. om. iud. Hippol. in l. 1. nu. 25. C. ad legem Cornel. de sicar. etiam quãdo negatiue aliquid prohibetur, vt hic, etiam alternatiue requiritur vtrunque, per l. si quis ita stipulatus fuerit. ff. de verborum obligatio.

Seront condamnez enuers nous en l'amende ordinaire du fol appel, en nos cours souueraines.

GLOSSA VI.

TAXAT mulctam ad quam condemnandus erit, qui calumniosè noua facta proposuerit, licet mulcta regulariter sit arbitraria. l. aliud est fraus. §. j. ff. de verbo. signi. & l. si qua pœna. ibidem, vbi abundè scripsi. Ideo hîc alia non referam de mulcta.

Et vingt liures parisis, ès inferieurs, & moytié moins aux parties.

GLOSSA VII.

MAIOREM mulctam senatores imponere possunt, quàm alij inferiores iudices, per l. eos. C. de modo mul. vt scripsi in dicta leg. si qua pœna. & l. aliud. Ideo hîc statuit impetrantem ad sexaginta libras condemnandum in curijs supremis, in inferioribus verò ad viginti libras Regi applicandas, & ad decem parti.

Maior mulcta quare fisco quàm parti adiudicetur.

Sed quid causæ est, quòd maior mulcta adiudicetur fisco, quàm parti, postquàm laboribus, expensis, & damnis pars torquetur, non autem fiscus? Ergo maior mulcta videretur parti infligenda, quàm fisco. Respexit forte conditor, quòd pars repetit expensas & interesse à parte, ob id non est necesse quòd maiorem habeat mulctam: & quia maior est offensa, & contemptus, quia fit principi & superiori, quàm inferiori, vt patet. in l. quisquis. & per totum. C. ad legem Iuliam maiestatis. Ideo maior mulcta circa illum infligitur, quod est notandum.

Et plus grosses si mestier est comme dessus.

GLOSSA VLTIMA.

Grauis mulcta quando imponi possit.

ET SIC residet in arbitrio curiæ & iudicum, an debeant maiorem mulctam, quàm in hoc articulo statuta sit, imponere. Nam si videant partem omnino malitijs & calumnijs deditam, augere mulctam possunt, tam erga Regem quàm partem. Sed quantum possint? Respon. pro modo delicti seu culpæ, sed temperent iudices ab impositione grauioris mulctæ, nisi dolus partis eos trahat: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

melius est de misericordia & benignitate reprehendi, & rationem Deo reddere, quàm propter crudelitatem. c. allegant. in fine. 26. quæstione vltima. Ad alia pertranseo.

Articulus quartus.

Loys xij. artic. cxxvj. *Des premieres.*

Item nous ordonnons que les principales parties.

GLOSSA I.

Principalis pars quæ dicetur.

PRINCIPALIS pars dicitur, cuius negotium quod agitatur, ad eam pertinet, non in consequens. argumen. l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. Bartol. & ibi addidi in l. ambitiosa. de decret. ab ordi. faciend. Vel principales personas nomine proprio comparentes. vocat Bartol. & Bald. in authen. principales. C. de iureiur. propter calum. dando. vel de quarum præiudicio tractatur. Panor. Bart. & alij in c. pastoralis. de iudic. Bald. in cap. querelam. col. 3. de elect. vide Alexan. consi. 65. col. 1. in fin. in 7. volu. & Dec. consil. 268. conclusio. col. 2. Soci. in c. pertractandis. col. 9. versicul. quærit tamen Specul. de iuramen. calum. & sic principalis persona esse in cancellaria, quando literæ expediuntur, non poterit, vt facilius super literis deliberari possit & concludi, & an iusta sit petitio, & an literæ concedi debeant.

Que ont lettres à séeller, leurs seruiteurs & solliciteurs n'entreront point au seau.

GLOSSA II.

In cancellariam nulli dum literæ expediũtur, ingrediuntur.

HIC prohiberur parti ingredi in locum, vbi sigillantur Regiæ literæ. & sic *seau*, accipit pro loco in quo literæ sigillantur, quem vocamus communi vocabulo Cancellariam: & potest vocari officina diplomatica, vel rescriptorum, seu codicillaris. Budæ in Foren. & quòd locus alicui prohiberi possit, sicut hîc parti & eius seruitoribus: probatur in l. j. in fin. ff. de offic. præfect. vrbis. & in authen. si quis. C. de adul. quia in conspectu illorum literæ non essent sententiæ. nam ipsi referre suis partibus, & dominis possent, quis fuerit in causa, cur literæ recusatæ fuerint. Et ex hoc inimicitiæ graues exorirentur, quas hic tollere vult. Intellige vt eo tempore quo super literis disputatur concedendis nécne, non debent isti interesse, posteà sic, à cessante, ratione text. hodie nulli nisi officiales ad hoc destinati ingrediuntur vt inferius dicam.

Afin que les lettres puissent mieux & plus franchement estre deliberées & debatues en leur absence.

GLOSSA III.

Testes in secreto deponunt.

SICVT in absentia partis, & in secreto testes deponere debent, postquàm tamen citati iurauerint leg. iurisiurandi C. de testib. ne metu partium veritatem dicere vereantur. leg. nullum. C. de testibus. capit. secundo, & c. cùm causam. & capit. venerabili. ibidem. alioqui non valerent testium dicta, si publicè examinarentur. gl. in c. quia

in cap. quia propter in verbo secretè. de elect. Limitatur in §. cùm verò. vbi scripsi de collatio. in concor. quo ad probationem nobilitatis. Sed in crimina libus sine citatione testes primò audiũtur. glo. in §. si duo. de pace tenẽda. Sed posteà præsente parte recoli solẽt, quod repetere testes, seu reuocare Budæ. ait in foren. Latinè dici posse, *Recoller & confronter les tesmoins.*

Sic & quando factum recitatur in Cancellaria, pars debet abesse, & solicitatores ac famuli, vt faciliùs literæ disputentur, & veritas inquiratur, an literæ concedendæ sint.

Et aussi n'entreront audict seau que les maistres des requestes de nostre hostel, Conseillers, secretaires, & autres necessaires pour le faict dudict seau.

GLOSSA IIII.

In cancellaria quæ personæ sint necessariæ.

QVOD specialiter prohibuerat, hîc generaliter, vt nullus ingrediatur intra cancellariam, quando literæ expediuntur, nisi sit Magister libellorum, Consiliarius, Secretarius, & alia necessaria persona. Sed quas vocat necessarias personas? relatores, calefactorem ceræ, & ianitores. Et quamuis olim solerent ingredi plures personæ, & aduocati communiter referebant, hodie tamen statutum est vt tantum magistri libellorum Scrinarij, seu Secretarij, relatores, *Rapporteurs en Chancellerie*, & *le chauffecire*, & aliæ personæ necessariæ. necessarias hîc vocat non personas coniunctas, & consanguineas, vt in l. Imperator. ff. de pact. & l. quanuis adulterij. C. de adul. sed illas sine quibus actus vix fieri potest, sicut de impẽsis necessariis. in l. impensæ. ff. de verborum significatio. vbi scripsi.

Lesquels seront tenus faire serment és mains dudict Chancellier, de non reuelet en maniere aucune aux parties les dicts, & opinions de ceux qui aurõt parlé de la depesche de leurs lettres.

GLOSSA V.

Iurare debent personæ necessariæ cancellariæ, & quid.

OMNES itaque personæ in cancellaria necessariæ iurare debent in manibus Cancellarij, se non reuelaturas dicta & sententias eorum, qui in literis expediendis opinati sunt. Sed quoties iurare debẽr? Respon. Semel in ingressu officij. nec solet quolibet die repeti iuramentum, vt superius in prima parte ordina. est statutum rubri. *des sermens.*

Reuelare secreta periculosum.

De hac reuelatione prohibita in curiis vide in rubri. De *la cour de Parlement.* articu. 19. cum multis articul. sequen. vbi multa dicam mala, quæ ex his proueniunt. & in Apophtheg. Plutarchi sic dicitur: Philippides poëta Comicus Lysimacho imprimis charus fuit, ac familiaris, cui cùm Lysimachus offerret liberalitatem suam, diceréque, quid vis tibi impertiam rerum mearum? quod voles (inquit) modò ne arcani quippiam: significans esse periculosum nosse magna tum arcana, quorum siquid effutias, actum est de capite. quanquàm & alioqui solent odisse conscios eorum quæ nolint efferri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Articulus quintus.

Charles vij. Artic. lxxij. *Des premieres.*

Item auons ordonné & ordonnons que d'oresnauant ne soyent baillées lettres en nos Chancelleries pour conduire le petitoire & possessoire, en matiere de nouuelleté ensemble.

GLOSSA I.

Petitorium non potest cumulari cum possessorio.

IVRISCONSVLTVS ait, is qui destinauit rem petere, animaduertere debet an aliquo interdicto possit nanciſci possessionem, quia longè commodius est ipsum possidere, & aduersarium ad onera petitoris compellere, quàm alio possidente petere. l. is qui. ff. de rei vend. Vnde olim in hoc regno partes prosequebantur interdictum vti possidetis, & eo pendente literas impetrabant, vt possessorium & petitorium simul desiderentur: quod hic prohibet, quia nihil commune habet possessio cum proprietate. l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquirenda possessio.

Aduertendum est, quòd hæc decisio est iuri conformis. Nam si loquamur in interdicto retinendæ, vt loquimur, iste text. ibi, *en matiere de nouuelleté*, non potest possessoriũ cumulari cum petitorio. Nam is qui nouitatem impetrat, & interdictũ vti possidetis, dicit se possessorẽ. l. 1. & per totũ. ff. vti possi. §. retinẽdæ. de interdic. in insti. Et is qui agit rei vendicatione, & sic petitorio, dicit aduersarium possessorem. l. vna. C. de aliena. iudic. mut. cau. fac. doc. in §. omnium. insti. de actio. Et sic iste dicens se possessorẽ in possessorio, & in petitorio dicens contrarium, non debet audiri, per c. licet causam. de proba. ob id quòd de iure fieri non debet, nec per literarum impetrationem, quia intentãdo rei vẽdicationem, videtur renunciare possessioni, si quam habeat: prout is qui nunciat: l. 1. §. in operis. ff. de no. ope. nun. Et quamuis Bar. & alij in d. §. nihil commune. Panor. & cæteri in c. pastoralis. de causa pos. dicant posse ista duo cumulari ratione diuersæ possessionis: nam rei vendicatio potest intentari ratione vnius possessionis, & interdictum vti possidetis ratione alterius: vnde contra commentarium, & depositarium potero rei vendicatione agere ratione detentionis, quam habent: & aduersus colonos, custodes & similes. l. officium ff. de rei vendi. Verùm quia etiam hi turbant dominum in possessione ciuili, interdictum etiam vti possidetis impetrare potero. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & §. nihil commune. ff. de acquir. poss. tamen est prohibitum etiam in hoc casu cumulare ista duo per hunc text. vt de aliquo operetur, & quia generaliter prohibet. Item doct. in locis prædictis dicunt in iuribus incorporalibus possessorium, & petitorium posse simul cumulari. Nam in his remedia petitoria possessori competunt. l. sicuti. 1. & l. sed & si quæratur. §. 1. ff. si seruitus vindice. Ideo existens in possessione seruitutis, potest, si in illa turbetur, non solùm casum nouitatis impetrare, verùm etiam confessoriam actionẽ, quæ est remediũ petitoriũ. §. æquè. de act. in inst. vbi plenè Iaf. & doc. gl. in verbo quicquid. in c. cũ ecclesia. & in c. cũ super. in gl. pe. de cau. poss. & in c. examinata. de iudic. hoc tamen non permitteretur etiam per literas in hoc regno, vt hîc videmus, quia possessorium semper est prius decidendum, quàm petitoriũ, etiã si actor conueniſſet me super petitorio, ego reus potero suſpendere

suſpendere petitorium, & agere possessorio, per text. in clemen. vna. de causa possessio Ioan. Fabri in l. ordinarij. C. de rei vendica. etiam si actor vellet docere statim de iure, quia opus est finitum possessorium esse, & executionem super illo factam, vt in rubri. *des matieres possessoires*, in ordina. Reg. est statutum, & ibi dicetur in tertio Tomo, Ioan. Fabri hoc docet in l. incerti. col. vlti. C. de interdict. Iste tamen tex. non procedit, quando pars non opponeret, tunc ex officio iudex non repelleret, hoc autem iudicium non datur, nisi postulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto.

Secundò limitatur in possessorijs adipiſcendæ & recuperandæ: cùm iste text. hoc tantum prohibeat *en matiere de nouuelleté*, & sic in interdicto retinendæ. Secus ergo in alijs, in quibus agens possessorio, potest cumulare possessorium cum petitorio, tum quia non sunt inuicem contraria, tum quia hîc non prohibetur. l. cùm fundum. §. final. ff. de vi & vi armata. Et ita concludunt doct. in dicto cap. pastoralis. de causa possessio. & in capitul. cùm super. & cap. cùm dilectus. ibidem. Ioan Fabr. in l. ordinarij. C. de rei vendicatio. & in clem. vna de causa possessio. ac in dicto §. nihil commune. Alia scribam in tracta. de materia possessoria, ad quem nunc te reicio. & ibi dicam an hodie per ordinatio. nouam hoc locum habeat.

Et si par inaduertance aucunes lettres estoyent octroyées au contraire.

GLOSSA II.

ERGO si ex certa scientia, secus: nam illæ valerent, dummodo mentio in eis facta fuiſſet huius ordinationis non à Cancellarijs, sed ab ipso Rege, & in magna Cancellaria per text. iuncta gloss. in l. fina. C. si contra ius. gloss. in l. ratas. de rescinden. vend. Nam text. hic dicit, *si par inaduertance sont octroyées*. Si ergo ex certa scientia concedantur, hoc non est præter animi spem, ergo à contrario sensu valebunt, & iudices eas recipere debebunt.

Literæ licet simul possessorijũ cum petitorio decidatur, an valeant.

Que les iuges n'y obeissent en aucune maniere.

GLOSSA III.

NVLLO modo iudices his literis obedire debent, sed impetrantem in expensis condemnare, & fructu literarum priuare. Nam impetratio in præiudicium ordinationis non valet, vt fuit ordinatum à Rege, de quo scribit Gallus in quæstio. per aresta, quæstio. 115. & Aufrer. in stylo Parlamen. aresto 84. quod est verum, si impetretur à Cancellaria, secus si ab ipso Rege facta ordinationis mentione, quia eius est soluere, cuius est ligare. l. si puellæ. ff. de sponsal. maiorem sibi retinet potestatem. capit. dudum. de præbend. in sexto.

Et voulons que les impetrans d'icelles soyent punis d'amende arbitraire.

GLOSSA VLTIMA.

VLTRA expensas addit, vt etiam aliqua mulcta impetrantibus tales literas imponatur, quæ est iudici arbitraria pro qualitate personæ, & quantitate bonorum, vt dixi in l. si qua pœna. ff. de verborum significatio. vnde si impetrans istam sciebat ordinationem, paulò maior debet esse mulcta: si verò huius erat ignarus, minor, vel nulla imponitur mulcta. Et sic in hoc regno Franciæ nó cumulatur possessorium cum petitorio, imò solent pragmatici, in libello causæ possessoriæ potestati, quòd non intendunt causas, ad dominum pertinentes adducere, nisi ad confortandum, & iustificandum possessorium. teste Ioan. Berber. in viator. iuris in prax. legum Regiar. Feli. in cap. licet. nume. 9. de probario. alioqui poterit pars aduersa petere, vt causæ dominium respicientes cancellentur & reiiciantur, & iudex hoc pronunciabit, nisi quatenus adminiculum possessioni præbent. Alia possem hîc tractare & adducere, quæ scribuntur in §. nihil commune. Sed ibi videri possunt. & quia in tracta. de mater. possessor infernùs tractabitur: ob id ad ibi dicenda nunc reijciam.

Protestatio aduocatorii in possessorio facienda.

Loys. xij. artic. liiij. *Des publiées* 1512.

Articulus sextus.

Item auons ordonné & ordonnons que d'oresnauant en nos Chancelleries, ne seront octroyées aucunes lettres de surceance de complainctes, ou fourniſſemens d'icelles: & pour uoyeront les Iuges desdictes cõplainctes, ou surseances d'icelles, ainsi qu'ils verront estre à faire par raison.

Literæ impetrari non debent vt causa nouitatis & aliæ priuilegiatæ differantur.

ITEM prohibet hîc impetrari literas, vt differat in causa nouitatis, & aliæ hîc expressæ. Nam partes solebanurchis causis priuilegiatis, & summariis impetrare literas, vt iudex differret causam, donec aliquid fieret, quod hîc prohibet, quia hæ causæ priuilegiatæ sunt, & summariè tractandæ. Et istud dicetur etiam non posse fieri per literas status, art. 2 in trac. de lite. dilatio. annal. & status: vbi alia videri poterunt huic materiæ accommoda, his nunc sis contentus.

François artic. clxx. *des publiés* 1539.

Articulus septimus.

Nous defendons ausdites gardes des seaux de bailler aucuns rappeaux de bãne lettres pour retenir par nos cours souueraines la cognoiſſance des matieres en premiere instãce, ni ausi pour les oster hors de leurs iurisdictiõs ordinaires, & les euocquer, & cõmettre à autres, ainsi qu'il en a esté grandement abusé par cy deuant.

GLOSSA I.

Exul à Cãcellariis bãno liberari non potest.

ISTA ordinatio prohibet tres casus in cancellariis Franciæ concedi. Primus est, ne exul & bannitus, à banno liberetur, quia nemo potest commeatum remeatúmve dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa. l. relegari. in fine. ff. de pœnis. Et sic ad solum Regem in

gem in hoc regno spectat dare commeatum, vel remeatum exuli. l. cùm indulgentia. C. de sentent. pas. Nam quod cognitionaliter factum est, sine causæ cognitione destrui non solet. l. fi. C. de legib.

Bãnitus ad annũ postea reuertitur sine alia licentia.

Intellige siue fuerit perpetuo exilio mulctatus, siue ad tempus, quia ante tempus præfinitum non poterit Cancellaria remeatum concedere, tum quòd hîc generaliter prohibet. Ideo generaliter intelligetur per legem primam. ff. de legat. præstand. bannitus tamen ad annum potest reuerti post annum, sine superioris authoritate, & sine literis Regiis. quia vltima dies anni præbet ei licentiam. l. si quando. C. de testibus. vt dicit Bald. in proœm. ff. §. hæc autem tria. quem refert & sequitur Francisc. Cremen. singul. xlvij. consuluimus. Item siue à præside, siue à parlamẽto, vel alio potestatem habente bannitus fuerit. l. relegatorum. ff. de interdict. & relega. quia in his casibus eadem est ratio, & sic decisio.

Exul sine causa à bãno reuocari non debet.

Item à banno reuocari solet à principe, debet tamen esse causa, vt in dicta l. relegati nec sufficeret sola voluntas contra glos. ibi nam vbi lex dicit causam interuenire debere, illam adesse oportet. Sed in dicta l. dicitur, ex aliqua causa. ergo &c. facit l. j §. de qua ff. de postul. Bal. in l. ij in fin. C. si penden. appella. mors interue. Fateor tamen quòd sufficeret quæcunque causa, cùm illa lex dicat ex aliqua causa, ergo sufficiet etiam modica à principe approbata, per glos. in clement. vna. de foro competen. in verbo, aut ex aliqua, authen. habita. C. ne filius pro patre. & ibi dixi in interpretat. illius text. Sed sine aliqua causa non posset princeps. Et adulatores principum hactenus illis nimis fauerunt, qui fauor multos adducit ad inferos. Sed sciant principes, quòd de omnibus quæ ipsi faciunt, vel facient sine causa, si malè facta sint, reddent rationem, & nisi resipiscant, damnationem non euadent, nisi Deus illorum misereatur. Et dicit Dauid in vnum simul diues & pauper. Et plus torquebuntur principes ex his, quæ siue causa ducti sola voluntate, seu potius voluptate faciant, quàm ex aliis factis, & puto multos principes damnatos per illam glos. Et consultores qui illis consuluerunt illud dictum impudicæ mulieris si libet, licet. Et diuus Paulus ait, principibus ad ædificationem datam potestatem, & non ad destructionem. Ergo sine causa cùm cedat ad destructionem, non possunt hoc facere.

Solus princeps reuocari à banno & quomodo.

Item inferiores non possunt concedere: quia per exilium amisit quis patriam, & honores dicta l. relegatorum. §. solet. ff. de interdict. & releg. quæ non possunt restitui ab alio quàm à principe, ob id ista hîc principi reseruat: vnde solet princeps in his literis sic scribere, *Parquoy nous ce considéré voulans misericorde preferer à rigueur de iaſtice, ledit suppliant auons rapellé, & de noſtre grace speciale, pleine puiſſance, & authorité Royal, rappellons dudit banniſſement, & iceluy auons mis, & mettons au neant. Et l'auons reſtitue & reſtituons à ſes bonne fame & renommee, au pays: ſatisfaction faicte à partie ciuilement tant ſeulement, ſi faicte n'eſt. Et ſur ce impoſons ſilence perpetuel à noſtre procureur preſent & aduenir &c. Pourueu que ledit tel, dans tel temps, à conter de la date de ſes preſentes, ſe mettra & rendra priſonnier en la priſon de tel Iuge: pour oſter, & prendre droit d'iceluy cas, & ſoy purger d'iceluy. &c.*

Et sic intellige istum text. siue bannitus sit per contumaciam, siue in præsentia ratione criminis. Nam vtrobique est eadem ratio: & sic eadem iuris

decisio illud ff. ad legem Aquiliam. Ideo interdum in literis datur causæ cognitio: quando quis si vult purgare, & dirigitur iudici, qui exilij sententiam protulit interdum bannitus ex gratia restituitur: & tunc literæ omnibus magistratibus possunt dirigi, & absque cognitione causæ. Et quia ista materia bannitorum est ampla, & bene per doct. tractata, maximè per Nellum in tract. de bannitis, ideo ad illum vos reiicio.

Literæ licet causæ in prima instãtia tractentur in Parlamento non valent.

Secundò ibi, *ne lettres*, prohibet concedi à Cancellaria rescripta, vt causæ retineantur in Parlamento decidendæ in prima instantia: quod erat frequentissimum ante istam ordinationem. Sed quia hoc est contra concordatum in quo est statutum, quod omnes & singulæ causæ, exceptis maioribus, in iure expresse denominatis, apud illos iudices in partibus terminari, & finiri debeant, vt patet in rubri. de cau. Ideo hic prohibetur, ne in prima instantia tractentur causæ in Parlamento. Quod non procedit in casibus à iure vel ordinationibus expressis, vt in rubr. *quelles causes*, suprà in prima parte. Etiam nõ prohibet hic artic. supremis curiis, si videant iustum esse retinere causam, quin possint eam retinere.

Quot modis possit curia suprema cognoscere in prima instantia.

Notãdum autem est, quòd curia suprema, multis modis de causis cognoscit in prima instantia. Primò, de causis priuilegiatis, vt parium Franciæ, & de aliis de quibus in rubri. *quelles causes sont introduites en premiere instance en la cour de Parlement.* in ordinatio, vbi plenè dicam.

Secundò, cognoscit per viam commissionis, quando Rex ei expresse committit, sed extra Regem cancellariæ hoc non possunt, vt hic.

Tertiò, curia cognoscit de causis appellationum ad eam deuolutis, & hoc regulariter, quia ad hoc sunt perfectæ summæ Franciæ curiæ, vt scripsi in rubri. de supplicatio seu error. propositio.

Quartò, per euocationem, quando princeps causam vnius Parlamenti ad aliud euocat, vt plenè dixi in tracta. de euocatio.

Quintò, per supplicationem & erroris propositionem, vt etiam abundè scripsi in tracta. de supplica.

Sextò, per literas ciuiles, vt etiam docui in tract. de liter. ciuil.

Septimò per supplicationem à parte factam Senatui. nam post appellationem pars supplicabit Senatui: & si hoc requirat causæ cognitionem, Senatus respõdebit, Faciat supplicationẽ in iudicio, & hoc significabitur parti: & posteà litigabitur in magna camera, & actor petet requestam comprobari & interinari, alius contrariũ, D'*estre debouté de sa requeste.* interdum solet procurator Regius, vel alius de causis fortè publicis supplicare curiæ, vt prouideat suprema solet curia prouidere, vbi de scandalo, vel de magno, & repẽtino agitur præiudicio. Et sic vidi sæpe seruari in curiis Franciæ, quod est notãdum. vide quæ scripsi in tracta. de liter. ciuil in princ in j. Tomo consti. Regia. & alia vide in j. parte const. reg. in ti. *quelles causes peuuent estre introduites.*

Literæ vt auferatur iurisdictio ab ordinario non valent.

Tertiò, in text. ibi, *ni aussi pour les oster &c.* prohibentur literæ concedi à Cancellaria, vt ab ordinariis iudicibus auferatur cognitio causæ: nam ordo confunditur, cùm sua iurisdictio cuilibet non seruatur. eap. peruenit. xj. quæstio. j. Et quia est contra rubri. de causis, in concord. vbi scripsi alia, quæ ibi videri poterunt. Etiam prohibet hic text. ne causæ euocentur ex vna curia etiam inferiore, & cõmittantur alteri, quia partes subterfugij causa interdũ hoc

hoc procurabant, & sine causa, & cancellariæ solebant hoc committere, sed hic prohibet Rex, tamen euocare ipse potest, vt abundè scripsi in tract. de euocat. in primo Tomo constitutio. Regiar.

Idem articul. clxxj. Ibidem.

Articulus octauus.

Et si lesdites lettres estoyent autrement baillees, defendons à tous nos Iuges de n'y auoir point de regard, & condamner les impetrans en l'amende ordinaire comme du fol appel, tant enuers nous que la partie. Et neantmoins qu'ils nous aduertissent de ceux qui auroyent baillé lesdites lettres, pour en faire punition, selon l'exigence des cas.

GLOSSA VNICA.

SEQVENTIA statuit hic articul. Primùm quòd si literæ concessæ fuerint à cancellaria in prædictis casibus, iudices illis nõ obtemperent & nullam rationem seu respectum ad illas literas habeant. Nam quod nullum est, nullum debet operari effectum. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iud. c. ex tenore. de rescript.

Impetrans literas in casibus suprà prohibitis ad mulctã condemnatur.

Secundò, vult vt quilibet impetrator illarum literarum puniatur ad mulctam sexaginta librarum, quæ est emenda ordinaria temerè appellantis ad supremam curiam, & hæc emenda partim fisco applicabitur, partim appellato, vt dicetur in tract. de appellat. Et quanuis iste rex. dicat ad mulctam partem condemnandam, tamen etiam condemnabitur ad expensas parti ratione temeritatis. l. eum quem temerè. ff. de iudic. & in institution. de pœna teme. litigant.

Parlamentum an cãcellariã punire possit.

Tertiò præcipit iudicibus, quorum nomine (vt superius dixi) venit etiam parlamentum, vt certum faciant Regem de concessione illarum literarum & quis illas concesserit literas, vt princeps illos concedentes punire adhuc possit. Ergo iudex vel parlamentum non poterit Cancellariam punire ex iniusta literarum concessione: sed ad Regem tantùm spectat, vt hîc: quia hoc nomine Regis faciunt, ob id ad solum Regem pertinet: & quomodo puniretur arbitrio Regis, relinquo, vel per suspensionem ab officio, vel priuationem pro delicti qualitate, quod hîc vocat, *Selon l'exigence du cas*, aliquando vidi etiam à Parlamentis puniri hos officiales Cancellariæ abutentes. Alia super hoc non rescribam, vt paucis hanc pertractem materiam. Ideo, lector bone, omissa supplere poteris ex praxi nostra beneficiali, de his tamen Deo immensas agam gratias.

Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRACTATVS DE LITERIS dilatoriis, annalibus, quinquennalibus, ſtatus, & aliis, in iudiciis frequens.

Philippes le Bel. Artic. viij. *des ſecondes.*

Item pour les lettres de reſpit.

Articulus primus.

GLOSSA I.

Lettres d'eſtat & reſpit quelles.

SCIENDVM eſt quòd vulgari ſermone *reſpit*, idem ſignificat, quod dilatio. Et quia dilatio multis ex cauſis datur, ob id multiplex eſt *reſpit*, vt ſcripſit Hoſtienſ. in ſum. titu. de dilatio. & ego alias multas congeſſi. Sic & *reſpit*, interdum datur militibus ratione militiæ, & vocantur *lettres d'eſtat* literæ ſtatus, & generaliter *lettres d'eſtat* vocamus, in quibus mandatur cauſam differri, etiam in criminalibus, vt artic. iiij. infrà eod. Aliæ literæ dantur debitoribus pauperibus magnum perpeſsis damnum, & iſtæ literæ ſimplici nomine Gall. vocantur, *reſpits*. Et quia ſuper his multa vidi occurrere dubia; ob id ad ea tollenda, ſequentia addenda cenſui.

Summa totius tractatus.

In primis hîc tractabitur, quæ dicantur hæ literæ, ſeu dilationes annales & quinquennales.

Secundò, à quo conſequi poſsint.

Tertiò, quibus concedi valeant.

Quartò, quibus dirigantur iſtæ literæ.

Quintò, in quibus caſibus concedi non poſsint.

Sextò, quando concedi hæ literæ iure valeant.

Septimò, differentias inter dilationem annalem, & quinquennalem conſcribemus.

Nonò, quæ poſsint contra has literas opponi.

Vltimò, quis ſit effectus huius conceſsionis annalis, vel quinquennalis, & alia his cohærentia elucidabuntur, quæ hactenus à iuris interpretibus iuſtè tractata non fuerunt.

Annalis dilatio quid.

Primò quæro, quæ dicatur dilatio Annalis? Reſpond. quo ad hanc materiam, illa, quæ annum concedit debitori ad ſoluendum. Quinquennalis, quæ quinquennium. Et moratoriam cautionem vocat Iuriſconſul. in l. cùm poſſeſſor. .ff. de cenſ. & moratoriam præſcriptionem Imperator in l. ij. C. de precib. Impera. offer. & has annales literas vel quinquennales vulgus vocat *reſpit*, vt ſuperius dixi, in quibus literis ſolet ſic princeps ſcribere,

Forma literarũ annalium, ſiue quinquennalium.

Henri &c. A la ſupplication de tel N. pauure homme &c. affermant auoir perdu la greigneur partie de ſes biens & cheuance, tant pour le fait, & occaſion des guerres & gens d'armes, qui ont eu cours en noſtre Royaume, comme par autres fortunes à luy ſuruenues en pluſieurs manieres depuis dix ans en ca. & pource quant à preſent il ne pourroit bonnement faire ſatisfaction, ne payement à pluſieurs perſonnes ſes creanciers

creanciers, auſquels il eſt tenu en pluſieurs & diuerſes ſommes, & autres choſes, ſans faire vile & miſerable diſtraction de ſes biens: nous audit ſuppliant au cas deſſuſdit auons donné & ottroyé, donnons & ottroyons de grace ſpecial par ces preſentes, terme, reſpit, & delay de ſes debtes payer à quelconques perſonnes, ſes creanciers puiſſans d'attendre iuſques à vn an, à conter du iour de la date des preſentes, ſi autresfois il n'a eu de nous ſemblable grace &c. Et hæc eſt harum literarum ſumma, quæ inferius abundè elucidabitur.

A quo cõcedantur literæ quinquennales vel annales.

5 Secundò quæro, à quo valeant concedi hæ literæ? Reſpon. in vrbe à Papa, extra vrbem verò in locis in quibus Papa non habet iuriſdictionem temporalem, non dãtur à Papa hæ literæ moratoriæ laicis, arg. eorum quæ not. Inn. in c. inquiſitioni. de ſent. excom. c. venientes. de iureiu. c. ſi duobus. de ap. Et hoc expreſsè decidit Ioan. Staphyl. in trac. de liter. gratiæ. fol. 170. vbi plus dicit, non dari à Papa etiam clericis in odium

Annus, biennium, triennium vel quinquennium quando cõcedatur.

6 laicorum. arg. c. nouit. de iud. & gl. in c. ſi clericus laicorum. de for. cõpe. † Sed in hoc regno ſolent à Rege hæ concedi literæ, vel ab eius Cancellaria. Princeps autem poteſt concedere alicui, vt non teneatur ſoluere ſuis creditoribus per annum, biennium, vel triennium, aut ad ſummum per quinquennium, quia quod differtur nõ aufertur. d. l. ij. Item in mora modici temporis non eſt magnum preiudicium. l. ſi debitori. ff. de iud. Annum autem concedit omnibus communiter damnum paſsis: biennium contra vſurarios, triennium clericis ſeu viris eccleſiaſticis, quinquennium autem paſsim conſentientibus creditoribus vel maiori parte. Ita habetur in magno ſtylo rubric. *reſpit*, & vltra quinquennium non poſſet dare, cum eſſet mora magni temporis, & ſic magnum præiudicium ſecundum Paul. in d. l. ſi debitori. & de reſcripto ad decem annos. Idem conſuluit Ancha. conſil. xxxvij. contra. & quia non concedi ſolet, vt infrà dicam. Et ideo minimè mutãda ſunt quæ ſemper certam interpretationem habuerũt. l. minimè. ff. de legi. & nunquã audiui concedi vltra quinquennium. Et ſi concederetur, iudices hoc reſpuerent, nec literas comprobarent, vel interinarẽt, nec quidem in anno vel quinquennio, quia literæ in totum ſunt nullæ. arg. c. cui de nõ ſacerdotali. de præb. in vj. Et hoc pulchrè docet Ioan. Beſsia. in conſue. Aruer. eo. tit. artic. j. per l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de don. inter vir. & vxo. facit text. & ibi doct. in c. ſi eo tempore. de reſcript. in

Seneſchalli vel baillius non concedunt has literas.

7 vj. † Et ideo hanc dilationem concedere non poſſunt Seneſchalli vel baillii, aut alij magiſtratus Regij, quia priuilegium, quod aliis præiudicat, nõ poteſt concedi per alium extra principem. Archi. in c. peruenit. xvj. q. j. & gloſ. in ſumma xxv. q. ij. Albe. in d. l. quoties. col. j. & ita dicit ſe conſuluiſſe Paul. ibi, quod princeps tantum non recognoſcens in ſuperiorem poſsit hoc concedere, alius verò recognoſcens ſuperiorem non, niſi iura Imperij habeat, vt Dux

Nõ eſt neceſſaria citatio in impetratione earum.

8 Sabaudiæ. † Item intellige, quòd princeps poterit concedere etiam ſine partis aduerſæ citatione, quia in his quæ non lædunt partem, aut modicè, nõ requiritur in impetratione priuilegij partis citatio. Bar. in l. ij. not. ij. C. de temp. appel. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. Bald. in l. ſi. col. pen. C. de fruc. & lit. expenſ. & l. fin. quibus res iud. non nocet. Imol. in c. cum dicta. col. vlti. ne confir. vtil. Alexand. conſil. xj. aliàs conſului. in vij. volu.

Nec eſt ſolitum in hoc regno partem citari in impetrationibus literarum Regiarum, ſed in earum approbationibus ſic, vt vulgus dicit *à l'enterinement*

Universidad de Deusto
Biblioteca

des lettres. Et sic videtur sentire Albert. Brunus cõsi. j. col. x. verſic. ad id quod dictum in consi. feudalibus, & in consuetu. Aruer. eo. arti. ij.

An impetrans possit suos debitores inquietare.

9 Secundò, intellige vt sicut dilationem habet impetrans non soluendi suis creditoribus intra annum, vel quinquẽnium, ita no poterit illo termino pendente suos debitores inquietare. Nam quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodẽ iure vtatur. l. j. & per totũ. ff. quod quisque iur. & super hoc multi decipiuntur, putantes interim suos molestare debitores posse. Matth. xviij. c. in fin. ibi, Serue nequam, omne debitum remisi tibi, quoniã rogasti me, non ne ergo oportuit & te misereri cõserui tui: sicut & ego tui misertus sum? &c. Tamen hodie non seruatur quo ad debitores impetrantis: nã ipse eos conuenit, vt vide forte eò quòd non fuit oppositũ. & quia hoc rescriptũ est in fauorẽ solius impetrantis, ob id ad alium nõ debet protrahi. l. j. ff. de constitu. prin.

Hæ literæ annales impetrantur sine consensu creditorum.

10 Tertiò, etiam sine consensu creditorum vel maioris partis, imò sine alicuius debitoris assensu, & eis contradicentibus hæc dilatio impetrari potest. doct. in d. l. ij. C. de precib. Imperat. offerẽ. quia gratiam facit princeps debitori damnum passo.

11 Intellige, quãdo Rex concessit dilationem annalem tantùm quia mora modici temporis non affert magnum præiudicium, dicta l. si debitori. ff. de iudic. Tunc præstito iuramẽto, quòd hoc facit sine fraude, & pro vrgente necessitate, non audiuntur creditores oppositum volentes probare, nec etiam agnitionem debiti petentes, & cautionem sibi dari, vt docet Masuer. in rubri de obligatio. §. itẽ debitor. secus si dilatio sit quinquennalis, quia tunc & cõsensus creditorum vel maioris partis requiritur, quòd interueniat. l. final. C. qui bonis cedere possunt. Est tamen consuetum etiam in literis concedentibus dilationem annalem apponere istam clausulam, mandantes quatenus recepta ab eodem supplicante cautione, quam super hoc præstare poterit, & sic de iuratoria intelligitur, si aliam dare non possit, vt in rubric. & l. j. ff. qui satisdare cogantur. scripsi in tracta. de famulo salar. in hoc Tomo.

Cautio in dilatione annali an detur.

Quibus cõcedatur.

12 Tertiò, Quibus cõcedi valeat hæc dilatio? Respõ. debitoribus aliquod notabile damnum passis, ratione fortè belli, ignis, incẽdij, aut naufragij, vt in rubric. ff. & per totum. de incend. ruina, & naufrag. vel ex alio quocunque casu, qui etiam à sapientissimis ne quidẽ ab astrologis, qui futura se nosse temerè arbitrantur, præuideri possunt. l. quæ fortuitis. C. de pignorat. actio. & ob id vocantur casus improuisi. in l. prima. C. de ficar. iustum enim & æquum est, ne iam afflicto per casum, iterum afflictio detur circa bonorum executionem: ideo princeps his damnum passis ex bono & æquo succurrit per has literas, vt creditores patientiam habeant per annum, & omnia eis reddet debitor, iuxta euangelij sententiam, †, & non solùm vni

Hominibus vnius villæ possunt hæ literæ concedi.

13 posset concedi, sed vniuersis hominibus alicuius terræ damnum belli perpessis, vel aliud, vt probat Matth. de afflictis in decis. Neapoli. q. cccxxvij. princeps. vnde aliquando vbi à rusticis alicuius pagi ab hostibus destructis has literas impetrari.

Praxis literarum quinquennalium.

14 Notandum est pro praxi literarum quinquennalium. Nam is qui istas literas impetrauit, debet vocare creditores suos coram suis iudicibus, quos scit consentire velle, vnum post alterum, & iudex adigit singulos iuramento. Primò quæ summa eis iure debeatur, & an sit soluta, nec per fraudem debita,

bita, & an consentiant verificationi rescripti. Et tunc scriba & Grapherius scribit in dorso literarum quinquennalium iuramentum, & consensum illorum, & habito consensu maioris partis, in ius vocat minorem partem ad verificandum literas coram iudice, cui diriguntur. quo die præstituto requiritur, quòd debitor sit dispensatus ab episcopo de suo iuramento. Posteà patet literas comprobari & interinari, & confitebitur debitor cuilibet creditori suum debitum, si creditor requirat, & pro qua summa requirit suum rescriptum verificari: & creditor recipere potest, & acceptare illam confessionem, protestans ne ad aliud debitum & summam prodesse literæ possint, quàm ad illam expressam, requiritque debitor vt ista minor creditorũ pars audiat alios creditores, qui his literis consentiunt, sed creditores dilationem capiũt ad deliberandũ, & allegandum debitoris fraudem, & alia quæ voluerint cõtra has literas dicere. quæ dilatio conceditur, qua finita respondebit debitor impetrans se offerendo si contrarium dicatur probaturum, consentientes creditores veros esse creditores, quòd per obligatorias literas, per acta vel aliàs prout de iure conceditur probabit etiam pericula in literis narrata vera. & siquis alleget fraudem in contrarium, eam probare debet. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probationi. etiam qui allegat solutionem his creditoribus factam, hoc probare debet. l. actor. de probat. C. & si allegetur impetrantem vendidisse bona, iustificabitur, vel dicet longè esse antè rescripti imperationem, & qui falsam causam dicit, hoc probare tenetur: hæc in summa notanda sunt pro praxi harum literarum, quæ valde est occulata. Nemau-

Impetrans quinquennalem dilationem interim non tenetur garnire.

15 sensibus. †. Vnde non potest creditor concludere contra debitorem impetrantem, vt dilatione pendente garniat, & deponat pecuniam per modum prouisionis, & cùm aliquis appellasset à iudice, quòd per modum prouisionis non coegisset debitorem ad garniendum, fuit in Senatu prolatum eum perperam appellasse, & ille fuit ad mulctam condemnatus, Anno 1537. die vigesimasexta Aprilis post Pascha.

Arestum.

Quibus dirigantur.

16 Quartò, Quibus istæ annales, & quinquennales literæ dirigi valeant? Respond. in hoc regno extat lex Regia in rubric. Des Seneschaux, Baillifs &c. ordinat. xxvij. articul. xij. his cõscripta verbis: *Auront aussi nosdits Baillifs & Seneschaux la cognoissance & verification de toutes les lettres de chartres, edicts, foires, & marchés, affranchissemens, respits, à vn, & cinq ans, & non lesdits preuosts.*

Et sic istæ literæ tantum dirigi possunt Seneschalis, bailliuis, & gubernatori Montispessulani, non verò præpositis, aut bailliuo Montispessulani. Et quibus dirigantur in omni materia literæ, scripsi in tracta. de rescript. in q. viij. Ideo non repetam hîc.

In quibus casibus impetrari non possint.

17 Quintò, In quibus casibus hæ literæ dilatoriæ impetrari non possint? Respond. Regulariter in casibus priuilegiatis, vt dicta l. quoties. C. de precibus Imperat. offerend. Sed qui dicantur priuilegiati? Respond. Primò creditores ratione delicti. Nam illi non obstante hac dilatione poterunt debitorem conuenire, teste Gul. de Cun. in l. si ex parte. §. quãquam. per illum tex. ff. quod cũ eo. l. si rerũ. de re iudic. hoc docet Ludo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma.in singu.clxxix. quid si Titius.quia reatus impedit ne delinquens literarum beneficio vti possit: arg.l.j.C. vbi senat.vel charis. habetur in consuet. ducatus Borbo.rub.*respit.* & quinquennales art.lxviij. vbi est pulcher articulus,quem hîc inferere curaui,quia in tota penè seruatur Francia.

Casus inquibus literæ annales & aliæ cessât.

Respit, d'vn,deux,trois, quatre ans, quinquenneles, ou autres delais de ne payer debtes, n'ont lieu contre le debte adiugé par sentence, louages de maisons, arreraiges des cens, rentes, deuoirs annuels emportans directe Seigneurie, bail à ferme, & accenses d'heritaiges, fruits & reuenus d'iceux deuoirs de recepte, apprantissaige, pension pour nourriture, & entretenemens de personnes, debtes des prodigues, insensez, des mineurs contractez auecq'eux, ou auecq'leurs tuteurs, ou curateurs, durant leur tutele ou curatelle, biens & deniers baillez en despost, reliqua des administrations, & gouuernemens que les debteurs ont des biens de l'eglise, & chose publicque, achepteurs de viures, & victuailles, ne pareillement des sommes prouenans de crimes & delits, & exploits de iustice, ne de salaire de ceux qui ont besongné, & seruy pour les debteurs. Vides multos casus, quos inferius elucidabo, in quibus hæ literæ non prosunt,si concessæ fuerint,nec à iudicibus approbabuntur,seu verificabuntur.

Debitores futuri sunt priuilegiati

Secundò creditores futuri,quo ad hoc dicuntur priuilegiati.Ideo illis non 18
præiudicat dilatio, argu.l Aurelius.§.Titius,j.ff, de liber.leg.clemen. finali. de rescript. vbi rescripta ad beneficia non trahuntur ad beneficia postea creata. sic nec istæ literæ annales, vel aliæ ad debita non facta, & ita seruat stylus curiarum : vt scribit Guido Papa in decis. Delphi.quæstio.cix. rescripta annalia.facit text. in clementina prima, de censi.ibi, priuilegia verò seu exemptiones huiusmodi ad monasteria seu ecclesias, quæ ad eos obuenire contingent, imposterum volumus non extendi, nec ad futuras lites trahuntur rescripta. c.fi de rescrip. Hippol.in practic.criminal.§. aggredior.nu.43. cum seq.multa addidi ad dictam clementin.fin. de rescript. Et dicuntur futuri creditores, qui facti sunt post datam literarum, non à tempore præsentationis. argu.cap. eam te. de rescript. & c.si eo tempore.illo titul.libro vj. & ita seruat stylus,vt refert Guido Papæ in decisione Delphi. dicta quæstio. cix. rescripta annalia.

Futuri creditores qui.

Creditores aresto sunt excepti & ex sententia.

Tertiò creditores per arestum parlamen. excipiuntur, quia executiones 19
arestorum non debent retardari,nec impediri prætextu literarum quinquennalium, nec etiam aliarum sententiarum Senescallorum, aut bailliuorum, quæ in rem transiuerunt iudicatam propter rerum iudicatarum authoritatem.l seruo.§. cùm prætor.ff. ad Trebel. Masuer,in rubr.de solutio. §.item dilatio moratoria. & Guido vbi suprà quæstio. xcvij. pro conseruatione. Vbi dicit esse introductum pro conseruatione authoritatis curiæ Parlamenti maximè,& seruari Paris.ex stylo etiam in aliis sententiis quo ad expensas, vt condemnatus ad illas, non petat has literas, quia temerè fraudulenter litigauit.l. eum quem temerè.ff. de iud.& dolus non debet ei prodesse, alioqui daretur materia litigandi. vnde cedere liti debeat debitor, postquàm debere se sciebat. l. prima. ff. de eden. nisi iustam habuerit causam litigandi. Doctor.in l qui solidum.§. etiam.ff. de legatis secundo.& Ioann.Staphyl.in tracta. de literis iustitiæ, ait contra executoriales non dari moratoriam: quia in executorialibus certi dies præscribuntur ad parendum iudicato, &

arctatur tempus quadrimestre,quod datur condemnatis,l.ij.C.de vsur.rei iudi.l.si debitori.ff.de iud.Chassa.tamen dicit se vidisse aliàs talia rescripta impetrata & interinata contra arestum curiæ,in catalo.Glos.mundi in v.parte conside.xxiiij.num.199.quod non credo,quia curia non solet recipere,etiam cõtra sententiam iudicum inferiorum has literas, nisi condemnatio fuerit fraudulenter secuta,vtpotè debitores confessi sunt debitum, & iudex condemnauit eos,vt alios excluderent,tunc illa fraus non prodesset.

Vassallus non potest impetrare has literas.

20 Quartò vassallus hoc non vtitur beneficio, teste Iacob. de Bello visu,in c. j.de vassal.qui contra constitutio.Lotharij.in glos.facit text.in l.incola.ij.ff.ad municip.vbi incola iam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere incolatui renuntiare non potest. sic & vassallus, cùm sit ascriptus ad aliquod seruitium,non potest illud detrectare,alioqui feudo priuabitur.ca.vno.quib. mo.feu.amit.Ias.in l.ij.nu.24.C. de iure emph. Alex. & alij in l.j.ff.si cer. peta. Et sic in reliquis census & reditus, nõ vtitur his literis vassallus aduersus dominum, & vt dicunt, *En arrerages de cens, rentes, deuoirs annuels emportans directe Seigneurie.* Maxima enim afficitur cliens ingratitudine, qui contra beneficium à se receptum dominum suo iure priuare vult, vt in c.j.de noua forma fidelita.Nam iste sic denegando solutionẽ derelinqueret, ob id literæ non debent ei auxilio esse ad delinquendum & ingratitudinem committendam.

Emphyteotæ & colonus non impetrant has literas.

21 Quintò, idem in locatione & emphyteosi, & in aliis oneribus personalibus asserit gl.l. cùm fructuarius.ff. de vsufr.vbi hoc no.doct.& Spe.in titul.de loca.§.nunc autem.ver.cxxix.refert Pyrrhus in consue.Aurelia.in rub.de executio.ex loca.c.xviij.anni &c.& fortè procedit de cõsuetudine,vt ibidem.vide Masuer.in rub.de solutio.§.item dilatio.vbi declarat habere locum quando percipiunt seu perceperunt fructus, & emolumenta rerum locatarum, & nunc volunt vti dilatione annali, vt non possint, alioqui daretur materia delinquendi.ideo in consue. Aruernix, rub.*de respits*,art.iiij.sic dicitur *Receueurs Louandiers,Fermiers ou accenseurs,ne se peuuent ayder desdits respits.*

An in debito iurato hæ literæ locũ habeant.

22 Sextò,procedit in debito iurato,vt priuilegiatum ad hoc dicatur glos.singul.in c.cùm non deceat.de elect.lib. vj. in verb.effectus. vbi dicit quod constitutio tollens aliam constitutionem, non refertur ad constitutionem iuratã, & idem de clausula,non obstantibus,per dictam glos.quam sing. clamat Panor.in c.j.col.ij.de his quæ fiunt à maio. parte capi.& Roma.singu.vij.quod. ac consi.ccccxvij. in casu.in fine. & consilio ccciiij,in casu.in fin.& consilio cccxxxvj. quod indultum. col.ij. & in repeti.l.si verò.§.de viro.col.xviij.fallen.xxiij.ff.solutio matri.& Barba.in clemen.j.col.xv. de elect. & in c.j.num. 75. de rescript.Feli.in c.ij. nu.20.de sponsal.Ias.in l. si mihi & tibi.§.final.ff. de leg.j.& Vincen.Specu.in l.j.col.ij.ad legem Falcid.Benedi.in repe.ca. Raynutius.in verbo, testamentum.in secundo. num.18.de testa.Tho.Ferra. cautel.lv. occulta,& pro illa glos. est text. in ca.constitutus.de rescrip. facit glos in clemen.dudum.in fin.in verb.pacta.de sepul.vide Do.de Rota deci.ccccccxxxiij. in antiq.Alber. in tract. statutorum in prima parte quæstio.xvj. Item quæro. Vi al. de Camba. in tract.clausul. in clausula non obstantibus.fol.7.Alexand. consi.xxvij.viso libello.colum.penultri.in primo volum.& consil.ccv.visis.in fine.in secundo volu.ac consil.xxxviij.visa.in fine.in tertio volu.& consi.liij. ibidem,ac consi.cxxxvij.visa.col.ij.in vj.vol,Barba.consi.xxiij.scripsit.col.iiij.

in j. volu. & consi. xlvij. scribitur eodem vol. col. xx. Domi. consil. lxxxiij. opponitur. Alber. Brunus in consi. xij. col, ix. in materia feudorum. Io. Crotus in c. j. de consti. lib. vj. Do. de Petrucia in tract. de virib. iuramen. in lxij. effectu iuramenti, quia potentior est duplex funiculus. C. de treuga & pace. † Imò talis non soluens tribus modis periurium incurrit. primùm, non soluendo, secundùm, iudicem interpellando, tertiò, principi supplicando. l. si quis maior. C. de transact. Si tamen Rex metu proprio literas annales, vel quinquennales concessisset, non esset periurus. arg. c. venientes. de iureiur. l. fi. ff. qui satisda. cog. & ibi gloss. hoc expresse tenet. facit. l. ij. C. de peti. bonor. subla. lib. x. & scribit Lucas de penna in l. j. col. iij. C. qui mili. poss. vel non. lib. xij. & in dubio concessum præsumitur ad postulationem, teste Alexand. dicto consil. ccv. visis his, in fin. volu. ij. ob id in praxi seruatur, vt in literis exprimi soleat ad supplicationem &c. † Item saluus conductus concessus alicui, non extenditur ad debita iurata, prout fuit conclusum Neapol. vt patet in decis. v. dominus Rex. hodie in hoc Franciæ regno est solitum apponi in his rescriptis clausulam, prouiso, quòd à prelato suo, vel alio potestatem habente de huiusmodi fide & iuramento secum fuerit dispensatum, & sic comprehenduntur debita iurata, quia habita dispensatione nihil est quod impediat. nor. in cap. debitores. de iureiuran. Alioqui nihil vel parum prodessent hæc rescripta annalia, vel alia, quia in quolibet debito iuramentum interponeretur, aliàs creditor non consentiret.

Periurium tribus modis incurritur.

Saluus conductus non extenditur ad debita iurata.

An contra pauperes creditores impetrari possint hæ literæ.

Septimò, quando essent creditores pauperes, non valentes expectare, tunc charitas bene ordinata à seipso incipit. l. præses. C. de serui. & aqua Item facit quòd pater tenetur alere filium, nisi ipse sit pauper, & possit filius seipsum alere. l. si quis à liberis. §. j. & §. de alimentis. ff. de lib. acces. Itè maritus condemnabitur insolidum ad dotem soluendam soluto matrimonio, quando mulier erat pauperrima. Bar. & alij in l. maritum. ff. solu. matri. Et in dubio literæ verificari debent & valent, nisi iste, qui allegat se pauperiorem, hoc probet, vt fuit Neapoli iudicatum teste Matthæo de Afflictis in decis. cclxxvij. princeps. & istud est valde æquum, & frequentius in literis solet dici, *A quelconques personnes ses creanciers puissans d'attendre.* † Et qui dicantur pauperes, relinquitur arbitrio iudicis, vt dicit glo. in auth. prætereà. C. vnde vir & vxor. qui si videat creditorem egere cum sua familia, vel aliquem pauperē creditorē infirmū, cùm nulla sit maior paupertas, quàm aduersa valetudo, inclinabit ad valetudinarium, vt soluatur illi non obstantibus his literis impetratis, & sic dicitur non valens expectare, quando fine præiudicio personæ, vel bonorum hoc fieri non posset, vel si aliquod graue damnum passus est creditor sicut debitor.

Pauperes qui.

Contra debitum ex labore vel operis nō dātur hæ literæ.

Octauò, non potest se iuuare his literis quinquennalibus, qui debet alicui ex labore personæ, & Gallicè *pour labeur de bras*, tunc non debent comprobari: hoc enim debitum est priuilegiatū, quia maior est labor personæ, quàm rerū. l. in seruorum. ff. de pœnis. Et dicitur *de salaire de ceux qui ont besongné & serui pour les debteurs*, alioqui materia delinquendi præberetur, vt dixi. locarem enim multos, & posteà opere facto impetrarem has literas.

Renunciās impetrationi quinquēnali, an posteà illud impetret.

Nonò, quando debitor in instrumento debiti renunciasset impetrationi rescripti annalis, & quinquēnalis, de quo statuit Philipp. Rex Franciæ, vt patet in stylo Parlamenti tub. de foro cōpe ordi. iiij. quia quilibet potest renunciare priuilegio in fauorem suū introducto. l. pe. C. de pac. c. si diligēti. de for. cōpe.

29 Posset tamen princeps non obstante sua ordinatione concedere, & non obstante renunciatione de gratia speciali, dummodo faceret mentionē expressam cum clausula non obstante renuntiatione, &c. cum magna sit eius potestas. c. proposuit. de cōcess. præb. eámque restringere instar sacrilegij sit. l. ij. C. de cri. sacri. Masue. in rub. de solu. in fi. latè Albert. Brunus consil. j. col. v. cum seq. in mate. feudal. & eadem felicitate qua renunciat, ei literæ concedi solent in Francia, cùm sigillum Franciæ petentibus se offerat liberale instar sedis apostolicæ. c. sedes. de rescri. oporteret tamen & renuncationis & ordinationis in literis annalibus expressam facere mentionem, alioqui non valerent, vt per doct. in c. super literis. de rescript. l. fi. C. si contra ius. Imò si quis renunciasset impetrationi literarum, & dispensationi, si fecerit mentionem de renunciatione impetrationis & non dispensationis, non poterit se iuuare his literis tanquam subrepticiis, vt alias vidi.

30 Decimò, si semel data fuerit eidem dilatio annalis, alia secunda impetrata non facta primæ mentione nō valebit, quia subrepticia. c. super literis. de rescri. Et ideo debet fieri mētio in literis secundis de primis. c. cæterūm de rescr.

Secūda impetratio hārii literārii valet non facta mentione primæ.

31 Vndecimò debita Regia sunt priuilegiata. hæc enim non comprehendun tur in literis annalibus vel aliis, quia non est verisimile, quòd voluerit Rex includere debitum suū, & personā suam in hac moratoria dilatione, & quia fisco damnosum. l. nec damnosa. C. de preci. Impe. offe. vbi Io. Faber & text. in l. cùm possessor. §. fi. ff. de censi. facit in argu. c. petitio. de iureiuran. latè Domi. in c. deinde. col. ij. dist. xxvj. no. in l. Paulus. §. fi. ff. de pig. Et sua debita solet princeps experire: & ideo vbi in literis annalibus, & aliis moratoriis hāc clausulam apponi, nostris, & nundinarum Cāpaniæ & Briæ debitis dūtaxat exceptis in fin. literarum. Ibi, *nos debtes, & icelles des foires de Champagne, & Brie exceptés tant seulement.* Quia exactio fiscalium debitorum militibus & priuatis, ipsisque templis, & cunctæ reipublicæ vtilis, & necessaria est. §. publicorum. in authen. de mandā. prin. colla. iij. Hoc expresse tenet Lucas de Parma in tract. de priuileg. fisci, in xxxij. casu. Et quamuis hæc tria debita solùm excipi soleant in literis, tāmen quia alia in corpore iuris excipiūtur: ideo illa volui annectere, licet illorum non fiat in literis mentio, censetur tamen à iure excepta, & per clausulam non obstantibus, non tolluntur priuilegia in corpore iuris clausa. gl. in l. ij. §. legatis. ff. de iudic. & in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi agi opor. dixi in scholastic. priuileg.

Debita Regia non comprehendun tur his literis.

32 Duodecimò, idē in debitis ecclesiæ, aut in debitis piis, & pro anima, quia propter vnumquodque tale, & illud magis. authen. multo magis. C. de sacro sanct. eccle. iuncta l. sancimus. illo titu. facit quod consuluit Angel. cons. xxiiij. ecclesia. vbi collecta imposita non includit ecclesiam, nec posset hoc princeps cedere, per no. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de consti. etiam quando episcopus dispensat super iuramento, solet in dispensationis literis apponere, exceptis tamen debitis nostris, & curiæ nostræ, in quibus nolumus quod huiusmodi gratia aliquatenus se extendat, & debet episcopus exprimere de debitis piis locis, sic exceptis debitis nostris, & aliis quibuscunque debitis piis locis &c. vt facilius iudices seculares in comprobatione rescripti ita excipiant.

Debita ecclesiæ aut pia non continentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Debita pupilli non cõprehendun tur.

Decimotertiò, idem dicerem in debitis pupillorum, quia ecclesia, fiscus, & pupillus æquiparantur. cap. primo de in integrum restitutio. & in decretal. in sexto. Et quod in vno ex pacificatis statuitur, & in alio videtur statutum. cap. de mulcta. de præben. & in l. prima. C. quando Impera. inter pupil. Imber. in institut. foren. libro primo. §. sed vt expletam. Scripsi de his in tract. de senten. prouis. articul. vlti. in fine. sic habetur in consuetudina. magno rubric. *l'execution des lettres.* versi. item nota *que les respits*, & Boër. in quæstio. ccxcvj. in decis. Burdeg. 33

In dote nõ habent locũ literæ istæ.

Decimoquartò, in dote idem docet Masuer. in rubri. de solut. §. Item. & si 34
militer, siue agatur de dote soluanda, siue repetenda, & hoc fauore mulieris ne remaneat indotata. l. j. ff. soluto matrimo. & in consuetu. Aruerniæ. rubri. *des respits.* articu. iij. Et idem posset dici in debitis fauore studij. doctor. in dicta l. prima.

Emptor mercium à mercatore extraneo nõ impetrat has literas.

Decimoquintò, idem dicunt in emptore mercium à mercatore extero, 35
qui si postquàm merces receperit, velit impetrare istas literas, illis iuuari non poterit ratione fraudis vitandæ, tum ne detur materia delinquendi. l, conuenire. ff. de pact. dotal. Adhæc cùm emptor recipit merces exteri, intelligitur eo animo recipere, vt statim eis mercibus receptis soluat precium. l. in omnibus. ff. de iudic. Et quia exteri non sunt molestandi. authen. omnes peregrini. C. communia de succes. Ideo merx vendicari poterit, per l. Aurelio. §. j. ff. de liber. leg. si extat, si non extat, etiam hæ literæ non valebunt. articul. v. eod. tit. in consuetud. Aruer.

Debita nundinarũ Campaniæ & Briæ non comprehenduntur.

Decimosextò, debita nundinarum Campaniæ & Briæ ex priuilegio sem- 36
per reseruantur, si tamen princeps veller, posset cum magna causa derogare, vt supra dixi: qua eius est tollere cuius est concedere. l. si puellæ. ff. de sponsa, l. eius est velle, & ibi Dec. de reg. iur.

Nec locationes & pensiones ædium.

Decimoseptimò, in locationibus domorum, & pensionibus ac ratione de- 37
bitis, hoc enim est valde priuilegiatum: vt plenè scripsi in tract. de liter. oblig. arti. vj. laf. & alij in §. item seruiana. de actio. in institu. & in l. postquàm. ff. de pact. scripsi in tract. de liter. obliga. articu. vj.

Nec depositum.

Decimooctauò, dilationes istæ non extendentur ad depositum, per text. 38
in l. penul. iuncta authen. ibi posita. C. depositi. Et ita censuit Senatus Burdegalen. pro quodam Hispano contra depositariũm: vt refert Boër. in decis. suis quæstio. ccxcvj. princeps cùm sit valde priuilegiatum. l. fi. ibidem. alibi dicam priuilegia depositi.

Latomi et alii artifices factum promittentes non iuuantur his literis.

Decimononò, Latomi seu alij artifices, qui factum promiserunt non iu- 39
uantur hac moratoria dilatione, si possint facere, sed compelli possunt. l. item si in precio. §. pe. ff. loca. vbi Bald. Et est consuetudo in Francia, vt hi soleãt ad factum cõpelli, imò non liberarentur per cessionẽ bonorũ, teste Guiliel. de Cuneo in l. j. C. de ces. bo. sed in carcere coiici possunt, donec obligationi pareant, etiã si adhoc obligati non sint, vt vidi seruari, vt scripsi art. iiij. tit. de magis. artific. infra. † Vigesimò etiam legi in quodam libro cameræ computorum, vbi 40
prohibetur dari dilationem clericis & monasteriis, quominus habeant vendere intra annum feuda, census, reditus, & hæreditates ac alia bona acquisita iuxta glo. in verb. donum. in c. vno. de relig. domib. in vj. Illa tamen bona vẽdere nõ tenerẽtur, si ea triginta possederint annis: vt aliàs cẽsuit Senatus, vt

Ecclesiæ & monasteria nõ liberantur à necessitate vendendi bona acquisita.

patet in

patet in libro de Olymp. fol. 64.

Arestum. Debitum specialiter nõ expressum vitiat literas.

41 Vigesimoprimò, non valent literæ nisi exprimantur debita speciatim, pro quibus vult dilationem obtinere, vt aliàs fuit conclusum in curia, & de hoc scripsi in tract. de restit. arti. j. infrà.

Arestum. Fideiussores non obstãtibus his literis an possint cõpelli.

42 Vigesimosecundò, in fideiussoribus non procederet priuilegium, sed interim poterunt compelli, Cyn. Bald. & Salyc. cum distinctione tamen in d. l. quoties, quia priuilegium personale non egreditur personam. §. sed & quod. de iure natural. l. quia. ff. soluto matrimo. alioqui priuilegium traheretur in infinitum, teste Staphyl. in tract. de lit. gratiæ.

Hæc tamen quæstio ex consuetudine, & stylo communi regni Franciæ est sopita, quia in literis solet apponi dictum supplicantem, & eius fideiussores, aut alios pro eo quoquo modo obligatos ad soluendum, aut aliud faciendum, quàm quod superius expressum est creditoribus suis antedictis in corpore siue bonis minimè compellatis, aut compelli permittatis, &c. Et sic hodie non est opus disputare hanc quæstionem, & vulgò dici solet, *Sans luy faire, ou donner, ne souffrir estre fait à luy, ne à lesdits pleiges, aucun destourbier, ou empeschement au contraire, &c. Et si son corps, ou aucuns de ses biens, ou de sesdits pleiges sont, ou estoyent pour ce prins, saysis, arrestez, ou empriſonnez, ou autrement empeschez, mettez les luy, ou faites mettre tantost & sans delay à pleine deliurance: nonobstant, &c.*

Emptor domus pro pretio non iuuatur his literis.

43 Vigesimotertiò, fuit arresto decisum in emptore, qui emerat domum, & pro pretio impetrauerat has literas, vt non gauderet fructu literarum. & idem in locatione domus anno 1533. die xxj. Ianuarij.

Arestum. Debitor vi clausulæ non iuuatur moratoria.

44 Eodem tamẽ anno 11. Decembris fuerunt literæ annales interinatæ contra pistorem, quia merces possunt in hoc consistere, & ipse mercator esse po-
45 test, & panis potest mutuò dari, l. secunda. §. final ff. si certum petat. † Tamen in pretio debito ex venditione rerum comestibilium, vini, piscium, ac cæterorum animalium & similium in pleno foro, seu mercatu facta non habent locum hæ dilationes, vt concludit Boër. in dicta decis Burdegal. quæstio. ccxcvj princeps. columna secunda, quia statim solutio fieri debet, si data non est à parte dilatio. l. secunda. ff. de nundinis. l. in omnibus obligationibus, de iudic. alioqui posset dolosus sic multa accipere & statim has literas impetrare, & sic daretur materia delinquendi & homines perirent fame, quia nullus vellet sic vendere.

Arestum cõtra pistorem.

Priuilegiũ mercatorũ Paris.

46 Ideo ex priuilegio dato mercatoribus Paris. vt patet in libro nigro Castelleti, non possunt hi cessionem facere, nec quidem has impetrare literas, nec illi qui à grossariis mercatoribus recipiunt pisces ad vendendum, vel carnes, forte coria, vel alia. Alioqui daretur materia delinquendi, contra l. conuenire. ff. de pact. dotal. Ideo compelluntur soluere per prehensionem personæ, & detentionem. Necnon alij minutarij vendentes fructus, poma, aut alios fructus, & eos recipientes à grossariis sic cogi solent, vt in Tornella Paris. fuit dictum die vlti. Aprilis anno 1541. & sæpius fuit sic in curia iudicatum.

Arestum cõtra reuenditores & minutarios Paris.

47 Item nonobstante errore fuerunt receptæ literæ, in quibus dicebatur ante obligationem debitorem damna passum fuisse, allegauit errorem, & probauit damna post debitum interuenisse, ob id fuerunt ei interinatæ literæ, prima Decembris anno 1533. per l. fi librarius. ff. de reg. iur. l. error. C. de iuris & facti ignor. l. errore. de testament.

Nonobstãte errore hæ literæ interinãtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et sic incipit annus currere à tempore datæ, l. sancimus. C. de diuers. re- 4
script. alioqui ipse debitor posset custodire longo tempore rescriptum, & quando videret creditores eum molestantes, illud ostenderet. alij autem dicunt à tempore verificationis: sed inspiciẽda sunt verba rescripti, & in rescriptis ad tollendum dubium solet dici, *Iusques à vn an, à conter du iour de la datte de ces presentes.* Sed si debitores haberent dilationem quinque annorum ad soluendum ex conuentione, habebunt etiam hunc annum à Rege in literis concessum. Quia istud priuilegium non est datum ad reuocandum aliud tempus, ergo nec vnum tempus cum alio confundetur. vt docet Baldus, in l. fi. C. de vsur. rei iudic. quem sequitur Iacob. in l. fin. in fine. C. de repudiat. hæred.

An cautio sit necessaria, vt possit gaudere his literis.

Vltimò, hac annali vel quinquennali dilatione non vtetur debitor, quan- 49
do nollet cauere, per l. vniuersa C. de precib. Imper. offer. Et scribitur in literis concedentibus dilationem annalem, recepta ab eodem supplicante cautione, quam super hoc præstare poterit, vbi sunt ablatiui absoluti importantes conditionem, iuxta l. à testatore. ff. de condit. & demonst.

Idem tenetur cauere qui dilationem à testatore habet, l. j. & per totum, ff. 50
vt leg. vel fideicom. nomi. cauea. & C. illo titul.

Idem si à parte detur terminus ad soluendum, l. in omnibus bonæ fidei. ff. de iudic. l. ij. §. penulti. illo titul. vbi loquitur quando à iure habet dilationem, est tamen differentia, vt not. in d. l. vniuersa, & d. l. in omnibus.

Cautio à principe remitti potest ex causa.

Istam idoneam cautionem posset remittere princeps ex causa, cùm ipse hoc concesserit, in dicta l. vniuersa, ita tenent Cyn. Alberic. Bald. Salicet. & Iaso. in dicta l. vniuersa. sic consuluit Ioan. de Anan. consil. lxxxij. viso statuto. vbi latè probat, ibi vide.

Nõ præstatur hodie cautio nisi iuratoria.

Hodie de consuetudine non vidi in forensi iudicio cautionem præstari nisi iuratoriam, si petatur à parte, alioqui de nihilo seruiret debitoribus literarum impetratio, cùm nullus vellet pro eis cauere: & hæc solet in literis exprimi vt dixi.

Quãdo istæ literæ à principe cõcedi possint.

Sextò, quando concedi possint istæ dilationes à principe? respondeo, 51
quando aliquis debitor est perpessus damnum notabile, & ob id soluere non valet. Si ergo fuerit diues, non debet hoc concedi ei beneficium, sed debet soluere: & idem si nullum perpessus fuisset damnum. Nam tunc vel soluere, vel bonis seu foro cedere debet, vt in rub. ff. & C. de cess. bon. & superius alia docui in praxi. nam princeps habet respectum & rationem ad ista, & interim respirandi tempus debitori conceditur.

Differentia inter annalem & quinquennalem dilationem.

Septimò, quæ sit differentia inter annalem & quinquennalem dila- 52
tionem? Respond. multæ sunt. Nam in literis annalibus sufficit præstare cautionem, quam potest impetrans, etiam iuratoriam, vt patet in literis *receuë dudit suppliant telle qu'il pourra donner*, &c. Et illam debet dare quando vult vti dicto rescripto, nõ quando impetrat. Petrus de bella Pertica & alij in dicta l. vniuersa, in fine. in quiquennalibus verò literis requiritur fideiussio, nempe vt impetrans ante literarum comprobationem det fideiussores de soluendo in fine quinquennij, vel det pignora. l. vniuersa. C. de precibus Imperator. offerend. capitulo vniuersa. xxv. quæstio. secunda. Ratio est, quia princeps non vult ex suo priuilegio damnum alicui inferre. l. nec auus. C. de

C. de emancip. liber. & hoc tenuit Ias. & alij in d. l. ij. & dicta l. vniuersa. & Iacob. in l. si debitori. ff. de iud.

Intellige si petatur, debet præstari, alioqui non. glos. in dicta l. vniuersa. quam ibi comprobat per quatuordecim similia Ias. Si verò non possit dare fideiussores, exigentur debita deducta vtilitate medij temporis, l. si constante. §. quoties. ff. soluto matrimonio, vel committetur iuratoriæ cautioni, l. generaliter, C. de episcopis & clericis. ne rescriptum sit superfluum, secundum Albericum, in dicta l. vniuersa, si soluere nollet, exigetur debitum, sine medij temporis vtilitate. Cyn. & Paul. ibi, tamen illa satisdatio & cautio hodie ex consuetudine non solet exigi, nisi iuratoria, nec in annalibus, nec in quinquennalibus literis. Fortè tamen si Rex daret sine causa dilationem, posset exigi, si literæ verificarentur.

Consensus creditorum necessarius in quinquennali.

53 Secunda differentia est, quia in literis dilationem annalem continentibus non requiritur consensus creditorum, vel maioris partis. Masuer. in rubric. de obligat §. item debitor, & superius dictum fuit. Secus in rescripto concedente quinquennium, per l. fi. C. qui bonis cedere possunt. non tamen impediunt executionem Aresti. Guido Papæ quæstione nonagesimaseptima, vt dictum fuit superius.

Conuocatio omniũ creditorum necessaria.

54 Requiritur etiam cõuocatio & coadunatio omniũ creditorum in vnum. Bald. in dicta l. fi. in princip. text. ibi, vt omnibus coadunatis & debitis eorum computatis, dicta l. fin. &c. quia quando aliqua sunt communia pluribus vt singulis, ad hoc vt maior pars possit obesse minori parti, oportet vt omnes in vnum locum conueniant, & rem discutiant. l. & suum hæredem, §. fin. ff. de pactis. Bart. in l. omnes, in tertia quæstione secundæ quæstio. principal. ff. de iustitia & iure, hoc tamen non seruatur in Francia. Sed si quis habeat creditores Lugduni, & alios Tholosæ, aliósque Paris. post impetrationem literarum citabit creditores Lugdunens. coram iudice ordinario Lugdu. & coram illo interrogabuntur creditores, quid illis debetur. qui respondebunt & ostendent suum obligatorium instrumẽtum, & posteà interrogabuntur, an comprobationi literarũ consentiant. & si consenserint, impetrãs accipiet hæc acta, & posteà probabit coram iudice, coram quo interinatur rescriptum, creditores Lugduni cõsentire. Idem faciet in creditoribus Tholosanis, & sic posteà coram iudice Parisien. vbi comprobatur rescriptum, probabit creditores varios consensisse, vt superius in praxi literarum quinquennalium scripsi.

Citare oportet creditores ad consentiendũ quinquennali.

55 Oportet igitur omnes citare creditores in verificatione quinquennalis ad consentiendum, vel dissentiendum, & comparentibus datur aliqua modica dilatio ad dissentiẽdum, si dissentire ex causa velint, si verò contumaces fuerint, secundò citabuntur, qui si non compareant, pro consentientibus habentur: vt scribitur in stylo Burdeg. rub. *interinè de respits.* artic. vlti. & aliàs prouidetur, prout est consuetum in aliis curiis.

Elapso tempore anni vel quinquennii cõstituitur debitor in mora.

56 Item de ista coadunatione de iure debet apparere, quia non præsumitur nisi quatenus constat, cùm sit quædam solennitas extrinseca, l. quæcunque, §. final. ff. de publician. Alexander consilio ccv. visis, in secundo volumine. Ideo in processu super harum literarum verificatione, de hoc mentio fieri debet.

57 Præterea elapsa dilatione quinquennali, vel alia annali, constituitur de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitor in mora, quia dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrahen
da ſtipulatio. licet Bald. dubitet in l. ſi. §. præterea. C. de iure dotium. ſed hoc
Arreſtum. firmat Purpur. in l. vinum. columna. iiij. ff. ſi certum petatur. ideo anno 1546.
die decimaoctaua Ianuarij, in magna camera fuit dictum, quendam appel-
lantem non recipiendum, eò quòd appellauerat à ſentẽtia, qua iudex interi-
Condemnari an debeat quis pendente dilatione ad ſoluendum poſtea. nauerat ſuum annale reſcriptum, & condemnauerat eum finito tempore an
niad ſoluendum, quia ſine grauamine appellauerat, licet iudex non debe-
ret hoc facere, tum qui non perebatur, & ſtultus eſt iudex, qui vltra petita cõ
demnat. l. ſi. C de fideicõmiſ. liber. Sed quia in vim ſuæ primæ obligationis
exequi poterat inſtrumentum finito tempore, ob id expreſsè condamnaue-
rat ad id, quod tacitè inerat. ideo illa expreſſio non vitiabit ſentẽtiam, per l.
iij. de lega. j. & cap. ij. vbi glo. de electio. in ſexto.

Quibus dirigantur literæ annales, & quinquennales. Tertia differentia, quia præſcriptio moratoria quinquennalis dirigitur 58
tantùm officialibus Regis: ideo dicitur in literis, Vniuerſis iudiciariis noſtris
aut eorum locum tenentibus: aliæ verò dilationis literæ omnibus etiam do
minorum magiſtratibus ſiue Regiis, vt in ſtylo magno rubri. *des reſpits*, folio
8. patet. Ideo in literis ſolet ſcribi, *A tous les iuſticiers de noſtre Royaume, ou à leurs lieutenans Salut &c.* Hodie per ordinationem nouiſſimam Regis Franc. rubri.
des Seneſchaux, ordina. xxvij. tollitur iſta differentia, vt ſuprà dictum fuit in
quarta quæſtio.

Mator pars quando poſſit conſentire in præiudicium minoris. Quarta differentia eſt quòd maior pars creditorum non poteſt conce- 59
dere dilationem quinquennalem in præiudicium minoris partis, niſi debi-
tor velit cedere bonis. tex. in dicta l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt. vbi ele-
ctio datur creditoribus, vel quinquennale ſpatium eis indulgere, vel bono-
rum accipere ceſſionem. Angel. & alij in l. alia. §. elegãter. ff. ſoluto matrimo
nio. hoc firmant poſt Bart. in l. quod maior ad municipal. Alexand. expreſsè
cõſilio ccv. viſi. volumine ſecundo. columna prima. Iacob. in dicta l. & ſuum
hæredem. §. fina. ff. de pactis. Petr. Iacob. in ſua practica, rubric. de ceſſio. bono
rum. verſicul octauo. Sed in annali dilatione non requiritur niſi ſolus prin-
cipis conſenſus.

Obtinens dilationem quinquennalem oportet cognoſcat omnia debita contra quem impetrat. Quinta, quòd obtinens dilationem quinquennalem, confiteatur & agno 60
ſcat omnia debita, pro quibus vult hanc dilationem ſibi concedi. & credito-
res recipient confeſſionem: poſteà poterunt probare contrarium, ſi verè nõ
confeſſus fuerit. nec proderunt ei literæ. Iaſ. & alij in §. final de actio. in inſti.
hoc non fit in dilatione annali in qua non tenetur debitor agnoſcere debitũ.
Boer. in deciſio. Burdeg. q. ccxcvj. princeps. col. j. quia iſte annus eſt debitori
breuiſſimus, ſicut primus annus matrimonij coniugatis.

Poſt dilationem quinquennalem poteſt quis cedere bonis. Sexta differentia eſt, quia poſt dilationem quinquennalem nõ poteſt ce- 61
dere bonis is, qui eam obtinuit. d. l. ff. ſecus in illo, qui dilationem annalem,
cùm non prohibeatur iure l. præcipimus. C. de temp. appellatio. Guido Pa-
pæ conſilio cxxiiij. circa. in ſeptima quæſtio. aliquando etiam vidi poſt dila-
tionem quinquennalem admitti aliquem ad ceſſionem, vide pulchrè Bald.
conſi. ccij. ad euidentiam. in quinto volumi.

Amiſſio bonorũ quãdo probari debeat. Septima differentia, quòd in dilatione annali concedenda requiritur, 62
quòd debitor igne, bello, vel alio caſu amiſerit maiorem partem ſuorũ bo-
norum: ideo ſolet dici in literis, *Affermant luy auoir perdu la greigneur partie* 63
de ſes

de ſes biens & cheuance. Diuerſum eſt in dilatione quinquennali: vbi ſolet prin-
ceps mandare iudicibus, ſi vobis conſtiterit, quòd maior pars creditorum di-
lationem quinquennalem conceſſerit, cogatis minorem partem ad concede-
dendum ſimilem terminum, &c. iuxta l. ſi. C. qui bon. cedere poſſunt.

Nõ fit probatio cõtra annalem dilationem: ſecus contra quinquennalem. 63 Octaua, quia in annali dilatione ſufficit debitorem iurare, ſe impetrâſſe
pro vrgenti neceſsitate, & ſine fraude, & non erit opus alia probatione: nec
audiri debent creditores volentes contrarium probare. Secus eſt in quin-
quennali, quia lapſus erit annus ante probationes factas, vt ſcribit Boër. in de-
ciſ. Burdeg. q. ccxcvj. princeps. col. j.

Caſus fortuitus in annali eſt prorogandus, in quinquennali non. 64 Nona, quòd per caſum fortuitum & inopinatum amiſerit, quia ſi per lu-
dum aut voluptatem conſumendo, non ſuccurretur. Regul. damnum quod
quis ſua culpa. de regul. iur. lib. vj. Ideo ſolet dici in literis, *Tant pour le fait & occaſion des guerres & genſdarmes, qui ont eu cours en noſtre Royaume, comme autres fortunes à luy ſuruenues en pluſieurs manieres*, &c. In quinquennali ſecus, quia non
allegatur caſus in illis literis.

Caſus à decem annis euentus allegatur. 65 Decima differentia eſt: quia requiritur in literis cõcedentibus dilationem
annalem, quòd illi caſus fortuiti & amiſsio prouenerint à decem annis citra.
Ei ideo ſolet apponi in literis, *Et depuis dix ans en ca.* In quinquennalibus verò
literis diuerſum eſt, vt ſcribitur in ſtylo Cancellariæ magnæ.

Literæ impetrãtur cõtra dilationem quinquennalem: ſecus contra annalem. 66 Vndecima, vidi impetrari literas contra literas quinquennales, narrando
quod is, qui eas impetrauit, eſt diues, & quod bene ſoluere ſi vellet, ſe iacta-
uerat. Item, quòd poſt impetrationem dictæ quinquennalis promiſerat ſol-
uere, rogitant creditores, ne aliquid executionis contra eum faciant, & quod
quidam creditores aſtu, & dolo conſenſerunt: ideo mandabit Rex, vt execu-
tio perficiatur. Contra autem literas annales, non vidi literas impetrari: quia
forte expirabit terminus antequàm eſſent impetratæ & verificatæ, licet Ma-
ſue. dicat poſſe etiam literas impetrari, in rubric. de obligation. §. item debi-
tor.

Quæ poſſint opponi contra has literas. 67 Octauò, quæ contra ipſas opponi poſsint literas? reſpon. Primò, quod
ſunt literæ ſubreptitiæ & obreptitiæ, & ſic nullæ, capit. ſuper
literis. de reſcript. dixit enim ſe amiſiſſe bona propter bellum, & tamen bel-
lum non fuit ibi.

Secundò, quòd nullum paſſus eſt damnum, vel paruum admodum, & de
modicis non eſt curandum. l. ſcio. ff. de reſtit. in integr.

Tertiò, quòd dolo amiſit bona ſua, ea vendendo & diſsipando, & is qui
dolum allegat, illum probare debet. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. Et is
qui dicit illi vendidiſſe, debet probare poſt impetrationem, vel ſtatim ante,
per text. & ibi gloſ. in §. tutor. de author. tutor. in inſtit. doct. in l. prima, C. de
iure fiſci. lib. x.

Quartò, quòd creditores, vel maior pars creditorum non conſentiunt,
iuxta l. maiorem. C. de pactis vel etiam ſi conſenſerint, impetrans tamen
hoc probare debet, quia id ponit in ſuis literis, prout etiam ſuperius dixi in
praxi.

Fingentes ſe creditores, pœna falſi tenentur. Quintò opponitur, quòd illi qui conſentiunt, ſunt ficti creditores, & ſi-
mulati, facti tantum ad hoc, vt poſsint debitori in his ſuccurrere literis. Et
an puniri debeant? Reſpon. Iſti, quibus eſt ſolutum, ſi fingant ſe debitores,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel alij etiam de consensu debitoris, pœna falsi puniri possunt. quia hoc tendit ad aliorum damnum creditorum: ita asserit Ange in tract. de malefic. in gloss. falsario. versicu. quæritur. Barto. per text. in l. ti credito, vbi gloss. & Salice. C. de fal. facit quod consulit Bald. consil. ccxx. ad euidentiam. in tertio volumine. Et hic impetrans debet probare eos veros creditores, vt superius dictum fuit.

Sextò, quòd & si debitores sint, non tamen faciunt maiorem partem debiti, vt debeant, per d. l. maiorem. C. de pact.

Septimò, obiici potest, quòd cessat causa literarũ, quæ habet ad vitandum miserabile cessionis, vel distractionis remedium: sed ob hoc non vitiatur, quia etiam oportet quòd hæ vel alterum istorum faciat, quia iam omnia bona degultiuit.

Octauò, ex falsa causa literas esse concessas opponere, si ita sit, potest: 58
quia literæ dicũt, destructa esse bona, quæ in Vasconia habebat per bellum, & tamen ibi non fuit bellum, si remouas mulierum prælium, quod ibi frequens esse solet, & sic literæ non valebunt. vt in toto tit. si ex fals. instrumen. & l. penult. C de transact.

Hæredibus impetratis an literæ quinquennales prosint.

Nonò, opponitur, quod hæ literæ concessæ sunt Titio debitori tanquam 59
viuenti, quia postea defunctus est. Et ideò hæredibus non proderunt per l. Neratius consultus. ff. de reg. iur. nisi de mente principis appareat, vt ibi. vel literæ ante mortem fuerint approbatæ, & pendente dilatione mortuus sit impetrans, tunc etiam proderit hæredibus. docto. in c. cùm venissent. de iud. c. significauit. de rescript.

Decimò opponi potest, quòd nõ impetrauit dispensationem super iuramẽto, & sic est periurus, ideo no potest vti suis literis, sed oportet quòd postquàm aliquis impetrauerit literas, antequã eas præsenter, quòd obtineat dispensationem à suo episcopo, vel eius vicario, ca. j. de iureiu. vbi Panor. Scripsi abundè in interpretatione l. siquis pro eo. circa fi. ff. de fideiuss.

Vndecimò, opponitur quòd literæ à Seneschallo sunt concessæ, vel ab illo qui potestatem concedendi non habet, vt superius scripsi in ij. quæstio.

Vltimò, quòd alias similes obtinuit literas, ideo istæ nõ valent, vt suprà di 60
ctum fuit, alia multa solent à pragmaticis opponi. Sed ista præcipua sunt. Nã multa interdum opponuntur, quæ parum seruiunt, vnde ea missa facio.

Effectus harum literarum.

Vltimò, quis sit effectus harum literarum? Respõd. vel dilatione anni pendente & cõprobatione facta, nihil innouari debeat, sicut appellatione pendente, vt patet in rubr. ff. nil nou. appell. pen. etiam dilatione pendente nil est innouandum. l. siue pars. C. de dilat. vt etiam abundè scribit Vital. de Camba. in tract. claus. in clausul. nihil nouari.

Dilatione pendente nõ capiũtur bona.

Et sic dilatione annali, vel quinquennali pendente nõ capientur bona de 61
bitoris, nec persona, etiam si esset obligatus rigoribus parui sigilli, vel conuentione Nemausi, vel castro de *Lumbrieres*, etiam pendente verificatione, quia idem dicendum est de hoc tempore, sicut de tempore post verificationem, quemadmodum dicimus de tempore post appellationem, & ante, per c. non solum. de appel. in sexto. licet quidam obseruent contrà.

Et si debitor post rescriptum concessum prehenderetur, illa prehensio 62
tanquam attenta reuocanda esset. & hoc de stylo seruari dicit Boër. in de

cis. Burd. quæst. ccxcvj. princeps. col. ij. per tex. in l. fi. C. qui bonis cedere pos. quia executio nimis properè facta est. l. j. C. de execu. rei iud.

Captus nõ tenetur dare fideiussorem de se præsentando.

Item hic captus non teneretur dare fideiussorem de se præsentando, quia postquàm est indebitè captus, debet à carceribus extrahi, & aduersarius ad expensas & interesse condemnari, vt scribit Bal. in l. per diuersas. quæstio. xv. C. mandati.

Interesse non debetur dilatione pendente.

Præterea ista dilatione pendente non current vsuræ, nec interesse, alioqui parum prodesset principis beneficium, l. nõ solùm. ij. §. illud. ff. de liber. lega. Alber. & doct. in l. quoties. C. de precib. Impe. offeren. distinguunt. colum. sexta. ibidem v de.

Adhæc, ista dilatione pendente debitores congrua securitate lætentur. c. fi. de treug. & pace, & veteri prærogatiua. l. vna. C. de priuile. vrbis Constãti. lib. xj vnde poterũt interim inquirere, vnde pecuniam habere possint ad soluendum creditoribus lapso tempore: ideo si in securitate non essent, non possent sibi emendicare argentum, quo possent finita dilatione satisfacere.

Et estats,

GLOSSA II.

An cœptã causamquis prosequi teneatur.

CERTVM est, quòd qui semel actionem proponit, necesse habet vsque ad finem litem persequi, tex. in auth. qui semel. C. quomodo & quan. iud. & vocatus reus habet se defendere. l. pro perandum. §. fin autem reus. C. de. iud. quia iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. obli. Si tamen quis sit absens reipublicæ causa, vel legati, vel milites, succurrendum esse ei, qui se, patriam, & parentes tuetur, censuerunt iura in l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iudic. & in rubric. ex qui. cau. maio. in integr. rest. ff. Et illum restituendum esse, si id tẽporis læsus esse dicetur, concedit l. j. & per totum dictum titu. ex qui. cau. maio. in integ. restituant. Verum enimuerò, quia melius est iura tracta seruare, quàm post causam finiram remedium quærere. l. j. C. quando liceat sine iudice se vind. ✝ Ideo praxis inuenit vt iustitium iure militari, vel legatorum impetrare sit liberum, vnde qui militiæ, vel legationis causa abesse vult, literas à principe impetrabit, in quibus Rex iudicibus mandat, vt causam in eodem statu relinquant, quandiu impetrans pro causa ista erit absens, & eo vocatæ sunt literæ status, quia in eodem statu & conditione remanet causa illa, in qua erat tempore quo istæ literæ præsentantur, non quòd agatur de hominis statu, vt quidam dicere volebant. & fundatur hæc praxis in l. interdũ. ff. de iudic. vbi sic scribitur: Interdum ex iustis causis & certis personis, sustinendæ sunt cognitiones: veluti si instrumenta litis apud eos esse dicantur, qui reipublicæ causa aberant, & §. seq. Ecce quomodo iurisconsultus statuit differendam cognitionem propter absentiam causa reipub. Etiam vacante sede causa differenda est. c. j. ne sede vacan.

Origo literarum status.

Status literæ cur sic dicantur.

Status literæ quando cõcedendæ sint.

Ex tex. d. l. interdum. patet, quando concedendæ sint literæ status, & text. dicit ex iustis causis, vt potè si agatur de liberta. vel hæreditate. l. Diuus, in fi. & l. si quis libertatẽ. ff. de petit. hæred. Idem si quis emerit seruum, qui est in potestate hostium: tunc quia difficile est tradere seruum, officio iudicis sustinenda & differenda est præstatio. l. fi. ff. de act. emp.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Procuratorem an quis constituere teneatur.

Item ex personis, vt militibus, vt in §. j. infrà eodem dicetur. Et sic per hoc cessant difficultates iuris. Prima, quòd si causa cœpta sit, tenetur quis dimittere procuratorem, l. eundem. ff. de legatio. gloss. & Barto. in l. finali. de in integr. restitutio. Tamen in hoc regno quis non tenetur, si has impetrauerit status literas, & hoc est introductum, ne fortè interim procurator cum parte aduersa colludat: & quia non ita potest defendere causam, sicut pars: quia non erit æquè instructus, & ita not. doctor. in cap. querelam. de procur. siue ergo causa ardua sit, siue non, istæ literæ impetrari poterunt. Cessabit etiam alia difficultas docto. posita in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. & per Alexan. in l. quæsitum. de re iudica. ff. vbi citatus tenetur mittere procuratorem, si causa non sit ardua, tamen post has literas non poterit citari, nec inchoari causa, ni si tempore peritura esset, l. sed & si. §. sed & si ff. de iud nec incœpta prosequi, sed erit differenda, quia in mora modici temporis non erit magnum præiudicium, l. si debitori. ff. de iud. Si tamē interim dubitaretur de testibus senibus & valetudinariis, ad futuram memoriam examinari poterunt, per c. final. vt lite non contesta. sic concludit Anto. Capit. in decis. Neapolit. quæstio. cxxvij.

Que nous donnons & de plusieurs autres au nom de nous.

GLOSSA III.

A quibus literæ hæc cõcedantur.

ECCE igitur à quo concedantur literæ status, hic text. dicit *Que à nous*, ideſt à Rege. Idem habetur inferius vt statim sequitur.

Mesmement en faueur de ceux qui dient qu'ils vont ou veulent aller à nos guerres.

GLOSSA IIII.

Quibus literæ status cõcedantur.

HIC patet quibus concedantur hæ literæ. Primò his, qui ad bellum proficisci volunt, & sic sola voluntas sufficit ad obtinendum has literas, quia sola destinatio sufficit quo ad hoc, vt plenè scribit Fel. in capit. cùm adeo. de rescript. & scripsi in l. locus. ff. de verborum signific. tamen voluntas debet ad actum venire, alioqui non proderunt literæ, vt inferius dicetur. Etiam hoc priuilegio gaudet is, qui vult ire, licet non sit miles vel nobilis, sed sufficit quòd Regi seruire possit, vt tubicen fortè, aut alij in aliis belli munitionibus, quia scholasticis non solùm priuilegia dantur, sed famulis, & aliis necessariis personis. authen. habita. vt scripsi. C. ne fil. pro patre. facit l. inter. ff. ex quib. caus. maio. intelligo si bellum à Rege indictum sit, secus si ab alio, cùm in regno nemo alius possit mouere bellum quàm Rex, vt alibi dixi, & doct. no. in l. vna. C. vt armo vsus inscio principe sit interd. lib. xj.

Etiam non militi tribuuntur literæ status.

Residentibus in expeditione dantur literæ status, etiã mulieribus.

Secundò, conceduntur istæ literæ his qui vadunt de præsenti, ibi, *qu'ils vont*, quia rebus suis superesse non possunt. l. j. ff. de procur.

Tertiò etiam his, qui iuerunt, & ibi residunt adhuc, vidi literas concedi. Et vxor, quæ sequitur virum, gaudet priuilegio istarum literarum, etiam in suis bonis proprus, per l. primam & secundam. C. de vxor. mi. Secus, si domi degant, quia cessat causa, vt decidit Anton. Capit. in decis. Neapolit quæstione septua

ne septuagesimasexta, quam exceptionem vocat hosticam, quia ratione hostium datur, vt in decis. clxxij. & idem de famulis necessariis militi. d. l. inter. ex quibus causis maio.

Obsidibus dãtur hæ literæ status. Arestum.

Quartò etiam hæ literæ nõ denegantur obsidibus, quia impediti sunt. l. obsides. ff. de testamen. & comprobatæ fuerunt hæ literæ ab vno obside impetratæ anno 1520. die penul. Februa. in hoc senatu Paris.

Legatis literæ status cõceduntur.

Item his qui legatione reipublicæ funguntur. l. item. & l. hi qui. ff. ex quibus causis maio. & quandiu absunt ex illa causa. l. si cui. ff. eodem. Si tamen fuerint concessæ alicui, & ipse non iuerit, non proderunt ei literæ, quia cessante causa cessat effectus. l. vna in princip. C. de caducis tollend. & scribitur inferius in glo. octaua. & Rex debet attestari in suis literis ipsum eius gratia profectum in militiam, vt scribit Io. Gallus in quæst. per aresta, quæstio. cxixx. incipien. vidi dici.

Plusieurs grans pertes & dommages viennent de iour en iour aux bons marchans de nostre Royaume, dont il nous deplaist.

GLOSSA V.

Multa mala ex litis prorogatione veniunt.

ET SIC per has literas, quia causæ differuntur & prolongantur, processus nutriuntur, multa accidere solent incõmoda, quia instrumenta, & acta causæ amittuntur & processus, partes moriuntur, & ignoratur vbi processus sit. Nam hæredes iustã ignorantiæ causam habent. l. qui in alterius. ff. de regulis iuris. Et sic regulariter ista impetratio est prohibita, ne causæ differantur, ob dilationem posteà amittantur, & maximè dicit damna imminere mercatoribus: quia mercatores vendunt istis nobilibus (vt vulgò loquimur) ad creditum, & posteà dum soluere nolunt, conueniuntur à creditoribus, & pendente processu has impetrant literas, & mercatores perdunt sæpius principale & accessorium, ideo Rex statuit vt sequitur:

Nous voulons & ordonnons que d'oresenauant nul ne dõne telles lettres d'estat, si ce n'est par nous, ou nos lieutenans.

GLOSSA VI.

Nullusquã Rex concedit literas status.

REGVLA ergo hîc ponitur, vt nullus literas status concedat quàm Rex. Et Rex concedere videtur quando eius cancellarius concedit. nam qui per alium facit, per seipsum facere videtur, per regulam iuris. Idem, si Cancellariæ Franciæ concederent, quia per hoc etiam ipse concedere censetur, quibus authoritatem impartitur. l. j. §. omnia. C. de vetere iure enucleando. & habetur inferius articul. ij.

Locumtenens generalis in bel literas status cõcedit.

Idem, si locumtenens Regis eas concedere velit, hoc autem ei permittitur per istum tex. & in rubri. *du droit Royal.* in his ordi.

Et si sint plures, generalis locumtenens has concedet, non alij. §. sed ius quidem ciuile. de iure natu. & rarò conceduntur nisi in magna Cancellaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et intelligimus hîc locumtenentem generalem exercitus, non verò in iudicio, vel in aliis locis, ſicut dicebatur de Dictatore, cui ſumma belli tempore poteſtas commiſſa erat, L.ij.ff. de orig.iur. Cuiuſmodi frequenter etiam reperimus apud Liuium. Ideo annullatæ fuerunt per Senatum literæ conceſſæ à Mareſchallo Franciæ *Bonecault*, & eidem inhibitum, ne amplius concederet Anno 1393. vt habetur in ſtylo parlamen. in areſto cxlvj. item nota quòd in Parlamento. *Areſtum.*

Et ſi paraduenture aucuns autres de nos gens, & officiers les donnent, nous voulons & ordonnons que nul ne ſoit tenu d'y obeir.

GLOSSA VII.

Literæ nullũ præſtant effectum.

STATVITVR hîc, quòd ſi literæ concedantur ab illis, à quibus concedi non poſſunt, vt illis nullus teneatur obedire. Et ſic iſtæ literæ reiicientur, nec comprobabuntur, nec cauſæ illorum differentur per iſtas literas, & in primis quæritur an is dederit, qui dare potuerit, & an is acceperit, cui fuerant dandæ. l. naturali. §. j. ff. de confir. tut.

Et auec ce voulons que ceux à qui nous, ou nos lieutenans auront donné leſdites lettres d'eſtat, que d'icelles ne ſe puiſſent aider, ne portent aucun proffit, s'ils n'eſtoyent en leurs perſonnes en noſdites guerres.

GLOSSA VIII.

In bello præſentes gaudent his literis ſolùm.

ADDIT ad prædicta, quòd licet Rex & eius locumtenens poſſint has ſtatus literas concedere, tamẽ non vult prodeſſe illis, quibus conceduntur, ſi non fuerint in bello præſentes, & perſonaliter: & ſic non prodeſſent, quando per alium, per hoc verbum, *en leurs perſonnes*, quod limitatur, vt ſequitur.

Ou par maladie ou impotence de leurs corps ils eſtoyent excuſez, & qu'ils euſſent enuoyez ſuffiſamment ſelon leur eſtat.

GLOSSA VLTIMA.

Miles ante quàm excuſetur requiſita.

HIC LIMITA, quòd ſi aliquis prætextu valetudinis aduerſæ fuerit abſens à bello, poterit vti his ſtatus literis ſequen. concurrentibus. Primò, quòd fuerit æger. Secundò, quòd per illam ægritudinem non poſsit illuc accedere. Tertiò, quòd ſit excuſatus: ibi, *excuſ-*, à duce belli vel à Rege. Quartò, quòd miſerit alios ſuo nomine, & ſuis impenſis ad bellum, & ſufficienter. Sed quando dicatur ſufficienter miſiſſe? Reſpond. quando illi, quos miſit, fuerunt recepti & approbati à duce belli, & ſic fuit excuſatus ſecundum ordinationes infrà poſitas, in rubric. *des gens de guerre*. Alia in ſequen. dicentur.

Charles

Charles viij. Artic. lv. *des premieres.*

Item & pource que ſouuentesfois pluſieurs matieres priuilegiées, comme de fourniſſement de complainctes, d'appleigemens, & ou il chet prouiſion, comme de douaires, de alimens, & productions de teſmoings ſont retardées, & differées par le moyen de lettres d'eſtat impetrées de noſtre chancellerie, pour empeſcher leſdites prouiſions: Nous voulons & ordonnons, que d'oreſnauant ès matieres deſſuſdites, que lettres d'eſtat n'ayent point de lieu. Et que noſtredicte cour, ni autres Iuges n'y obtemperent aucunement. Mais ſe facent leſdictes prouiſions nonobſtans leſdictes lettres d'eſtat, ainſi que faire ſe deuront, ſans preiudice deſdictes lettres d'eſtat en autres choſes. Articulus ſecundus.

GLOSSA VNICA.

Literæ ſtatus in quibus caſibus non concedantur.

QVAERO in quibus caſibus iſtæ literæ concedi non poſsint, & conceſſæ non proſint? Reſpon. iſte text. in cauſis priuilegiatis, & quæ dicatur, declarat text. poſſeſſoriam materiam, vt *fourniſſement de complaintes, d'appleigemens.* iſta declaraui articul. primo, tract. de ſenten. excu. in j. tomo, & in ſtylo parlamenti, rubric. de reſcr. ordin. decimaquarta, ſic habetur: Et quia ſæpenumero, & infrà in materia furnimenti, querimoniæ applagiamentorum, & aliis in quibus cadit prouiſio, ſicut dotis, alimentorum, & productionis teſtium, literas ſtatus locum habere volumus.

Secundò, *ou il chet prouiſion*, & quando hoc fit? quando agitur de dote repetenda à milite, ſi impetret literas ſtatus, non differetur repetitio, vt hîc docet text.

Tertiò, in cauſis alimentorum non dantur hæ literæ, ne interim fame pereat alimenta repetens, l. ſi longius. §. fi. ff. de iud.

Teſtes producũtur & audiuntur nonobſtan. literis ſtatus.

Quartò, in productione teſtium, quia interim teſtes mori poſſunt, & probationes pereant, vt lite non conteſta. capitul. fin. §. primo. & in ſtylo Parlamenti rubric. de reſcript. ordina. decimatertia, vbi ſic ſcribitur: Si commiſſarius ad inquirendum veritatem, datis alteram partium literis ſtatus vti contigerit, alteri parti tempus currit producendi, ſed eis nonobſtantibus per commiſſarios in caſu prædicto, teſtes recipi & examinari ad partis inſtantiam, contra quam literæ ſtatus producentur, ipſius producentis abſentia nonobſtante volumus. Saluis tamen eidem nominibus, & teſtium reprobationibus, vtentibus autem literis ſtatus in aliqua cauſarum ſuarum interdicimus in alijs cauſis inuitis ſuis aduerſariis placitare, de cæteróque in literis ſtatus illam clauſulam adimi volumus, quæ ſolita erat concedi. Quòd ſi impetrans in aliqua cauſarum ſuarum placitare vellet, ad id etiam abſque gratia admittetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et sic hæ literæ non impediunt testes audiri, quando iam commissarius datus est ad audiendum testes, sed audiuntur, reseruatis tamen reprobationibus testium. vide Panormit. in cap. vltra tertiam, colum. ij. post Innocent. & Ioann. Andr. de testibus. dicentem, quòd tempora pro testibus producendis sunt limitata, quæ licet possint abbreuiari, non tamen prolongari, cap. spatium. iij. quæstio. iij. Quid si pars petat suspendi & à receptione testium, vel causæ definitione, donec possit testes habere vltramontanos, captos, vel infirmos? Innocen. Hostien. & alij dicunt non debere audiri vltra statuta tempora, iudex tamen ex bono & æquo poterit vnam dilationem, si expedire visum fuerit, concedere. doct. in c. vltra tertiam. de testib.

Item si pars altera mortua est, dum vnà testes producere volebat, tunc hæredes mortuæ citabuntur ad reassumendum processum, & arrementa causæ & audientur testes nonobstantibus literis status.

Arestum. Ita censuit Senatus pro domino d'Amboise, contra comitem Deu, & multa alia scribit aresta Ioann. Gallus in quæstio. cxvij. incipien. partibus. poterit etiam ei post aperturam attestationum, vel post sententiam, præmissa summaria cognitione, subueniri per in integrum restitutionis beneficium, cap. ij. & c. ex literis, de in integrum restit.

Restitutio quandoque militi cõcedatur. Et si diceres, nónne melius est differre, quàm post publicationem, & sententiæ probationem subuenire? Respon. Ioã. Andr. quòd non, ne materia delinquendi præbeatur. Si enim hoc differretur, quilibet tot diffugij vias inuenire posset, quòd lites eo prætextu fierent immortales. Et si procedatur ad vlteriora, nullum vel modicum est præiudicium, ex quo per restitutionem subuenitur. Fatentur tamen prædicti doct. quòd iudex ex magna causa posset vltra tempora statuta aliquam dilationem dare vel prorogare, argu. l. ij. ff. de re iud. & l. nonnunquam. de iudi. Sed non immoderatam dilationem. arg. l. si longius. ff. de iudic. c. consuluit. de offic. dele. Sed praxis Franciæ hanc literarum impetrationem inuenit. Quod est notandum, & ita fuit iudicatum in hoc senatu anno 1543. die quarta Decembris pro eo, qui appellauerat à iudi-

Arestum. ce, qui repulerat impetrantem ab his literis, allegans se habere testes in exercitu, & fuit ei data dilatio ad conficiendum suas attestationes seu inquisitiones, & quando is non est bello detentus, aliæ solent ex causa concedi literæ, quibus conceditur noua dilatio producendi testes.

Quintò, quando bona proclamantur, non dantur istæ literæ, & is qui eas impetrauerat, fuit reiectus *en matiere de criées*, Anno 1518. die vigesimatertia

Arestum. Februarij à Senatu.

Sextò, sententia parata non debet differri, quominus proferatur, & quandò processus est ad dicendum ius, articu. j. de senten. in ordina. Regiis. Et sic fuit decisum in Senatu anno 1456. die xvj Martij.

Arestum, Arestum contra Regem. Septimò, non dantur post recognitionem cedulæ, & condemnationem ad garniendum, quominus condemnatus garniat, vt censuit Senatus contra Do. de Mazet generalem Franciæ, pro do. *Sainct Blancé*, vt habetur in stylo Parla. aresto cccxvj.

Literæ status non dãtur nisi hoc exprimatur. Octauò, literæ status concessæ alicui non comprehendunt causas, quas impetrans habet contra Regem, nisi de illis fiat expressa mentio, quia non comprehenditur persona loquentis. l. inquisitio. C. de solutio. Nec est veri-

simile,

simile, quòd Rex suis causis voluerit derogare, nisi de illis fuerit dictum in literis, & ita censuit Senatus, vt scribit Ioã. Gallus in quæstio. per aresta quæstio. lxxxj. vidi in eodem parlamento. tamen Rex hoc solet concedere & exprimere. Aufre. aresto xlviij. idem vidi. *Arestum.*

Item in omnibus casibus prouisionalibus denegantur hæ literæ per istum textum quia non patiuntur dilationem, cùm mora in illis sit periculum allatura. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui. oper. nunciatio. hos casus prouisionales abundè scripsi in tractat. de sentent. prouis. in primo Tomo constit. istarum.

Prostremò à literis status depulsus fuit bailliuus Altisiodoren. licet absens diceretur pro inquisitionibus faciendis, & audiendis testibus ad vtilitatem regiam, tamen quia stipendia expectabat, & non erat nisi causa voluntaria, etiam agebatur de causa attentatorum: vt refert Aufrer. in stylo Parla. aresto cxxxvj. item per arestum. *Arestum.*

Idem Artic. lvj. ibidem. Articulus tertius.

Item & pource aussi que souuentesfois pour empescher les defaux, qui se donnent en nostredite cour contre ceux qui sont adiournez à comparoir en personne, les congés qui se donnent contre les appellans, ou autres semblables appointemens, és procureurs de nostredite cour se vendent d'auoir lettres d'estat, de grace, ou d'estre receuz par procureurs, ou autres semblables, combien qu'ils ne facent prompte foy desdites lettres, mais souuentesfois aduient que lesdites lettres (qu'ils alleguent auoir) sont encores à seeller & expedier en nostre chancellerie, & les font seeller le iour ou le lendemain: Voulons & ordonnons, que nostredite cour ne recoiue lesdits procureurs à proposer auoir aucunes telles lettres de nous sinon qu'ils les ayent en la main & en facent prompte foy en iugement. Et defendons ausdits procureurs, que d'oresnauant ils n'alleguent, ne facent alleguer auoir lesdites lettres, sinon qu'ils les ayent & facent prompte foy. Et ce sur peine d'amende arbitraire, laquelle voulons sur eux estre leuee, sans aucune grace.

GLOSSA VNICA.

1 IN T sic hæ literæ status in causis criminalibus denegari solent, vt hîc, & articul. sequent. *In causis criminalibus literæ status non concedun-*

2 Item notandus est hic casus, in quo qui rescriptum allegat, illud probare tenetur, capitul. cùm personæ. de priuileg. in sexto, Bald. in cap. cùm contingat. colum. ij. de rescript. & promptam fidem facere, ac statim ostendere, alioqui excluditur, videlicet quando literas allegat status, vt hîc. Sed cui? Respon. iudici, coram quo allegatur. l. quinquaginta. ff. de probatio. Decis. in rubric. de probatio. colum. v. Iacob. in l. non potest. colum. ij. de iudic. *tur. Rescriptũ allegans debet illud probare. Iudici probatio fieri debet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò debet incontinenti fieri probatio, & oſtenſio poteſtatis, & dele 4
gationis iudicis, alioqui non tenetur quis credere ei, niſi ſuas oſtendat literas cap. cùm in iure. de offic. delega.

Non tenetur quis comparere ſi in citationem non ſit incerta cõmiſſio.

Imò citatus non tenetur comparere, niſi in citatione inſerta ſit commiſ- 5
ſio, c. præterea, de dilatio. ideo debet iudex mittere exemplum ſuæ poteſtatis, non verò originale, quia pars poſſet retinere. Bald. in marga. in verb. delegatio, quæſtio. 8. Et iudex debet in actis ſcribere diem præſentationis reſcripti, vt docet Specu. in titu. de reſcript. præſenta refert Guido Papæ in deciſ. Delphi. quæſtione 286. quia ante præſentationem nullam habet iuriſdictionem. Innocen. & alij in cap. ex conqueſtione, de reſtitutio. ſpolia. Specul. in titul. de competen. iudic. aditio. §. viſo. verſicul. nam eo ipſo. Imò ſi vellet ante præſentationem iuriſdictionem exercere, poſſet ſibi reſiſti, argumen. l. prohibitum. C. de iure fiſci. libro decimo, docet Iacob. in l. cùm furioſus. no. primo ff. de iudic.

Tertiò, idem in literis executionis. non enim debet quis exequi, niſi ſta- 6
tim oſtendat literas executionis. l. prohibitum. C. de iure fiſci. libro decimo. facit cap. veniens. ſecundo. de teſtib.

Procurator non faciens promptam fidem mandati ſui nõ auditur.

Quartò procurator fidem promptam facere debet literarũ ſui mandati, 7
alioqui non recipitur agere volens cap. primo, de procurat. ſed dominus tanquam contumax condemnatur, teſte Bart. in l. 1. in fine. ff. quod cuiuſque vniuerſi. no. Panormita. in cap. conſtitutionis. no. 4. de procura. Guido Papæ in deciſ. Delph. quæſtione 322. non creditur. vnde ſiquis tãquam procurator vult proteſtari, vel alium actumfacere, debet inſtrumentũ procurarorij prius oſtendere. Bart. in l. ſiquis inficiatus. depoſit. Idem ſi velit nominationes inſinuare. vt ſcripſi in tracta. nomi. quæſtio. 14.

Mandatũ procuratoris per teſtes probari poteſt.

Poteſt etiam mandatum procuratoris probari per teſtes. doct. in l. 1. C. 8
de procurato. & dicto c. 1. illo titu. & in c. cùm in iure. de officio deleg. Hipoly. in rubric. de probatio. f. 6. verſicu quid autem in mandato procuratoris. Imò ſi non fuerit oppoſitum, valebunt geſta per procuratorem, antequam receperit mandatum. Bartol. conſilio. 73. quæritur vtrum procurator. Bald. in l. falſus. colum. 7. de fur. C. Iacob. in dicta l. cùm furioſo. †

Exigere non poteſt procurator ſine ſcriptura poteſtatis.

9
Niſi fuerit procurator ad exigendum & recipiendum pecuniam: quia iſtud debet probari per inſtrumentum, & non per teſtes, quia ipſe debet acceptilationem ſoluenti ſcriptam dare: & ſic ſuum mandatum per ſcripturam probare, vt dicit Bal. in l. falſus. colum. penultri. verſic. ſcias tamen. C. de furt. quem refert Franciſc. Cremen. ſingu. 138. ſi procurator. & Iaſ. in l. j. col. 3. C. de procurat.

Proteſtatio contra procuratorem quid operetur.

Item ſi oppoſuerim contra procuratoris perſonam, quòd nõ intendebã rõ
cùm approbare per aliquem actum. Si tamen poſteà ſponte cum eo litigem, videor perſonam ſuam approbare. Barto. in l. licet. nume. 3. & ſequen. C. de procura. niſi in quolibet actu proteſter, quòd nõ approbo. Bartol. in l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infec. facit l. ſi proponas. §. ſi hereditatem. ff. de inoffi. teſta. Bal. conſi. 498. circa primum. col. 2. in ſecundo volu.

Quintò, qui ex ſententia agit, promptam ſententiæ fidem facere debet. 11
cap. veniens. ſecundo. de teſtib.

Sextò, qui per literas reſciſſionis agit, debet eas incontinenti oſtendere, 12
& omnia

& omnia per quæ aliquis vult fundare iudicium, alioqui non recipitur. l. licet. C. de procurator.

Priuilegiatus vel exemptus debet ſtatim illã probare.

Septimò actor, qui dicit ſe priuilegiatum, vel exemptum, tenetur hoc in- 13
continenti oſtendere. c. cùm perſonæ. de priuileg. in ſexto. Felin. in c. contingit. col. j. de fide inſtru. Et qui conuenit coram conſiliariis ſupplicationum aliquem, ſi opponatur quod cauſa non eſt eis commiſſa, oportet quòd actor ex tempore oſtendat: alioqui relaxabitur reus cum expenſis: & vbi dicit quis ſe poſſeſſorem & ſaiſitum alicuius rei, quæ tamen de iure communi in perſonam ſuam cadere non poteſt. Et qui allegat ſuper hoc priuilegium, incontinenti docere debet de priuilegio, antequam pars reſpondeat, vt cenſuit Senatus anno 1520 contra procuratorem villæ de Tornaco pro procuratore domi. Decani Tornacen. vt in ſtylo Parlamenti habetur. rubric. an pars agens. in prima parte. §. item vbi. & quando in clericum fit executio in bonis mobilibus, ſi eam euitare velit, ſtatim debet tonſuram oſtendere, vt ſcripſi in tract. de liter. obligat. articul. ij. nume. 112.

Areſtum.

Ceſſionarius debet de ceſſione initio fidem facere.

Octauò, ceſſionarius tenetur in ipſo litis auſpicio fidem ceſſionis facere, 14
quando nomine cedentis agit. Secus ſi ſuo & vtili actione, quia tunc ſufficiet poſt litem conteſtatam, vt dicit Specul. in titul. de ceſſio. §. primo & in titul. de inſtrument. editio. §. nunc dicamus. verſicul. ſed quid ecce. & in titul. de actore. §. j. verſic. ſed pone quidam. Archidiaco. in cap. j. de procurator. in ſexto. Bartol. & Bald. in l. qui ſtipendia. C. de procurat. & in l. j. in fin. de actio. & obligatio. Panormita. & alij in cap. j. de probatio. Aufrer. in deciſ. Tholoſ. q. ccxciij. & iſta eſt communis teſte Alexandr. in l. Ariſto. ff. de acquirend. hæredita. & deciſ. conſil. cccij. & pro hoc tenuit Ioan. de Graſsis in tract. ſuo, de ceſsio.

Inſtrumentum relatiũ oſtendi debet.

Nonò in caſibus, in quibus quis facit mentionem relatiuè de inſtrumen- 15
to, vel de actis, tenetur ante litem conteſtatam fidem illorum facere: ſecus ſi in modum probationis. l. poſtquàm. §. ſi dies. ff. vt legat. nor. caueat. domi. de Rota deciſ. xxxiiij. ſi in libello. in nouis. & plenè Bartol. & alij in authenti. ſi quis in aliquo. C. de edend. deciſ. dicto conſil. cccij. col. j. & ij. regulam alibi conſcribam cum ampliatio. & limitat.

Tutores & alio agentes nomine promptam fidem poteſtatis facere debent.

Decimò, in tutoribus, curatoribus, & aliis agentibus nomine alieno, & 16
alia qualitate, vt illius qualitatis fidem promptam facere teneantur, aliàs repelluntur. l. non ſolum. §. qui alieno. vbi Paul. ff. de procurator. Specul. in tit. de actore. verſic. ſed pone, dicens idem in tutore, curatore, ſyndico, & œconomo atque aliis.

Sufficit tamen ſemel oſtendiſſe argu. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo- 17
rum ſignificat. non tamen inuentarium oſtendere tenetur tutor: cùm de eo non agatur, vt alibi dicam.

L. exigendi non ſeruatur in Francia.

Vndecimò, pater vel alius conſanguineus tenetur oſtendere procurato- 18
rium: quia l. exigendi. C. de procurat. non ſeruatur in hac patria, vt eſt in ſtylo Bituricen. articul. v. rub. *deſquelles choſes les parties*, &c. licet in patria quæ iure ſcripto regitur diuerſum ſit.

In beneficialibus prõpta fides.

Duodecimò, in beneficialibus non recipitur quis, impedire ſatagens exe- 19
cutionem ſententiæ, niſi ſua interſit, & hoc debet incontinenti probare, teſte Panor. in c. veniẽs, ſecundo. de teſtib. alij caſus cõſcribuntur in ſtylo Bituricen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Processus post pentionem exhibitionis est nullus.

Item si iudex procederet, postquàm exhibitio instrumenti petita est, processus esset nullus, vt probatur decis. consil. cccij & pro tenui. col. j. & seq. & Alberti. Brunus in tract. in verbo procurator. q. v. 20

Articulus quartus.

Idem Articl lxvij. ibidem.

ITEM, *que nous auons entendu que souuentesfois quand aucun delinquant ou criminel est detenu prisonnier en aucunes de nos prisons, ou d'autres iusticiers de nostre Royaume: & que l'on ne peut obtenir la remission des crimes commis par iceluy criminel, ou delinquant, l'on impetre lettres d'estat & surseance d'aucunes de nos Chancelleries, & pour faire defense au Iuge qu'il ne procede au procés, ne à l'execution du delinquant iusques à deux ou trois mois, ou autre temps: pendant lequel l'on fait poursuyte par deuers nous d'auoir & obtenir la grace, remission, ou pardon du delinquant, que aucunesfois par importunité l'on obtient. Parquoy les delits & crimes demourent impuniz. Nous voulans obuier à telles fraudes, & malices, auons ordonné, & ordonnons que d'oresenauant telles lettres ne soyẽt passees en nos Chancelleries. Et en outre que si par importunité telles lettres d'estat estoyent donnees, & passees, Nous ordonnons & commandons à tous nos Baillifz, & Seneschaux, & à tous les iusticiers de nostre Royaume, que à icelles lettres ils n'obeissent ni obtemperent en aucune maniere: Et leurs enioignons que nonobstant icelles lettres ils facent iustice, raison, punition, & correction des crimes, ainsi que au cas appartiendra, & ce, sur peine d'en estre corrigez & puniz.*

Causæ criminales nõ sunt differendæ.

ISTE articulus probatur in lege secunda & tertia, C. vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur. vbi in causis criminalibus dilationes tantùm necessariæ concedendæ sunt, non aliæ: imò si iudices examinationem distulerint, pœna vicenarum librarum auri terientur. l fin. ibidem. Ideo intra annum quæstio criminalis decidi debet. Sed non seruatur hoc in regno quo ad hoc. Sed si aliquis captus, cui fit extra ordinem processus, petat vt causa differatur, illud rescriptum non valebit concessum à cancellariis regni, si tamen ab ipso Rege ex causa concederetur, obtemperandum esset. 1

Requisita in literis status.

Notanda sunt requisita in hoc titulo. Primò, quod hæ literæ à Rege, vel ab eius cancellaria, seu locum tenente concedantur, in casibus tamen per has ordinationes non prohibitis, quia inferior non potest iuri derogare, nec tollere legem superioris: clementi. ne Romani. de electio. per quam dixi superius, & actorem & reum teneri causam prosequi, in glossa secunda. 2

Secundò, istæ literæ dirigi debent non solùm parlamentis, sed etiã omnibus 3

bus magistratibus, coram quibus causæ istius impediri pro republica exercentur, etiam magistratibus non Regiis. de hoc plenè scripsi in tractat. de rescript. in q. viij. superius.

Secundæ literæ status de primis facere mentionem debent.

4 Tertiò Rex mandat in his status literis istis magistratibus, vt causam non tractent intra tale tempus, & aliquando certum tempus præscribitur. vide per Panorm. in c. vltra tertiam. col. ij. de testib. Et si post hoc tempus elapsum miles alias impetret status literas, debet de primis facere mentionem: aliâs 5 non proderunt ei. c. cæterum. de rescript. † Imò pars contra quam fuerunt impetratæ, impetrabit alias literas *Contre estat* vocatas, in quibus ad verbum illas status literas describet, & posteà dicet illũ, dilationis & subterfugij causa has obtinuisse secundas literas. Et quia sunt subreptitiæ, cùm dictus impetrans non sit circa bellum impeditus, nec de primis facta sit mentio, quas si expressisset has secundas non obtinuisset. Ideo mandat Rex vt pars admittatur ad impugnandum illas status secundas literas, & iudici vt ius super his reddat. & quando primæ sunt in magna Cancellaria concessæ, secundæ non derogabunt illis, nisi in eadem Cancellaria impetratæ fuerint. Vel poterit pars opponere coram illo iudice, quibus literæ status fuerant directæ sine aliis literis vnde domi. de Tornon fuit reiectus à literis status, quia in eis Rex non asserebat eum esse in bello. cuius causa habuerat status literas, nec aliquis belli Dux, sub quo iuisset, hoc testificatur, docet Aufrer. in stylo Parlament. in aresto xcix. Idem vidi pronunciari.

Aresium.

Incertum tempus, interdum ponitur in literis status.

6 Quando Rex proficiscitur ad bellum cum suis, tunc hæ literæ conceduntur facilè impeditis vsque ad vnum mensem reditus Regis, & hæc est iusta causa, quia quilibet vasallus Regis sequi debet suum dominum euntem ad prælium. & eum non dimittere, alioqui feudum perdit. cap. vno. quibus modis feud. amittatur.

7 Interdum incertum tempus adiicitur sic vsque ad quindecim dies post suum regressum, per hæc verba: *Nous vous mandons & commandons par ces presentes, à chacun de vous cõme à luy appartiendra, que toutes causes, & quereles de debtes, & negoces, meuës, & à mouuoir, tant en demandant qu'en defendant, de nostre bien aymé le Comte de Sanserre, lequel &c. vous tenez, ou faites tenir en estat, & surseance du iour de la date de ces presentes iusques à demy mois, ou iusques à quinze iours apres son retour, si plus tost est retourné.* quod probatur in l. ab hostibus. in fin. l. abesse. ff. ex quib. caus. maior. Et priuilegium quod datur in eundo, datur & ad reuertendum. capitul quia diuersitatem. in fine. de concess. præbend. scripsi in scholastic. priuileg. clj.

Pendente temporestatus nihil innouandum.

8 Quartò prohibet Rex, ne interim magistratus aliquid attentent, & innouent pendente hoc tempore, sic dicens: *Et cependant n'attentez ou innouez: ne faites, ou souffrez aucune chose estre faite ou attentee ou innouee en cesdites causes, & quereles* per rub. nil nouari &c. quæ etiam ad hunc casum extenditur.

Venta non debet fieri pendente temporestatus. Aresium.

9 Imò nec offensio quam veniam nostri pragmatici vocãt, fieri potest post literas status iudici intimatas, vt censuit Senatus pro domi. Desgreuile, contra Senonen. archiepiscopum, & patet in stylo parlamen. aresto cccl xxix.

10 Imò omnia sunt nulla quæ fiunt post literas status præsentatas & comprobatas, sicut id quod fit post appellationem. Et ideo omnia facta in contrarium reuocantur. c. non solùm. de appellatio in sexto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quintò vult Rex, quòd si aliquid innouetur, reponatur in ſtatu priſtino, per hæc verba, *Mais ce qui ſeroit fait, attenté ou innoué au contraire, reparez, ou faites reparer, & mettre tantoſt & ſans delay au premier eſtat & deu*, &c. vt probatur in rubric. ff. nihil no. appel. penden. 10

Attentata poſt literæ ſtatus reuocanda.

Sextò patet has literas concedi à Rege, vel alio principe non recognoſcente aliquem in ſuperiorem, & ſic gubernator Delphinalis, vel alius in regno concedere hodie iſtas literas non poteſt, excepto Regis locumtenente in bello, vt patet in ſtylo Palament. rubric. de reſcrip. ordinat. xiij. vbi ſic dicitur: Per literas ſtatus, & infrà volumus & ordinamus, vt literæ ſtatus nonniſi per nos, aut per locumtenentes noſtros aliquibus de cætero concedantur: quas nihilominus eo caſu cuiquam ſuffragari nolumus, niſi in guerris noſtris perſonaliter interſit, aut infirmitate, aut impotentia corporali præpeditis pro ſtatu ſuo ad guerras noſtras ſufficienter tranſmiſerit: alioqui talibus literis nullus obedire teneatur. Eſt ordinatio Philippi Pulchri prima in ſecundis: quam Aufrer. transferre in latinum voluit. 11

Literæ ſtatus impetrari poſſunt etiam pendente cauſa propoſitionis erroris areſti.

Septimò vidi dubitari, an hæ literæ concedi debeant ei, qui principi ſupplicauit, pro Areſti reſciſsione, & erroris propoſitione pendente. Cenſuit Senatus has literas impetrari poſſe, & prodeſſe cuidam impetranti anno 1537. die 16. Iulij in magna camera. 12

Alia multa pragmatici de his tractant literis, ſed quia facilia ſunt, & omnibus obuia, ideo miſſa nunc facio: de præmiſsis Deo gratias agens immenſas. Amen.

Areſtum.

TRACTATVS DE LITERIS NATVRALITATIS IN FORENSI IVDICIO VSV VENIENS.

Loys xij. *és modifications.* Artic. xxxiij.

Item & pource qu'auons eſté aduertis, que du viuant de noſtredit feu Seigneur & couſin, le Roy Charles huitieſme & dernier a eſté par luy donné, & baillé & octroyé, par importunité, ou autrement à pluſieurs, & diuerſes perſonnes, eſtrangiers, & non natifs de noſtredit royaume.

GLOSSA I.

1 NOTANDVM eſt, quod exteri, id eſt, extra regnum Franciæ nati, ex priuilegio, & conſuetudine prohibentur bona in regno acquirere. *Exteri inregnobona acquirere prohibentur.*

Quod probatur in rubri. C. non licere habitato. metro. libro vndecimo. Et ſi acquiſierint, cùm ex rebus acquiſierint regni, id fiſco applicatur. Sunt etiam tanquam ſerui vſufructuarij, quicquid quærunt ex re & opera eorum, vſufructuario Regi acquirunt. §. item. cum ſeq. inſti. per quas perſonas nob. acquir. vel ſunt vt latini liberti, de quo in l. vna. C. de lati. liberta. tollen. & in §. libertinorum. de liber. in inſti.

2 Ideo bona acquiſita in regno (quæ præſumuntur ibi acquiſita, ſi beneficia, vel officia exteri in regno habeant, ſicut vxor præſumitur de bonis mariti acquiſiuiſſe, per l. quintus. ff. de donatio. inter virum & vxorem) fiſcus poſt morrem illorum capit, etiam ſi liberos naturales & legitimos habeant: quia ex bonis regni ea acquiſiuerunt, teſte Bened. in cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. nume. 1042. de teſtamen. ſequitur Chaſſa. in conſuetu. Burgund. in rubric. *des confiſca.* §. primo, nume. 37. *Bona exteri an in regno præſumantur acquiſita.*

3 Hoc tamen non eſt verum, quando illi exteri in regno haberent vxorem, & liberos legitimos & naturales, qui ibidem nati eſſent: tunc illi etiam ſine literis naturalitatis filij, patri ſuccedunt. Nam licet pater ſit exterus, tamen filij ſunt regnicolæ, & priuilegio matris filij ſuccedent patribus & matribus, ſicut Ilientibus olim erat conceſſum, vt in l. prima. ff. ad municipal. Nam partus ſequitur (quo ad hoc) ventrem. l. partum. C. de rei vendicatio. §. primo. de ingenuis. in inſtitu. Sicut bona fides, & ignorantia vnius coniugum reddit legitimam prolem. capit. cum inhibitio. §. primo. de clandeſtinis deſponſa. capit. ſecundo, qui filij ſint legitimi. multò fortius in hoc caſu natus in regno erit naturalis. Nam ceſſare debet fictio, vbi eſt veritas: & plus valet quod in veritate eſt, quàm quod in opinione. §. ſi quis rem ſuam. de lega. in inſtit. Sed in veritate filius natus eſt in regno. ergo verè eſt filius regni. Igitur & hæres per Deum, vt diuus Paul. ait. Et conceſſo antecedente, vt in regno nubere poſsit exterus, & conſequens conceſſum cenſetur: videlicet vt illi *Filii naturales & legitimi exteris ſuccedunt, nõ autem fiſcus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

filiis bona acquirere etiam in regno posſint. l. ad rem. ff. de probatio.

Disponere potest extraneus de bonis suis.

4 Et sic exteri habentes vxorem, & filios in regno natos, acquirentes bona in eodem regno possunt de eis siue inter viuos, siue in testamento, in fauorem tamen filiorum disponere. Imò etiam potest consequenter sicut natus in regno, in fauorem vxoris disponere: quatenus ius & consuetudines patriæ patiuntur, vt not. videtur Chassa. in consuetud. Burgund. in titul. *Des droits des gens mariez*. Quod est verum, si filij in regno nati sint: secus, si extra regnũ, & sic potest intelligi opinio Benedi. & aliorum. Et ita vidi extractum ex registris cameræ computorum Pari. Et sic etiam censuit Senatus Parisien. anno

Arestum.

1548. in camera Domaynij pro Roberto de la *Riuiere*, filio Francisci de la *Riuiere*, in Portugalia nati, contra procuratorem Regium, qui bona illius Francisci capi, & saisiri fecerat: cui se opposuerat filius dom. Roberti, in regno natus, & obtinuit: & bona fuere eidem Roberto adiudicata per Senatum. Videatur aliud arestum latum anno 1520. die 27. Augusti contra procuratorem Regium, pro Francisco de Poure, & Arthus de villequer. aliud simile anno 1519. pro Cringant, appellante à Seneschallo Pictauien. contra procuratorem Regium.

Filii extraneorum vt succedant parentibus tria requiruntur.

5 Et sic tria sunt requisita. Primùm, quòd exterus vxorẽ in regno accipiat. Secundùm, quòd filij sint in regno nati. Tertiùm, quòd sint nati ex illa vxore regni, non ex alia extranea. Et tunc sine literis naturalitatis, filij succedunt patribus exteris. Et istud est æquum & iustum, quicquid dicant Bened. Chassa. & alij consuetud. imò etiam hi extranei sic coniugati gaudent priuilegiis ciuium: vt fuit dictum referente Aufrer. in stylo Parlamen. aresto 127. cùm mercatores.

Arestum.

Bastardinõ succedunt patribus.

6 Naturales verò filij non succedunt patribus suis, siue exteris siue aliis, nisi sint legitimati, quamuis in regno nati sint, & indigent literis naturalitatis, vel legitimationis, sicut extra regnum nati: quia censentur extranei, cùm extra matrimonium nati sint. Et ideo consuetudo, ne approbet istos coitus prohibitos, adhuc retinetur, vt non succedant: quia fictione iuris extra regnum nati censentur, nec regnum eos cognoscit: cùm sint illigitimè nati, & cui est pater populus, pater est sibi nullus. glos. in §. si aduersus. de nup. in in-

Consuetudo vt spurius succedat an valeat.

sti. Imò non valeret statutum, vel consuetudo, vt spurius succederet: quia mãteriam delinquendi præberet, teste Hostien. in summa titul. qui filij sint legi. §. qualiter. versicul. quid si imperator. & Bartol. in l. testamenti. colum. 2. ff. de testa. Dec. consil. 271. & Roch. Curt. in tract. de consuetu. c. final. tertio notab. versicul. tertiò amplia.

Bastardus disponãt de suis bonis.

7 Fuit tamen, vt quidam dicunt in hoc Parisien. Senatu pronunciatum, bona bastardi capta & saisita à procuratore Regis esse executoribus tradenda, anno 1527. die decimasexta Aprilis: quia in regno natus erat, & ab homine regni. Si tamen hic naturalis ducat vxorem in regno, filij ei succedent, sicut exteris, de quibus suprà. Et idem si de suis bonis disponat: vt iudicauit Senatus, prout refert Aufrer. in stylo Parlamen. aresto 336. cum exe-

Peregrinis nõ succedit rex, nec scholasticis extraneis.

cutores.

8 Item quamuis Chassa. in consuetud. Burgun. in rubric. *des confiscations.* §. primo, numero 37. dicat Regem succedere peregrinis transeuntibus per regnum causa visitandi limina apostolorũ, vel alterius donationis gratia. Tamẽ hoc non

hoc non est verum: quia cùm ista bona illi non acquisierint in regno, illa reseruantur consanguineis, vel pauperibus dantur. Et in hoc seruatur authenti. omnes peregrini. C. communia de succes. licet non quo ad omnia, vt scripsi in proœmio ordina. nec etiam succedit fiscus scholasticis exteris decedentibus in regno: quia hi bona non acquisiuerunt ibidem.

Scholastici solent bona sua prodigere.

9 † Nam regulariter scholastici in studiis bona solent prodigere, potius quàm acquirere, vt etiam scripsi in scholastic. priuileg. xxxix. de quo verbo loquitur l. plebiscito. ff. de officio præsidis. ibi: quod intra dies proximos prodigatur.

Arestum. Naturales succedunt etiã in feudis.

10 Item anno 1456. & die decimaquarta Augusti, fuit latum arestum contra comitem Vallismontinum dominum de Ionuilla, recusantem recipere in fidem & homagium quendam Ioannem de Vergeio bastardum, pro terra de Sabliaco, quæ ei donata fuerat à patre suo naturali: & fuit dictum, quòd reciperetur: contra §. naturales. si de feudo defuncti conten. sit inter do. & agnat. vassal. Nam postquam legitimati sunt, pro legitimis habentur: & feuda sunt instar patrimonialium in hoc regno. ideo legitimati in illis succedunt sicut legitimi. Et isti legitimati à Papa, & à Rege excludunt omnes alios consanguineos à successione: vt aresto cautum fuit, pro quodam Carolo de Hispania bastardo: prout refert Aufrerius in stylo Parlamenti, aresto cxliij. Item nota quod filius.

Arestum.

Plusieurs lettres de naturalité pour tenir benefices, & offices en nostre dit Royaume, pays & seigneuries, qui n'ont esté employez & dont les parties se voudroient paraduenture efforcer d'eux en ayder cy apres. Nous voulons à ce donner prouision, attendu que telles lettres, & octroys sont grandement preiudiciables à nos ordonnances sur ce faictes, toutes lesdictes lettres de naturalité pour tenir benefices en nostre Royaume ainsi baillees & octroyees par nostredit feu Seigneur ausdits estrangiers quels qu'ils soyent non residens en nostre dit Royaume qui n'auront sorty en effect: Auons reuoquees, cassees & annullees, reuoquons, cassons, & annullons, & ne s'en pourront ayder les parties, qui les ont impetrees pour l'aduenir en aucune maniere: les ordonnances de nos predecesseurs Roys faictes en ceste matiere, touchant les estrangers, demourant en leur force & vertu.

GLOSSA II.

Naturalitatis literæ reuocatæ.

1 REVOCAT omnes literas naturalitatis ad obtinendum beneficia, vel officia in regno, quæ non fuerunt sortitæ effectum, vt in simili Papa in c. final. de concess. præben. in vij. reuocat omnes gratias à suis prædecessoribus concessas, quæ effectum sortitæ non fuerint: & ius in re quæsitum non fuerit. Et idem scribit in regul. Cancel.

Beneficia in regno acquirere non possunt extranei etiã clerici.

2 Ex hoc textu patet, literas naturalitatis concedi extero, vt beneficium acquirere posit in regno: quia hoc est prohibitum per Carolum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vij.vt refert Bened.in.repet.c. Raynutius. in verb.& vxorem. numer.1044. de testa. Et posteà beneficium in regno obtinere poterit, vt abundè scripsi in tract. de pacific. possess. in quarta limita.num.217.Et sic ista prohibitio acquirendi exteris comprehendit etiam clericos extraneos, vt Bald. docet consil.clxxiiij.præsupponendum.colum.ij.in quinto volu.quem sequitur Socin. consil.xlv. supponitur,in tertio volumi. per l.placet. & l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccles. scripsi in proœm. constitutio. Regiar. in primo Tomo. gloss.prima.

Intellige, si iure ei conferatur, & canonicè ea obtinere in regno post has literas poterit,non aliâs:per cap.quamuis.de rescript.in sexto.Et in literis dicitur, D'*ont il pourra estre cy apres iustement & canoniquement pourueu.* Quia beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione obtineri non potest. capitul. primo.de regulis iuris in sexto.

Beneficia quæ extranei in regno obtinêt quãdo à regnicolis impetrari possint.

Ideo per literas naturalitatis nullus poterit cogi ad conferendum extero, nec ipse per pecuniam,aut aliâs iniustè acquirere poterit,& si ita acquisiuerit, regnicola illud beneficium impetrare poterit ratione simoniæ, vel alterius criminis per extraneum commissi, non autem ob incapacitatem illius, quòd sit exterus, cùm sit per literas Regis naturalis regni factus: & sic illa incapacitas purgata per lit.naturalitatis à Rege concessas.

Dispensatus extraneus esse debet.

Item requiritur, quòd si duo beneficia incompatibilia habere velit, quòd sit à Papa dispensatus, per capit. dudum.secundo.de elect.quia licet Rex scribat, vt beneficia vsque ad quingentos aureos,vel mille habere possit, tamen intelligitur, si iustè hoc fiat, & cum qualitatibus requisitis: vt habetur in §. volumus.de colla.in concorda.

Exterus secularis regularia beneficia habere non potest.

Idem si sit secularis,& velit obtinere regulare beneficium,non poterit sine Papæ dispensatione: licet à Rege permittatur, vt secularia & regularia habere possit: quia inhabilitas iuris canonici per has literas non tollitur. cap. cùm de beneficio.de præbend. in sexto. capitul.inter. de statu monach.§.volumus.de colla. in concord. imò si Rex permitteret vt secularia haberet beneficia, non posset obtinere regularia,etiam cum Papæ dispensatione. Nam Papa non tollit regni inhabilitatem,& non est habilis nisi ad secularia:ergo ad secularia est inhabilis.

Idiomate patrio non loquens, eget dispensatione.

Item si non loquatur idiomate patriæ, opus est etiam dispensatione Papæ, qui regul. xix. Cancellariæ derogabit. Aliâs ex collatione ordinarij curatum non posset obtinere beneficium. Alia vide quæ scripsi in praxi beneficiali, in rescriptis mistis, vbi plenè docui de his exteris, saltem in materia beneficiali.

Officia in regno exteris non habet.

Item concedi solent istæ literæ ad officia regni, vt exterus ea consequi possit: videlicet vt consiliarius, vel iudex esse possit, vel vt consulis, seu scabini, vel alio fungatur officio.Probat iste tex. ibi,*lettres de naturalité pour tenir benefices,& offices en nostredit Royaume.*

Ciuis in sua ciuitate an officia illius ciuitatis possit exercere.

Et quamuis quis nõ possit esse Seneschallus,bailliuus,vel præpositus in loco suæ natiuitatis.l.fi.C.de cri.sacril.& est statutum in ordina.Reg.rub.*des Seneschaux.* art. vij. Tamen exterus non debebit esse de illo officio prouisus, sed natus in regno, non tamen in illo loco vbi præfici vult. d.l. fin.ibi. ciuis. nec poterit cogi in sua patria ad officia illius loci exercenda, vt consuluit Bertran.

consil.

consilio quinquagesimo.recordor.in primo volumi. ex secunda editio. Tamen illa iura non seruantur de consuetudine regni vt relatum in primo Tomo constit.Regiar in proœm.

Ratio cur literæ naturalitatis denotur debeant in eisdem literis exprimi.

10 Ratio solet inscribi in literis naturalitatis, cur concedantur ipsis exteris: videlicet propter virtutes & merita sua, quæ tamen tenetur ipse probare: quia est fundamentum intentionis,ideo probandum.l.actor.C.de probatio. Et bonum esset quòd obseruaretur.Nam hodie canes rabidi panes filiorum deuorant,& tollunt.Verùm cùm exteri sunt bonis moribus, scientia, & disciplina imbuti:bonum & æquum est vt his literis donentur. argumen. cap. cùm decorem.de inst.Sed alij blasphemiis,& vitiis irretiti,in patibulis locari potius,quàm his literis donari deberẽt. Nam sunt quidam,qui dictum illud obseruant sicut Iudæi,Non fœnerabis fratri tuo,ergo alieno, & sic per fas & nefas ditantur.

Disponere possunt exteri de acquisitis post literas naturalitatis.

11 Pætereà concedi etiam solent istæ literæ laicis: vt bona acquirere possint in regno Franciæ,licitè tamen:& de acquisitis & acquirendis in regno testari, & liberè disponere possint,& quibuscũque personis illa relinquere.Nam postquam naturalis regni effectus est, tanquam naturalis poterit disponere de suis bonis,per text.in leg.j. C.de sacrosanct.eccles.& in l.in re mandata.C. manda.

12 Non poterit tamen in personis prohibitis relinquere.Nam illa verba, & *donner à telles gens, qu'il luy plaira, & bon luy semblera*, non includunt odiosos. Nam posteà Rex se restringit, dicens: *Tout ainsi & par la forme & maniere,cõme s'il estoit natif de nostredit Royaume, & comme sont les autres,qui sont nez & natifs en iceluy.*Ex quo patet quòd inimicus regni,bannitis,&aliis prohibitis sua bona donare non posset,nec per testamentum relinquere.l.prima.C.de hæredib. instituen.l.1.vbi Lucas de Penna de delato. lib.10.

Bannitus & aliis prohibitis, exteri bona sua nõ dent.

13 Nec inter viuos donare.Audiui librum esse signatum de leg.4.20.15.456. in thesauro chartarum Paris. in quo reperitur charta. per quam anno 1364. mense Octobris,Rex concedit omnibus & singulis ecclesiæ Romanæ oriundis,vt possint de bonis suis in regno existentibus testari,& hæredes habere,& quòd hæredes illa gratia vtantur.etiam anno 406.fuit ordinatum quòd Cameracen.succederent suis parentibus in regno degentibus : prouiso quòd Galli etiam Cameracen. succedunt.

Romani de rebus suis in regno disponunt.

Arestum.

14 Etiam infertur quòd extraneus habilis factus ad habendum beneficia, vel officia in regno, videtur in consequens, vt de bonis ibi acquisitis testari possit,& de illis disponere,quamuis in literis naturalitatis nõ sit expressum, vt possit disponere, postquam in literis Rex vult vt officia vel beneficia iustè acquirere possit: & fructus illorum recipere,emolumentáque,ac si natus & originarius regni esset.vnde si originarius regni esset, posset de illis disponere:ergo & nunc, vt tantũ in casu ficto prosit fictio,quantum veritas in casu vero.l.filio.§.pater.ff.de liberis & posthu. Alioquin partim esset originarius, & partim nõ,quod non est dicendũ:quia nõ potest quis esse in vno liber, & in alio nõ,vt dicunt doc.in l.1.§.hoc autẽ.ff.ad Tre.nec moribus nostris cõuenit,filiũ tẽporalẽ,vel in parte habere.l.si tibi.ff.de ado.facit tex.in l.si pariter. in fi.& l.duobus.de libe.cau.alioquin de quo prodesset ei literæ naturalitatis licet quidã dicãt,quòd si Rex extraneo cõcedat officiũ vel beneficiũ,videatur

Disponere possunt extranei de bonis,etiã si in literis naturalitatis nõ fuerint expressum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dispensare quo ad illa, vt ea obtineat. l. Barbarius. ff. de offi. præto. l. quidam. de re iudi. Tamen post mortem bona illius fiscus accipit, quia ille erat vt latinus libertus.

Clausula in literis naturalitatis ponenda.

Et ita vidi seruari. ideo tutius est in literis exprimere quod obtinere possit officium vel beneficium, & fructus illorum recipere, & acquirere: ac etiam alia quæcunque bona, & de illis testari, & aliàs dispensare, siue inter viuos, vel in vltima voluntate, prout sibi placuerit, & ita soleo consulere ad vitandas opiniones. 15

Officium habẽs in regno, ibidem degere debet.

Item solet opponi prouiso quòd in regno degat. Nam Rex non intendit, vt pecuniæ ex regno extrahantur, vt patet in proœ. concordat. ideo si ipse habeat officium, aut beneficium in regno, ibi degere debet, & pecunias extra regnum mittere non debet, vt plenè scripsi in praxi beneficiali, in hoc rescripto. 16

Financiam exterus dare tenetur.

Adhæc si non exprimatur in literis, solet exterus financiam dare cameræ computorum, quam aliquando Rex donat, & hoc exprimitur in literis, alioqui taxari solet per magistros computorum, vt inferius patet. 17

Exprimenda in literis naturalitatis.

Item solent hæ literæ concedi, vt non solùm exteri acquirere possint in regno: sed etiam in locis in quibus Rex dominium habet. Nam multæ sunt prouinciæ additæ huic regno, quæ iuribus regni reguntur. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pign. actione. Ideo exprimitur, vt si illic bona exterus acquirat, etiã ibi disponere possit, alioqui dubium esset. 18

Item si extraneus titulo oneroso, videlicet emptionis acquisierit hæreditatem in regno, degat tamen extra regnum, si ibidem moriatur, poterunt ei succedere consanguinei. Secus si in regno decederet: quia extrà non est inhabilis. nec ei poterit Rex succedere, vt censuit Senatus, Anno 1518. die vigesimatertia Februa. Quia ea non acquisiuit ex bonis regni. ideo commercium non censetur remotum exteris, vt patet per totum titulum. C. quæ res vendi non possunt, nisi in certis rebus. 19

Arestum.

Exteri qui sint.

Qui sint exteri, hoc videtur notorium: videlicet, qui in regno nati non sunt, vel in prouinciis additis regno. Ob id, si quis natus est in Britannia, non indiget literis naturalitatis: idem si in Burgundia siue in ducatu, vel comitatu: quia vtriusque Prouinciæ Rex est dominus, licet de facto ab Imperatore comitatus detineatur. Sed iure postliminij nati ibi censentur esse regnicolæ: & non indigent nunc literis naturalitatis, licet olim concessæ fuerint, antequam essent regno acquisiti: vt inferius scribitur. 20

Literis naturalitatis qui indigeant & qui non.

Idem dicimus in natis in Sabaudia, cùm sint in prouincia addita regno, & idem in natis in comitatu Perpinhani, vt etiam succedant consanguineis regni, quia de regno censentur.

Sed Auinionenses impetrare has literas solent, & Itali, ac Lotharingi, Flandri, Germani, Angli, Scoti, & alij exteri, de quibus hîc plura alia dicerem: nisi de his multa scripsissem in tracta. de pacific. possess. in quarta limitat. & in praxi beneficia. in hoc rescripto. de his tamen gratias Deo opt. Maximo ago. Amen. 21

Tract

TRACTATVS DE LITERIS requisitoriis, seu rogatoriis, & an, & quando Magistratus rogati id quod mandatur exequi debeant.

PRAEFATIO.

NVNC dicendum est de requisitoriis, seu (vt vulgus Franciæ vocat) de literis rogatoriis, & de harum materia, quæ valde pragmaticis frequens est, doctoribus verò praxim ignorantibus parum nota: ob id sequentia super his duxi scribenda. videmus enim quòd diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet, vt dicit Vergi. & iurisdictiones cuilibet magistratui in sua prouincia & territorio assignatæ sunt, c. solitæ de maior. & obed. Sicut parrochiæ à Dionysio limitatæ, c. pastoralis, de his quæ fiunt à præl. vnde si quis extra suam iurisdictionem cognoscere velit, non potest: quia ibi tanquam priuatus est, l. iij. ff. de offi. præt. c. nouit. de iud. Imò puniri potest iudex, qui extra suam iurisdictionem aliquid agit. Nam extra territorium ius dicenti non paretur impunè, l. fi. ff. de iurisdictio omn iudic. cap. fin. de constit. in vj. Et confunditur ordo ecclesiasticus, cum sua vnicuique iurisdictio non seruatur, cap. peruenit. xj. q. j. † Ob id praxis nor. inuenta est, vt quando iudex vnius territorij, Senescallus, vel bailliuus, in causa, de qua iure cognoscit, indiget testibus, vel aliis personis ad euictionem fortè, vel alium actũ: & hæ personæ alterius sunt territorij, Senescalliæ, vel bailliuiæ seu iurisdictionis; quòd per literas requisitorias roget, aut requirat iudicẽ alterius iurisdictionis, vt permittat citationem fieri in sua iurisdictione, vel executionem, aut quod per ipsum mandatur faciat, offerens se in simili casu ita facturum. Iste est bonus citandi modus, teste Oldra. consil. lxxxiij. tertiò quæritur. circa fi. & Socin. consil. clxvij. non inutilis, in iij. q. in fi. volu. ij. fundatur hæc practica in cle. pasto. §. nos quoque. de re iud. vbi dicit Papa, nos quoque Regis ordinarius iudex quòd ad Imperatoris iudicium citaremus, vel citari aut remitti faceremus eundem, nequaquam fuimus requisiti. c. Roma. §. contrahentes, & ibi doct. de for. compe. in vj. ibi, sed tunc loci diœcesanus ad denunciationem ipsorum faciet huiusmodi missionem. non dicit ad mandatum, cùm par in parem non habeat imperium. l. nam magistratus. ff. de arbit. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel.

Iurisdictiones distinctæ.

1 *Literæ requisitoriæ quãdo dentur.*

2 Ratio quare hoc constitutum fuerit, videtur, ne singula turbentur officia, l. repetita. C. de episcop. & cleri. l. consulta. C. de testa. vnus enim iudex alteri suffragari, & subsidium præstare debet: vnus enim alio indiget, vt in ij. constitut. C. post princip. scribitur, & in l. episcopale. C. de episcop. audien. c. dilecto. de sentent. excom. lib. vj. Soci. in c. fanè. in fi. de for. comper.

Praxis seruandain executione rogatoria.

3 Secundò, non debet quis occupare alienam iurisdictionẽ, l. fin. C. vnde vi. vide Francisc. Marc. in ij. parte decis. suarum, quæst. xcj. & cxviij. & seq. & sic vnus iudex in territorio alterius non exercebit actus iurisdictionis: sed si velit

Universidad de Deusto
Biblioteca

tare aliquem seruiens qui citationem habet, ostendet eam magistratui loci, & requiret permissionem, tunc magistratus solet permittere, si iuri sit consonum, & solet ei dare suum apparitorem, vt exterus viator non abutatur, sed si magistratus non reperiatur, requiret apparitorem: vt secum veniat ad executionem faciēdam, qui si nolit venire, exterus apparitor exequetur. & idem si nullus apparitor inuentus est, nec magistratus: sed executio fieri solet vacatis vicinis: vt est scriptum in summa rurali, in Rubr. *En terre d'aucun iusticier.* vbi plus dicit, quando executio fit contra magistratum loci, tunc non fit requisitio: quia contra se magistratus non concederet.

Capi nō debet quis in territorio alieno sine requisitione magistratus.

4 Amplia istud non solum procedere in citatione verbali, sed etiam in reali: vnde si Seneschallus Bellicardi vellet capere delinquentem in Montepessulano, nō posset nisi per literas rogatorias ad magistratus Mōtispessulani missas. l.j.§. hæc autem. ibi, literæ ad magistratus dentur. ff. de seruitut. fugit. l. fin. versicul. tribuni. C. de his qui latro. aut alijs. l. omnes. & ibi glos. de agricol. & censit. lib. xj. glos. in l. quis sit fugitiuus. §. item Cælius scribit. ff. de ædilitio edi. quam notat Vital. de camba. in tract. clausu. nihil noui securit. pendēn. col. antepenulti. l. j. ff. de requirend. reis. Aret. consil. xcv. respondeo breuiter. col. iij. Socin. in c. postulasti. in secundo princip. arric. de for. comper.

Iniuria fit magistratui in cuius territorio quis capitur.

5 Imò prehendens & capiens aliquem in alieno territorio sine permissione, iniuriam infert iudici in cuius territorio c. ex parte. j. de verbo. significat. quem ibi ad hoc not. doct. & Chassa. in consue. Burg. in rub. *Des auens* in §. j. & locus ante omnia esset restaurandus. l. si quis. §. pen. C. de præscrip. xxx. vel xl. annor. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi public. Iac. de bello visu, in sua practi. rub. de fuga reo. fol. 53. nu. 49.

6 Apparitor tamen curiæ supremæ quando prehendit aliquem, non tenetur (quia periculum est in mora) requirere antequàm cœperit: sed postea sic. ita censuit frequenter Senatus.

Apparitor curiæ supremæ sine requisitione capit.

Etiam si apparitor alterius inferioris magistratus inueniret reum fugientem, poterit eum prehendere sine requisitione, & ducere ad carceres illius magistratus, vbi est cōprehensus, & postea poterit ab eo permissionem petere, & ei literas ostendere, Ias. & alij in §. j. de actio. in instit. vbi suspectus de fuga potest capi, vbicunque fuerit comprehensus, etiam à parte, vt docet de Ripa, in c. j. de iud. post Ias. in d. §. j.

Requisita in literis requisitoriis.

7 Et tamen notandum, quòd tam in causa ciuili, quàm in criminali, literæ requisitoriæ debent esse iudicis rogantis sigillo vel magistratus signatæ, alioqui non facerent fidem. l. si qua per calumniam. in fin. C. de episcop. & cler. c. tertio loco. de probat. Secundò requiritur quòd literæ sint publicæ. Oldra. consil. cx xiiij. quod remissio.

8 Tertiò, debent continere requisitionem, vt patet in l. j. ff. de requi. reis.

Causa inseri debet in literis requisitoriis.

9 Quartò, sicut in ciuilibus debent literæ continere causam, videlicet propter cōtractum in nostra iurisdictione factum, vel aliàs. d. §. contrahentes. ita in criminalibus debet delictum in literis rogatoriis per delinquentem commissum exprimi, & qualitas delicti probati, aut cōfessi, vt melius & tutius requisitus succurrat. tex. in authē. vt nulli iud. §. si verò quis cōprehensorū. col. lat. ix. l. fi. ff. de of. præf. vigil. & tunc sine nouo processu iudex requisitus procedet: secus si ageretur de punitione delinquētis, & sic de magno preiudicio.

Bald

Bald. in authentic. clericus. C. de episcop. & cleri. Bartol. & alij in l. magistratus. ff. de iurisdictio. omn. iudic. Iorda. bricius in repetit. dicto. §. contrahentes. in fi. text.

Remittit iudex delinquentem cum suis apparitoribus.

10 Notandum, quòd iudex requisitus poterit cum suis propriis seruientibus, si velit, delinquentem remittere, per ea quæ not. in l. penulti. ff. si ex noxa. caus. agat. Iacob. de bello visu, in sua practica, Rubric. de remis. faciend. numero 82. liberatur tamen tradendo seruientibus requirentis, si in literis requisitoriis hoc cautum sit. l. solent. ff. de custo. & exhibitio. reo. l. vna. C. vt omnes causæ tam ciuiles, &c. circa fi. Tutius faciet iudex remittens, si sibi procuret fieri instrumentum publicum de requisitione, captione, ac remissione, vt postea sit liberatus. text. in authentic. de ecclesiastic. rer. immobil. alienat. collat. quinta. §. sancimus. iunctis his quæ not. in l. siue apud. C. de transact. & si non confidat his apparitoribus, vel timeat quòd auferatur ab eis, debet dare suos seruientes comites.

Expensis cuius remissio fieri debeat.

11 Item hæc remissio expensis iudicis petentis remissionem & prehensionem rei delinquentis fiet. l. si culpa. ff. de rei vend. l. sed si hæreditas. §. j. ad exhib. non debet tamen iudex requisitus aliquid pro salario capere, sed sua sponte, & liberaliter reum captum remittere. c. statutum §. insuper. de rescrip. in vj. l. diuus. ij. de custod. reo. Alioqui à superiore puniri posset.

Requisitus iudex quādo prehendere debeat reum.

12 Intellige quòd iudex requisitus non tenetur delinquentem capere, nisi informationes fuerint ad eum missæ clausæ, ac sigillatæ, cum decreto de capiendo, & delicto per eum commisso. l. si cui. §. fi. ff. de accus. glos. in l. de iure. ff. ad municip. l. j. C. vbi causa status. text. de iure ad hoc melior in l. non dubium. ff. de custod. reo, & §. si verò intra. in authen. de mon. coll. j. & de mancip. princip. §. sed etiā susciptentes. & tex. in l. interdum. §. j. ff. de public. Henricus bric. in cap. j. in fi. de raptor. Henric. bouer. in sing. incip. Remissio. q. iiij. Imol. & alij post glos. ibi in d. clementi. pastoralis.

Informationibus nō factis quādo reus capi possit, vel non.

13 Hoc verum, quando ille capiendus haberet domicilium, quia tunc non potest capi non præcedentibus informationibus. Salicet. in l. nullus. v. nor. C. de exhibend. reis. Benedi. in repetit. cap. Raynutius, in verbo mortuo. in j. not. nu. 201. de testament. dixi in repetit. l. diuus. fol. 19. versic. hodie. ff. ad senatusconsult. Syllan. & idem si esset homo bonæ famæ & conditionis, alioqui si capiendus esset malæ famæ vel vilis, aut vagabundus, etiam sine informationibus, iudex requisitus eum debet capere, cum literis requisitoriis, quibus debet credere, dicto §. sed etiam. de mand. princip. & §. si verò quis comprehensorum, in authentic. vt nulli iud. collat. ix. & hodie ex consuetudine generali non mittuntur, nisi literæ requisitoriæ: quia possent auferri ab apparitore, in quibus exprimitur informationes esse factas: & per gentes regias visas, ac decreto iudicis fuisse statutum requirente procuratore regio, vt vbique extra loca sacra tales scelesti caperentur, quod rogamus vt facias, aut fieri per seruientes nostros permittas, &c.

Capiatur vt quis vinus, vel mortuus nō potest iudex decernere.

14 Videndum est, an iudex possit decernere, quòd reus capiatur viuus, vel mortuus, quod non puto: quia cùm sit absens, damnari non potest. l absentē. ff. de pœnis. Ioan. Fab. per illum tex. in l. ij. §. sinautem. C. de his qui latro. &c. multò minus seruiens potest interficere delinquentem, vel verberibus afficere: quòd si fecerit, vltimum supplicium non euadet. l. fi. C. de malefi. & ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apparitor verberãs capiũ, vltimo supplicio afficitur.

themati.ideo dicit Alberic. in tracta.ſtatu. in quarta parte, quæſtio. xxxvj. quòd poſtquàm aliquis captus eſt, non debent apparitores eum offendere, alioqui vltimo ſupplicio puniri debent. Et mirandum eſt, quòd iudices hoc ſeruari non procurent, quia quotidie viatores hoſce malè tractant, licet innocentes ſint hi qui capiuntur. 14

Reſiſtens ſeruientibus impunè occiditur.

Si tamen delinquens reſtiterat, & ſeruientes eum occiderent, nulla erit noxia: quia ipſe reus ſe videtur occidere. l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. cõfug. Florio. in l. ſi ſeruus. in fin. principij. ff. ad legem Aquiliam: Angel. in tractat. de malefic. in gloſſ. fama publica. verſicul. & primò quando officialis. l. ſecunda. & ibi doct. C de deſerto. lib. xij. Bald. in l. nec timorem, per illum text. ff. quod metus cauſ. 15

Captũ non poteſt iudex vel apparitor liberare.

Nota, quòd iudex, cui remiſſa eſt prehenſio, ſi ſimel delinquentem ceperit, non poterit eundem delinquentem dimittere & liberare, iuris ordine nõ ſeruato. l. ſi. ff. de offi. procurat. Cæſar. multò minus ſeruientes poſtquam ceperint aliquem, poſſunt eum pecunia eis (vt ſæpe fit) data liberare, vel poſtquàm eis traditus eſt: quod ſi fecerint puniẽdi ſunt vt probatur in l. milites. ff. de cuſto. reo. l. ad commentarienſem. C. illo titul. 16

Seruientes, *ac les bayles* municipiorum (vt dicunt) ſiſtere, areſtare, ac capere poſſunt, ſed non liberare captos, teſte Iacob. de Bello viſu, in dicta rubri. de remiſſi. faciend. num. 84. Ratio eſt, quia non poteſt abſoluere, qui non poteſt condamnare. l. iij. ff. de re iudic. l. nemo qui. de regulis iuris. & ſi liberaret, condemnaretur ad repræſentadum eum ſuis ſumptibus, & ſic ſæpius audiui multos condemnatos. 17

Retinere nõ poteſt iudex requiſitus captum.

Item nec iudex, qui cepit delinquentem ad requiſitionem alterius, poteſt eum retinere, etiam ſi delinquens velit, & requirat, dicens requirentem eſſe ſibi ſuſpectũ: quia non eſt in hac parte niſi executor, ergo non poterit cognoſcere, niſi eſſet eidem mandatum, & tunc daret eidem adiunctum. l. apertiſſimi. C. de iu. di. l. i. ff. vbi cauſ. ſtat. Iacob. vbi ſuprà. nu. 70. 18

Eccleſiaſticus iudex requirit eccleſiaſticum & laicum.

Amplia inſuper ſiue requirens fuerit iudex eccleſiaſticus, ſiue laicus, capitu. Romana. §. contrahentes. de foro competent. Quandoque iudex eccleſiaſticus requirit eundem eccleſiaſticum, vt quando quis eſt hic excommunicatus, officialis huius ciuitatis rogat officialem Tholoſanum, vt talem denunciet excommunicatum ibidem, vel citet ratione contractus hic facti, & vocatur rogatum, in quo ſolent apponi hæc verba, in iuris ſubſidium requirimus & rogamus. 19

Iudex laicus requiſitus an cognitionem cauſæ habeat.

Aliquando eccleſiaſticus exigente neceſſitate requirit laicum. capit. dilecto. in fin. de ſentent. excommunicatio. lib. vj. & dic quòd quando eccleſia eſt oppreſſa per laicos ratione hæreſis, debet iudex ſecularis ſine aliqua cognitione, ſtatim facta requiſitione iuuare eccleſiã, & impartiri auxiliũ. c. de liguribus. & c. princep. xxiij. quæſtione v. & qui tale officium negligit impartiri, debet priuari ſua iuriſdictione, cùm parum ab hæreſi diſtet. c. ad abolendam. de hæretic. capitul. vt inquiſitionis. §. prohibemus illo titulo lib. vj. Et facias regulã, quòd iudex ſecularis tenetur ſine aliqua cognitione impartiri ſuum officium in omni caſu, de quo non poteſt cognoſcere. ca. cùm non ab homine. de iudic. capitu. ad falſariorum. de crimine falſi capitu. degradatio. de pœn. libro ſexto. Anto. de butri. poſt Innocen. in ca. primo de offic. ordi. Hodie 20

Capere quãdo poſſunt iudices eccleſiaſtici.

din. † Hodie cautum eſt à Rege Henrico ij. quod iudices eccleſiaſtici poſſint hæreticos capere per ſuam familiam, vel familiam iudicis ſecularis, quæ debet ei obedire in hoc, nec tenetur etiam iudex eccleſiaſticus iudicem requirere ſecularem, nec habet iudex ſecularis videre an ſententia iudicis eccleſiaſtici ſit iuſta, nécne. cap. ij. de excepti. lib. ſexto. quia pro ea præſumitur, cap. in præſentia. de offic. ordi. l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. Specul. in princip. §. tractandum. fol. 31. niſi notoriè appareret de nullitate. gloſ. ſingu. in ca. ſuper literis. de reſcrip. Bald. in l prima. C. ne liceat tertiò prouocar. vide tamen Petr. Anchar. in regu. ea quæ fiunt. de regulis iuris. libro ſexto. Bartol. & alios in l. 21

magiſtratibus. in fi. ff. de iuriſdict. omn. iudicum. † Solet tamen iudex ſecularis citare partem ad opponendum, ſi quam habet exceptionem in executione. Bart. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. & l. prima. ff. nihil. noui. appellat. pendent. Cyn. in l. ab executore. C. quo. appellat. non reci. Innoc. & alij in capitul. ex ratione. de appel. vide Oldrad. conſil. lxxxix. epiſcopus. Et iſtud eſt commune in omni ordinario, ſiue ſit ſecularis requiſitus ſiue requirens, ſiue vterque. Aegid. bellamera in d. §. contrahentes. colum. iij. de for. compet. lib. vj. 22

Theſaurarius requirit iudices.

Conſidera ſiue iudex requirat alium iudicem, ſiue exactor, vel theſaurarius requirat præſidem, quòd poteſt, & ad petitionem exactoris colligitur Bailliuus facere exactionem tributorum conſiſcalium. l. in fiſcalibus. cum l. ſequen. & ibi de Platea. C. de exact. tributor, libro decimo. & ibi dicit patruus meus per illum text. quod theſaurarij non habent iuriſdictionem. ideo non poſſunt compellere, nec dare dilationem ad ſoluendum debitum regium, & ſi dederint tenentur interim ſoluere de proprio, & hodie hæc munerum materia eſt valde frequens, & vtinam non eſſet tam nota, vt dicam in rubric. *Des aydes, tailles & gabelles.* 23

Item in remiſsione poſſeſsionum requiri poteſt iudex, in cuius territorio res ſita eſt. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. vj. vide Bal. conſil. clvj. quidam in terra. in v. volu. 24

Sententiã vnius alter iudex exequi debet.

Quod & intellige idem in ſententiæ executione, vt iudex vnius iuriſdictionis teneatur exequi ſententiam alterius. text. in l. à diuo Pio. §. j. de re iudic. Bald. in l. fina. C. ſi à non competent. iudic. Iaſ. in d. l. properandum. §. ſinautem reus. Anto. Tremol. in addition. ad Vbert. de bona curſo. rubric. de impedit. executio. §. ſeptimò etiam in criminalibus. Hippo. conſilio. lxxxvj. licet iam. col. ij & ſeq. 25

Quod declara, quando iudex pronunciauit ſecundum leges: ſecus ſi pronunciauerit ſecundum ſtatuta, & conſuetudines loci ipſius iudicis. Bald. in l. vna. in fi. C. de confeſ. quia ſtatuta municipalia vnius territorij, alter iudex in exequendo ſequi non debet: ſecundum eum in l. prima. in iiij. q. C. ne filius pro patre. Alexand. in dicta l. à diuo Pio. §. ſententiam. col. tertia. Alexand. & alij in d. §. ſinautem reus. Hipp. in ſingul. cxxxviij. iudex vnius. Iaſ. in l. cùm quædam. col. vlti. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ſed in vſu forenſi non ſolet fieri hæc differentia. 26

Requiri etiã iudices alterius regni poſſunt.

Item dicimus hanc requiſitionem fieri poſſe, ſiue ſint iudices ſub eodem Domino, ſiue non, ideo iudex villæ nouæ, vel alius de regno, poterit requirere iudicem Auenionenſem, & è contrario, vt docet Bonif. vir. in cle. paſto- 27

Universidad de Deusto
Biblioteca

ralis.versic.nos tam.de re iudic.& quotidie hoc fieri solet.

Quod intellige ex vrbanitate, non ex necessitate, ad hoc vt possit cogi. 28
quia par in parem.& c.d l.nam magistratus.Bonifa.vbi suprà,per glos.ibi: dicam tamen infrà an posset cogi per repræsalias.

Testium examinatio committi potest magistratibus loci vnde sunt testes.

Ita etiam in testibus, quorum receptionem, & examinationem potest 29
iudex vnius iurisdictionis alteri committere, vt litis sumptus euitentur.l.iudices, & authentic.apud eloquentissimum.C.de fide instru.§.& quoniam. in authentic.de testi.coll.vij.vide Bar.& alios in l.ij.C.de naufra.lib.xj.& hoc debet facere,non partes cogere ad fundendum magnas impensas.

Procedet etiam tam in magnis causis, quàm in paruis,quia vbique est ea- 30
dem ratio. Bonifac.in dicta element.pastoralis.dicto versicul.nos & generaliter.quando actus non potest per iudicem vnius territorij, potest requirere alium, vt id expediat,& quando vide impensas magnas esse: nec erit credendum isti commisso, nisi fidem de sua faciat commissione in scriptis,per text. in l.vna.C.de mand.princip.l.prohibitum.& l.detentionis.C.de iure fisc.lib. decimo.

Superior non requirit sed præcipit.

Limita in superiore, qui non habet requirere, sed præcipere inferiori, vt 31
archiepiscopus archidiacono, vel bailliuus præposito.ita latum arestum Parisien.vt testatur. Ioan. Gal.in q.per aresta, quæstione xcv.fuit dictum per Arestum,per doct.in d cle.pastoralis.& tunc in literis solent apponi hæc verba: *Mandons & commandons*,& tunc quod præcipitur,necesse est fieri.cap.fin. xiiij.q.j.nisi rationabilis causa allegaretur.c.si quando.de rescrip.& superius scripsi in tract.de rescrip.artic.j.& ij.

Literæ requisitoriæ non faciunt quem iudicem.

Secundò limita, quando iudex cui scribitur, non esset iudex cõdemnati 32
ratione domicilij,originis,aut ratione rei sitæ, vel alio modo:hæ enim literæ requisitoriæ non facerent eum iudicem.not.in c.fi.de foro compet. Vincen. Hercu.in dicta l.à diuo Pio.§.primo col.vj.quod est notandum secundùm eum,quia sicut priuatorum consensus non facit iudicem eum,qui nulli præest iurisdictioni.l.priuatorum.C.de iurisdict.omnium iudic.ita iudex remittendo non facit iudicem,qui non est.

Requisitus an sine literis requisitoriis exequi possit.

Quæro an iudex requisitus sine literis requisitoriis possit exequi citatio- 33
nem,& alia facere? Respon.non,per text.in l.prima.ibi literæ ad magistratus dentur.ff.de seruis fug.l.prima.de requir.reis.§.si quis verò comprehensorum.in authen.vt nulli iudic.collat.ix.text.in l.vna.C.de offic.comit.rerum priuatar.& in l.properandum.§.finautem reus.C.de iud.quem text.Paulus, & Ias.dicunt meliorem iuris.allegaui tamen superius vltra eos meliores, & clarius exprimentes, & si sine literis procederent,esset nullus processus, vel sententiæ executio,secundum eos. Tum primò,quia officium suum non debet imparriri non petitus.l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.& paria sunt,non esse, vel apparere.l.duo sunt.ff.de testamentaria tutel.& sine literis facilè non appareret:tum etiam, quia consuetudo & vsus sic obtinuit. Cyn. Bal. & alij.in l.cùm quædam puella.§.fi.ff.de iurisdict.om.iudic.vbi dicunt sic fuisse Florentiæ obtentum.& sic minimè mutanda sunt,quæ semper certam interpretationem habuerunt,l.minimè.ff.de leg.etiam consuetudo est, quòd requisitus concedat literas, quas vocant, de pareatis,siue annexas, continentes sibi placere executionem fieri in suo territorio.

Limita

Limita in literis quas vocant, *Clamores parui sigilli Montispessulani*, in quibus nullæ literæ De pareatis dantur, per ordinatio. Reg.rubr. *Du petit seel de Montpellier.* articulo duodecimo. quam hîc, eo quòd est huic materiæ conueniens, inserui.

Loys xij. Artic.cliij. *des premieres.*

Item pour obuier aux despens que les sergens font aux debiteurs,au moyen des annexes, qu'ils vont obtenir des Seneschaux, Baillifs ou Viguiers aucunesfoys deux ou trois iournées loing des debteurs. — Articulus vnicus.

GLOSSA I.

1 CAVSA igitur huius constitutionis est, ad vitandum expensas quas apparitores faciebant in quærendis his literis de pareatis, cùm interdum oportebat eas quærere per tres, vel quatuor dietas, ob id multæ fiebant expensæ debitori, qui in fine omnia *Literæ clamoris quare sic vocẽtur.* ista reddere tenebatur,vt in l.properandum.§.fin autem alterutra.C.de iudic. ideo vocari has literas Clamores,dixi in tract.de liter.oblig.artic.j.quòd inducant dibitores,contra quos fit executio, ad magnos clamores, & sic ab effectu nomina imposita sunt,sicut interdictorum nomina.§.j.de interd.in inst. ideo Rex statuit,vt sequitur.

A esté ordonné que desdictes clameurs du petit séel, ne se prendra aucune annexe,ou lettres De pareatis,fors seulemẽt que le sergent porteur desdictes clameurs sera tenu d'insinuer icelles aux officiers ordinaires, ou il viendra faire ladicte execution ou ledict debiteur sera sa residence.

GLOSSA II.

1 IGITVR specialiter statuit in hoc casu princeps, propter rationem expressam,ne apparitor quærat literas annexas, vel De pareatis dictas, à Seneschallis vel bailliuis, sed sufficit quòd literas cla- *Literæ annexæ necessariæ.* moris insinuet, & ostendat magistratui,in cuius territorio residet debitor, & in quo facit executionem, ergo in hoc casu est statutum ne quis has literas annexas habeat: ideo in aliis casibus regula procedet.l. prima ff.de offic.eius. nam sicut literæ rogatoriæ debent dari à magistratibus requirentibus, vt supra dictum fuit:ita & requisiti suas annexas & permissionis literas tradere debent, vt appareat executionem esse iure factam. & sic regula est, quod literæ requisitoriæ debent interuenire.

2 Item deputati à generalibus monetarum Parisiens.ad visitandum monetarios, non petunt pareatis etiam à parlamentis,vt est in Rubric. Des *monnoyers.* *Requisitoriæ literæ quando nõ sint necessariæ.* ordin.vij.art.lxxxiiij.

3 Fallit, quando sententia esset lata per iudicem, qui non præest territorio, vt pote per dominum Rectorem vniuersitatis, tunc executio fiet sine literis

Universidad de Deusto
Biblioteca

requisitoriis. Bald.in l.episcopale iudicium.C.de episco. audient.quod declara & limita, vt per Alex. in l.à Diuo Pio.§.j.ff. de re iudi.& per Iacob. in l.argentarium.§.j.col.ij.de iudi.

Iudicati actio exequi potest sine literis requisitorius.

Secundò limita,quando ageretur actione in factum,seu iudicati.tũc enim 4 fine literis exequi poterit, quia actio exerceri poterit vbique locorum, vbi reus sortitur forum,allegant l.fina.in fin.C. de præscrip.xxx.vel xl.ann.Bar.& alij in dicta l.à Diuo Pio.§.primo.Pau.& Iason in d.§.fin autem reus.vbi doct. assignant diuersitatis rationem, ibi vide. sed tamen praxis etiam in isto casu has petit literas,aliàs sine literis oporteret de nouo agi.

Tertiò limita, quando requisitus haberet iurisdictionem ratione originis, 5 vel domicilij in personam condemnati, tunc etiam sine literis requisitoriis exequetur.Bald.in additio.ad Specula.in titu.de sent.col.viij.versic. sententia lata per vnum iudicem.esset tamen hoc nimis restringere iura, teste Iacob.in d.l.argentarium.ideo etiam hoc casu peti solent.

Literæ annexæ à quo obtineri possint.

Quartò, si intra iurisdictionem Parlamenti viator exequatur sententiam, 6 vel arestum, sufficit obtinere literas de pareatis à Bailliuo, vel Seneschallo. sed si vnius curiæ parlamenti arestum in alia iurisdictione & ressortu parlamenti exequatur, tunc literæ annexæ obtinebuntur ab alio parlamento, aliàs non poterit fieri executio, vt censuit senatus Parisien. pro Domi. Du perier. anno 1543.die ij.Iulij,quod est iuri consonum,in l.cùm vnus.§.is qui possidere.ff.de bon.autho.iud.possid.& tunc impetrari solent à Rege literæ directæ alteri parlamento, vbi Rex mandat, vt executionem faciant, & tunc parla-

Arestum.

Parlamentum Tholosanũ remissionem non concedit.

mentum non solet hoc recusare. † Sed parlamentum Tholosanum solet re- 7 missionem recusare propter non contractum factum cum principe, in quo promisit personas ressortus Tholosani non extrahere ex quacunque causa, nec eorum causas, & hoc conuenit rubric.de caus.in Concord. potest tamen iudex ordinarius consentire, vt captus intra carceres suos iniiciatur, sed sine senatus permissu nõ poterit extrahi: vt iudicauit senatus,anno 1544. die xx-

Arestum.

viij.Iunij in Tornella,quàm Tholum Budæus in foren.vocat.

Requisitio nõ deberi fieri in ciuitate fœderata.

Quintò,quando per sententiam esset imposita pœna personalis, tunc iu- 8 dex territorij sine literis requisitoriis exequetur, vt pote si alicui interdictum fuerit,ne in iurisdictione moretur,non morabitur etiam in ciuitate confœderata,per l.non dubito.in fin.ff.de capit. & postlim.reuers. quam sing. dicit Alexan.consi.lxxxiiij.in causa.colum.vlti.in iij.vol.& Barb.consil.xj.illud afferam. co.xvij.in ij.vol.& consi.lxiiij.scribitur.col.vj. in iiij.vol.Socy.consil. lxxiiij. in præsenti. col.iij. in primo volu. tamen contrarium tenet Bald. in l. executorem.col.ix.in fin. & seq.C. de execut. rei iudic.vbi requisitione opus esse scribit.& ista opinio est de iure verior,& seruatur secundum eum de consuetudine. & doct.in d.§. primo.l. à diuo Pio. & istud est tutius, quod literæ requisitoriæ dentur.

Requisitus magistratus non obtemperans quomodo sit puniendus.

Quæro, si magistratus requisitus ad literas requirentis nolit exequi, an 9 puniendus sit, & qua pœna, vel an cogendus sit.Respondeo, quod requisitus primò peccat recusando, quia non implet legem Christi dicentis: Alter alterius onera portate.ad Galat.vj.can. & c.ponderet, quinquagesima distinctio.Aegid. de bellamera,& alij in dicto.§.contrahentes. vide Barba.in capit. iij.col.iij.de fideiuss.

Secun

10 Secundò,non tenebitur postea requirens in simili casu impartiri auxiliũ. quod enim quisque iuris in alium statuit, ipse eodẽ iure vti debet.rubric. ff. quod quisque iur.c. cùm omnes de constitu. & Teren. Omnium rerum vicissitudo est moralis.Cato:Tu quoque fac simile. ideo in literis requisitoriis solet apponi: *Nos offerentes in similibus vobis complacere.&c.*

11 Tertiò,requisitus non faciens est periurus,ab initio autem iurauit seruare iura,consuetudines, & cõstitutiones. in authen.iusiurand.quod præstatur ab his.collatio.secunda,& iura,& consuetudines volunt hanc requisitionẽ debere perfici, alioqui in vanum requisitio fieret.

12 Quartò,tenetur ad interesse parti. Bartol.in d.§. primo.l. à diuo Pio. per l.si iudex.ff. de va.& extraor.cognitio.Ausre. in decisi. Tho.quæstio·ccccxj requisitus.

Requisitus à quo cõpelli possit.

13 Quintò, secundum quosdam iudex requirens compellet requisitum. d. §.primo.dict.l.à diuo Pio.vbi text.vtitur verbo,iussum, quod importat quãdam superioritatem.rubric.quod iussu.ff.siquis mihi bona.§.iussum.ff.de acquiren.hæredi.facit §.siquis comprehensorum.vbi vtitur verbo,iubemus.& quod percipitur, imperatur, & quod imperatur necesse est fieri can.final. xiiij.q.j.

Iubemus verbum importat superioritatem.

14 Nam in hoc secundum eos requirens dicitur superior,quia hoc facit autoritate legis,vel melius dicunt alij,quòd superior requisiti compellet eum, cùm par in parem non habeat imperium.l. ille à quo.§. tempestiuum.ff. ad Trebellia & hoc per text.in c. nullus.de iure patrona.& hæc opinio de consuetudine inoleuit.nec obstat d. §.primus,quia intelligi iussum debet per superiorem, vel alij habẽt,si hoc visum fuerit,& melius.nec obstat verbum iubemus. Nam licet Imperator iubeat,tamen non dat potestatem iubendi, vt

15 docet Bellamera & alij in d.§.contrahentes. † Et si nullum haberet superiorẽ,vt si Rex Franciæ requireretur à Rege Angliæ,& nollet obtemperare, solent concedi repressaliæ,& ita fuit aliàs factum contra Auenionem. à magistratibus regni requisitos,teste Iaco.de bello visu q.iij.d.§. contrahentes. intellige,vt ibi per eum,& Bonifa.in d.cle. pastoralis.

Iudex requisitus, si negligat, facit litem suam.

16 Sextò faceret litem suam iudex,qui requisitus negligit facere iustitiam.l. pen.C.de pact.l.si filius fami.ff.de iudic.ç.j.de re iudic.lib.vj.Et tanquam conscius criminis deber puniri.l.prima.in fin.& l.Christianis.C.de paga.§. iudices.de pace tenenda inter subdi.& iura firmand.in feud.& ibi glossa in verb. neglexerint.Iacob. de bello visu in sua practica in rubric. de fug. reor. versi-

Condemnatus ad mulctam nõ potest impetrare literas, vt ei remittatur.

17 cul.item suspecto aufertur.Iacob.in l.argentarius. §.fin.ff.de eden. † Imò talis iudex sic negligens postquàm fuerit cõdemnatus per superiorem ad mulctam,non poterit impetrare rescriptum remissiuum illius mulctæ. tex. not. in l. mancipia. C.de seruis fugiti. quẽ not.Do.Sanxon in ordina. Turo. artic. vlti in princip.solent tamen quotidie literæ istæ impetrari,quicquid in contrarium dicatur.

18 Septimò,secundum alios pars habebitur pro citata,postquam impeditur, ne citetur.clementi.causam ibi,verum si propter appellati.&c. de electio. facit l. final. C. de nauicular. libro vndecimo. vbi Bartol. notat quod ob negligentiam vel delictum superioris puniuntur ciues.Ioannes Andr.in regul. non deber.de regulis iuris.lib.sexto.in nouell.facit quod habetur in concor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in rubr.de inter. indiffe. non ponen.vbi propter negligentiam superioris potest terra subiici interdicto, & tota ciuitas, & sic fuit Tholosæ mea memoria interdicta ciuitas instantibus cordigeris. Vel audi quid statuatur quando requisitus non vult exequi.

Lesquels ordinaires feront lesdites executions, ou les feront faire: & s'ils estoyent refusans & en demeure, lesdits sergens pourront faire ladite execution: & non autrement.

GLOSSA III.

Recusante requisito, apparitor exequitur.

HABES hîc practicam, vt ordinarius, cui ostensæ sunt literæ ne 1
apparitor extraneus abutatur, potest dictas literas executioni mandare per suos apparitores: quòd si ordinarius recuset, vel moretur, poterit viator extraneus exequi. & quanuis hic sit copulatiua, tamen accipitur pro alternatiua, vt l.sæpe.ff. de verborum signific. adeò quòd si recuset ordinarius exequi, vel differat, poterit viator authoritate huius legis executioni mandare suas literas: requiritur tamen satis longa mora, puta vnius diei, secus si differret per vnam horam, tunc non posset viator exequi, sed expectare haberet, argumen. l.si longius.ff. de iudi. tenetur tamen requisitus statim atque est petitum hoc expedire vel recusare, vt scripsi in form. liter. executor. in gloss. distulerint, in concor.

Mora quæ requiratur.

Citare per edictū quãdo apparitor extraneus possit.

Item poterit hic requirens citare per edictum, vel nuncium, sicut si esset in 2
eius territorio, arg. l.ij.C. vbi in rem act. l.nulli, de iudic: & hoc placet Bart. in extraua. ad reprimendum in verb. per edictum. col. vlt. Areti. d. consi. lviij. diligenter. Ias. in l.cùm quædam. col. vlti. & in l.fin. de iurisd. omn. iud. sed melius est quòd apparitor exequatur vt hîc permittitur.

Viator capere potest delinquentem sed non extrahere.

Vel si seruiens timeret criminosum fugam arripere velle, poterit illum 3
capere ante requisitionem. & idem quando non potest de facili recursus haberi ad iudicem illius territorij. arg l generali. C. de dec. lib. x. Sicut de debitore fugiente dicitur in l.ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. Ias. in §. primo instit. de act. moder. in cap. j de iudic. debebit tamen seruiens postea iudici illius territorij præsentare captum, & eidem reddere, ac facultatem petere extrahendi illum, aliàs non posset, dicto §. si verò quis comprehensorum. l. capite. ff. de adulte. Iac. de bello visu in sua pract. rubric. de fuga reo. num. 49. Hippo. sing. cciij. iudex.

Requisitus nolens permittere vel capi est sua iurisdictione priuandus.

Adde quòd si requisitus nollet capere, vel permittere in sua iurisdictione 4
delinquẽtem capi, posset sua priuari iurisdictione per superiorem, quia aduritur illa. argu. c. vt priuilegia. de priui. + Vt puniatur in quo deliquit. authenti. 5
omnes peregrini. C. communia. de succeff. c. postulastis. & ibi dixi vlr. not. de cler. exc. minist. vel poterit puniri pœna l. ad commentariensem. C. de custo. reo. Iac. de bello visu vbi suprà, nu. 55.

Præterea poterit compelli requisitus per suum superiorem, & etiam re- 6
quirens si nollet requirere, capitulo nullus, de iure patronatus, capit. si forte. lxv. dist.

xv. dist. c. j. de offi. ordi. in authen. vt differen. iud. §. j. colla. ix.

7 Fallit, quando haberet iustam causam contradicendi. Vincen. in d. §. j. col. xiij. Bal. consil. xcviij. casus scribitur. in iij. vol. tene. practicam text. quòd si ordinarius recuset vel differat, vt seruus exterus possit exequi, & de hoc debet constare. nam seruiens in sua relatione scribet adhibitis duobus testibus, vel ipse poterit requirere ordinarium coram notario, & testibus.

Secularis magistratus an cogat ecclesiasticum.

8 Secularis verò non coget ecclesiasticum. c. ij. de excep. Henri. in cap. j. de raptor. Fab. & Cy. in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Bellamera, & Iacob. de bello visu in d. §. contrahentes. q. iij. de for. competen. & ista opinio est tutior & melior. vidi tamen quandoque in hoc regno iudices Regios compellere clericos capiendo temporalitatem, quam vocant, spectantes ad iudicem ecclesiasticum sub manu Regia, donec fecerit, quæ mandat d. secularis. alibi fusiùs dicam an bene, & quo iure.

Capere aliquem an cogatur priuatus.

9 Priuati tamen non possunt compelli ad capiẽdum aliquem. l. nõ est singulis. ff. de reg. iur. Alber. in l. j. §. fi. ff. de seruis fugit. quia pecuniam possunt recipere pro capiendo, quod non possent, si tenerentur. l. iiij. §. vlt. ff. de condi. ob tur. cau. l. solent. de præscri. ver. Si tamen apparitor præciperet laico, vt eidem authoritate Regia succurreret: dicens *Ayde au Roy*, laicus non debet recusare, qui si non obtemperet, poterit puniri pœna arbitraria, si delinquens euadat: secus si præciperet clerico, cùm seruiens in eum potestatem non habeat, nec secularis iudex iurisdictionem. Masuer. in rub. de pœnis. §. item si seruiẽs. per l. liber homo. in ij. ff. ad leg. Aqui. vide Io. fab. in l. fi. C. de his qui latro. & Luc. de penna in l. vna. col. viij. C. ne rustici ad vllum obsequi. auocen. lib. xj.

Appellari nõ potest à permissione exequendi.

10 Quæro, bailliuus Bituricens. ad requisitionem bailliui Aurelianens. literas quas dicunt de pareatis dedit, seu annexas tribuit: permittẽdo quòd literæ rogatoriæ iudicis Aurelianen. exequerentur in sua iurisdictione: nunquid pars ab istò consensu possit appellare? respondeo non: quia iudex tequisitus non est nisi merus executor, & talis qui tenetur obtemperare requisitioni iustè factæ, vt suprà dixi: ergo pars non poterit appellare: & quia non grauatur pars. Collecta. Innocen. & Panormi. in c. cùm in iure. de offi. delegati. Aufre. in decis. Tholos. q. xlij. requisitus.

Citare quis an possit extra territorium.

11 Ex his ergo posset dubitari, an citare quis possit extra suum territorium. Reperio in hac quæstione plures opiniones, propter quas res est adeò dubia, vt Cæsarea egeret declaratione, vt dicit Angel. in disput. incipien. Bononien. in ij. tamen ne ego pragmaticos opinionibus & non sententiis, ac diceriis onerem, facio regulam: quòd iudex extra territorium suum non potest citare. text. formalis in cle pastoralis. de re iudicata. cle. vna. per locum à speciali, de foro competenti. cum aliis similibus: quia extra territorium ius dicenti non paretur impunè. l. final. vbi Hippolytus. ff. de iurisdictio. omnium iudicum.

12 Amplia, siue fuerit citatio realis. l. sicuti. §. Aristo. & ibi Bal. ff. si seruit. vendic. & d. clem. pastoralis, & d. clemen. vna. de foro competen. Quia est executio, quæ extra territorium non potest fieri. l. cùm vnus. §. finali. ff. de bon. authorit. iudi. possiden. & dicto §. finautem reus. Salice. in l. ij. C. de exhib. reis. si. ue verbalis, quæ etiam non valet facta extra territorium, nisi per literas rogatorias, vt hîc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tum primò, quia extra territorium, &c. vt dixi. Tum, quia citatio est sen- 13
tentia, l. cum clericis, C. de episco. & cler. quæ non potest ferri extra territorium, in quo is iurisdictionem non habet. d. l. fi. & c. quoniam contrà, de probat. nec exequi extra territorium, d. l. à diuo Pio. §. j.

Adhæc actus citationis sumit robur & effectum solum à potestate attribu- 14
ta per citantem, sed citans pedem immittere in alienum non potest. d. §. Aristo, ergo non poterit citare. Fel. in c. fin. col. j. de for. comp. Item, quia initium citationis sumit robur ab ipso iudice, qui est in alieno territorio, tanquàm priuatus, & in iudiciis attendimus initium, l. ij. C. qui legi. pers. stan. l. in vniuersis. C. qui dare tut. possint. insuper in ipso ortu citationis terretur citatus incontinenti, quòd citatio eum apprehendit. Sed in alieno territorio nullus potest terreri, nisi per suum magistratum, qui in hoc est alio superior, l. apud. ff. de man. & Ang. vbi suprà. Ergo citatio extra territorium non poterit fieri.

Item quia non debet mittere falcem in messem alienam, c. nouit, de iud. 15

Præterea executor citando repræsentat iudicẽ, qui mandauit, ar. l. & si præ- 16
tor, ff. de offi. eius. Sed si iudex esset ibi, haberetur vt priuatus, nullámque haberet iurisdictionem, l. iij. ff. de off. præs. ergo nec executor, & sic non poterit citare. Et hanc opinionem paucis tenet Io. Fab. Regni Franciæ Cancellarius in §. fi. in fi. inst. de pœna temerè liti. idem tenuit Nic. de Matha. qui fuit magnus homo in iure, teste Old. consi. lxxxviij. Tertiò quæritur in prin. & Soc. in c. sane, in fi. de for. compet. & hæc opinio etiam de consuetudine est approbata.

Papa quomodo etiam in terris imperii citat.

Primò limita in Papa qui potest aliquem citare in terris non solùm eccle- 17
siæ, sed etiam Imperij, cùm Imperium ab ecclesia dependeat, c. nouit. de iud. l. j. & ibi Bar. in §. præsides, de req. reis. & in extrauag. ad repri in verbo, totius orbis, & in ver. per edictum. sequitur Aret. consi. lviij. diligenter, col. iij. Hip. in l. fi. in fin. nu. 147. ff. de iurisd. omnium iud.

Hodie verò Papa in hoc regno Franciæ non solet citare, vt quis compareat 18
extra regnum, & ideo annullantur quotidie citationes, quæ fiunt, vt regnicolæ compareant Auenioni, vel Romæ, aut alibi extra regnum. Ita extitit concordatum inter sanctissim. d. Papam & Christianissimum Regem. in rubr. de cau. in concord. posset tamen in causis grauioribus, vt ibidem scribitur.

Secundò fallit, quando iurisdictio citantis nulli cohæret territorio, vt in iu- 19
dice delegato, qui existens in vno loco, citat in alieno loco: habet enim potestatem si sit delegatus à Papa, vel à Rege in vtroque loco: sicut delegans, c. cum ea per mundum. ix. q. iij. secus si esset ab ordinario delegatus, quia non potest plus iuris transferre, quàm habeat. l. traditio. ff. de acquir. re. do. Alex. in addi. ad Bart. in d. §. præsides.

Comes Palatinus citare potest.

Tertiò fallit, quando iurisdictio citãtis non esset coarctata, vt in comite Pa- 20
latino, qui habet potestatem legitimandi vbique spurios, & potest in vna ciuitate legitimans citare coniunctos, etiam extra territorium illius ciuitatis existentes, l. omnes. §. verum si apparitor. C. de epis. & cle. Ang vbi suprà. Sed in his tribus non potest dici, quòd extra territorium quis faciat: cùm Papa vbique habeat suum territorium. no. in c. j. de const. & c. nouit. de iud. extraua. vnam sanctam, de maiorit. & obedien. in commu. & comes Palatinus legitimare in hoc regno solet, sed iurisdictionem exercere non nouit.

Quartò, restringe quãdo citans omni iurisdictione caret, sed simpliciter ha- 21
bet

bet notionem: vt arbiter, l. ait prætor, ff. de re iu. In eo enim est eadẽ ratio, sicut in delegato carente territorio. l. diem proferre. & l. sed si interpellatur. §. j. ff. de arbit. Sed & in hac limitatione non dicitur citare extra territoriũ suum cùm nullum habeat: & hoc fit ex consensu partium, quæ sic voluerunt, & non inspicitur iurisdictio, sed personæ, quæ sic compromiserunt.

22 Quintò fallit, quando citatio propriè nõ stat in nomine citationis, sed requisitionis, vt illa qua vtuntur canonici volentes ad actum electionis procedere. c. cum nobis olim. de elect. & c. cum clericis. de præbend. lib. vj. glos. in clement j. de hæretic. ij. in verb. requiescerint.

23 Sextò fallit, quando citatio ordinatur principaliter non ad obligatum citatum, vt compareat, vel det, aut faciat, sed dirigitur solùm ad effectum simplicis intimationis, vtpote sententiam latam hic per iudicem Bituri. is facit eam intimare Aureliæ cum nuncio vel epistola. quod potest, quia actus intimationis non est pars iudicij, nec actorum. Ideo quolibet tempore expeditur, & quolibet loco. l. item veniunt. §. peritam. ff. de petit. hære. glos. magna in l. j. ff. de actio. empt. cle. causam. de elec. c. j. illo tit. lib. vj. & in addit. ad Præpo. in c. j. qui matri. accu. pos. plura scripsi in tract. nomi. q. xiiij.

24 Septimò tempera, quando citatio fierer generaliter contra putantes sua interesse, tunc extenditur etiam ad extraneos, in territorio tamen existentes. Bald. in l. testament. in fi. C. de testa. dicens ita fuisse per sapientes Perusij consultum, quia potius sapit edictum, quàm citationem, & nullum terret, nec adstringit. Et potius videtur quis citatus ad voluntatem exquirendam, quàm ad causam. Alexand. in addit. ad Bart. in l. j. §. præsides. ff. de requi. reis. Paulus & alij in d. l. fi. ff. de iurisdict. omn. iudic. & c. j. qui matr. accu. pos. in addit. ad præpo. tunc non fit extra territorium, sed in territorio, & quia fit contra extraneos inuentos in iurisdictione, ergo erit valida: vt scripsi de hoc plura in tit. de constit. in concord.

Citatio cõtra sua putãtes interesse.

25 Octauò modera quando citatio esset facta per edictum, quia iussus de citando, & etiam ipsa citatio expeditur extra territorium. Ideo non mirum si etiam possint sortiri effectum, sicut sententia lata in vno, ligat etiam existentem extra territorium. Bart. in l. cunctos populos, & ibi alij moder. C. de summa trinit. Docto. in d. c. postulasti. de foro compet. Bartol. in extraua. ad reprimendum. in ver. per edictum. Alioqui sequeretur absurdum, quòd si rei criminis effugerent de loco condemnationis, vel debitores, quòd essent ibi tuti, & sic fraudarentur creditores, quod non est dicendum, secundum Felin. in c. fi. col. j. de foro compet.

De citatione per edictum.

26 Intellige prædicta, quando iudex ignorat vbi sit reus, & vbi degit. secus si sciat, tunc debet citare per literas rogatorias, d. cle. pastoral. Iord. Bricius in d. §. contrahentes. doct. in cle. j. de iud. docui in tract. de citat.

27 Nonò fallit, quando consuetudo esset in contrarium: per consuetudinem enim potest induci, vt quis in alieno territorio posit iurisdictionem exercere. & Ias. & Hippo. in l. fi. xij. limit. ff. de iurisdict. omn. iudic. per text. in l. iij. §. fi. de testib. Bald. in c primo, de testib. cog. text. in c. vt litigantes. in fi. de offic. ordinar. lib. vj.

Cõsuetudo vt quis citetur extra territorium valet.

28 Decimò limita, quando in finibus alterius territorij citandus inueniretur, & ex suo territorio iudex, vel seruiens voce citaret. tunc valeret. argum. l. fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C.de præscrip.long.tem.Bal.in c.cum olim.col.ij.de dolo,&con.Etiam sine literis requisitoriis,dummodò possit is,qui in alieno est territorio,exaudire verbum alterius sæuientis existẽtis in suo territorio,in quo potest citare. no. in l.1.in prin.ff. de verb.obliga.

Vndecimò restringe,quando prima citatio esset facta in suo territorio, vt 29
pote si reus inuentus in loco contractus,& ibidem citatus:posteà aliæ citatio
nes fieri poterunt etiam extra territorium. Inno in c. præterea.de dilatio.c.1.
de rapto.Cardi.in d.cle.pastoralis.Panormita. & Feli.in d.c.fi. & alij doct. in
d.§.contrahentes.

Intellige tamen, quod fit per literas rogatorias,vt hîc.Et ita seruatur in fo 30
rensi iudicio. Alias limitationes videre licet per Feli. & alios in d.c. fi. de foro
competen.

Appellatio à iudice requisito ad quem deuoluatur.

Vltimò,si in exequendo excedit iudex requisitus,an appelletur ad supe- 31
riorem requirentis vel requisiti:vide Bart. & alios in d.l.à diuoPio.§.1.& Au
frer.q.411.scripsi in tracta.de liter.oblig.artic.septimo. vbi multa videre qui
libet potest in 1.Tomo.

Apparitor exequens si ne literis,an in carceres possit conici.

Non poterit tamen dominus loci in carceres detrudere viatorem regium 32
exequentem literas Regias sine literis requisitoriis,vt fuit pronũciatum Bur
degalæ:prout refert Boër.in deci.suis q.8.quinta Martij. Sed arrestare equũ
illius poterit,si tamen seruiẽs executioni à se sine permissu iudicis factæ re-
nunciaret, non debet equus illius teneri,vt fuit decisum in hoc senatu anno
Aresta Praxis apparitorũ exequentiũ sine literis. 1543.die prima Februarij.& poterit posteà viator aliam excutionem de no-
uo facere , quam non debet iudex posteà impedire : ideo cautela est, quan-
do seruiens perperam fecit executionem,vt illi renuncier,& aliam de nouo
faciat.

Et si ledit creancier veut enuoyer vn sergent du lieu,ou il fait sa demeure,il ne sera payé,si n'est comme il eust esté prins au plus prochain lieu du debteur,& dehors le Royaume, seront comme parauant,iouxte ledit style.

GLOSSA QVARTA.

Apparitores nõ sunt mittendi, sed de proxima ciuitate assumendi.

HOC est æquum , ne creditores ex malitia mittant diaboli- 1
cos apparitores, qui omnia debitorum bona in expensis exe-
cutionis consumant, videlicet ne plus recipiant debitores pro
expensis apparitoris missi, quàm si receptus fuisset in illo lo-
co , vbi est debitor,vel si non sit aliquis ibi in loco proximo, hoc tamen
non ita exactè seruatur: etiam in curia parui sigilli,quia sæpius dum debito
res mittunt literas clamoris ad seruientes loci in quo debitor degit , solent
illi colludere cum debitore , & pecunias ab eo recipere , vt executionem
differat,& posteà vix potest recuperare creditor suas literas:ob id solet credi
tor mittere viatores notos. Alia de salariis horum dicam in tracta. de salariis.
Et ne in his amplius remorer, hanc materiã executionis paruis sigilli aduoca
tis Montispessulani in hoc instructis relinquam,qui ista illustrare poterunt.
Finem igitur faciam: gratias de his Deo Opt. Maximo, virgini Mariæ, ac om
nibus cælicolis agens. Amen.

Tractatus

TRACTATVS DE RESTITUTIONIBVS & releuamentis,in iudiciis admodum quotidianus & vtilis.

Summa totius tract.

1 RESTITVTIONVM materiam frequentissimam,in cu-
rissque Franciæ maximè agitatam intuens,in ordinem redi-
gere vtilia , iure & praxi communi fundata, & quàm bre-
uissimè potuit affectaui.In primis dicam quid sit restitutio.
Secundò,vnde dicatur. Tertiò,quis eam concedere , & co-
ram quo possit.Quartò,quibus concedatur. Quintò , con-
tra quem.Sextò,quibus ex causis. Septimò, ponam differentias inter restitu-
tionem & appellationem.Octauò,elucidabo leges Regias huic materiæ con-
gruentes. In quibus elucidandis multa de restitutionibus præcipuè minō-
rum,tractabo.

Princeps Dei instar restituit.

2 Et sicut Deus Optimus releuat eos qui oppressi sunt:vt scribitur Iob 12.c.
sic & Dei instar princeps terrenus diplomatis patrocinio læsos alleuat , & in
integrum restituit , vt etiam ibi dicitur. Et de hac principis restitutione infe-
rius scribam.

Noua autoris definitio restitutionis.

3 Ad primum veniens, restitutio est ad rem , & ius pristinum re-
ductio.hæc definitio probatur in l. quod
si minor.§.restitutio autem ita facienda est , vt vnusquisque in integrum ius
suum recipiat.ff.de minori.vel est sui iuris integri receptio.Ibidem probatur.
Nempe aut respicimus iudicem , & iudex dicitur reducere,vel reddere , pars
verò recipere ius suum quod amiserat.probat ibi text.iubeat prætor empto-
rem fundum cum fructibus reddere, & pretium recipere.Ideo vt comprehẽ-
datur vtrunque,potest addi reductio seu receptio,quia iudex reducit & pars
recipit.Et ista reductio & receptio ad rem vel ius pristinum est restitutio, vel
ad pristinam causam reductio.l.quæsitum.§.ex hoc interdicto.ff.de precar.
Et sic tantum tribuit restitutio , quantum abstulit læsio.l.fin.C.de sentent.
passis.

Doct.definitio restitutio, reprobatur.

4 Quod autem attinet ad definitionem doct.non mihi probatur,quòd re-
stitutio sit in pristinum statum repositio , nempe status non continet rei , vel
iuris restitutionem , quod debet continere.l.j.C.de sentent.pas.ob id definī-
tio illorum non est tuta , nec continet singula definiti membra,vt debet per
l.j.ff.de dolo.Ideo teneas superiorem,vel aliam afferas meliorem.

Princeps restituit, licet lex prohibeat restitutionem

5 Item repositio , significat iterum ponere in pristinum statum , & tamen
restitutio ponit tantùm in pristinum locum ius,non verò reponit. Igitur de-
finitio non est bona, & quia non probatur iure:quamuis doct.hactenus eam
approbauerint,ego puto alteram meliorem. Sed in his non insistam,cùm sa-
tis sit intelligere vocabulum, & descriptionibus contenti veteres fuêre.vide-
te text.in l.si locus.ff.quemadmodum seruit.amitta.ibi , seruitus quoque in
pristinum statum restituitur.

6 Notandum est, quòd licet Imperator statuat aliquem non esse restituen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum.vt in l.prouidendum.§.siquis verò.C.de postul. & beneficium principale non valere.l.mancipia.C.de ser.fugiti. Tamen adhuc potest princeps illum ex causa restituere non obstante illa prohibitione, & illius facta mentione.l.fi.C.si contra ius.quia non potest sibi imponere legem, à qua non liceat recedere.l.princeps.ff.de legib.& stolidi quidem videntur legum compilatores,qui ei potestatem auferre volunt. Quod facit ad intellectum multarum ordinatio ex publicatis anno 1539.vbi hoc statuitur, vt princeps hoc non possit concedere,& si concedat,non valeat,sed opus est derogatione illius ordinationis,quia non potest esse princeps,qui ex causa non possit suis legibus derogare.c.dudum de præbend.in sexto.l.1.& l.leges sacratissimæ.C. de legib. Ideo in hoc insistere princeps debet,an iusta causa suadeat,& tunc restitutionem non prohibeat. si autem nulla sit causa,vel friuola,nullam impartiatur restitutionem.

Interdū denegatur alicui de iure cōmuni restitutio,sed iure adhuc speciali & literæ restitutionis concedi poterunt.l.procurator qui pro euictione,ibi obligationis tamen onere prætoris auxilio non releuatur. ff. de procura. quia principale auxilium non excluditur,quanuis commune sublatum sit.l. postquàm.C.de pact.iuncta gl. & plenè iurium interpretes. 7

De verbo Releuare- Item iurisconsultus sæpius hoc verbo Releuare vtitur,vt in l.& post.§.1 ff. de transactio.l.i.in fine.de edend.l. etiam de minori. l. item mela. ad legem Aquil.l.in eos.de custod.reor.l.2.de adulte.l.& Atrilicinus.in fin.de seruit.rustic.prædl.final. §.hac actione. nautæ caupo.l.nomen,§. fina.de lega. 3. & l. quamuis. ad Velleia, vbi sæpius exprimitur.& in l.alterius.de tutel. & ratio. distra. Et Papa subiectos suós ab expēsis & laboribus releuari summopere cupit.c.vt litigantes.de offic.ordinar. in sexto.& Imperator vult auaritiam cessare,& iustitiam,& veritatem seruari,quibus Deus placatur,& respublicæ releuantur.l.1.§.optamus.C.de offi,præfect.prætor. Aphric. facit c. primum ne sede vacan. 8

Leuamentum. Leuamentum inuenitur in l.3.in fi.ff.si famil.furt.fecisse dicatur.de hoc abundè scripsi in l.qui neque.§.solutum.ff.de verborum signifi.alij habent l. solutum pro capite legis ibidem. 9

Vnde dicatur restitutio. Secundò, vnde dicatur restitutio? Respondeo à verbo restituo,de quo plura scripsi in l.restituere. & l.cùm prætor.ff.de verborum significatio.ideo hîc sisto ratem. 10

Quis potest restitutionem concedere. Tertiò, quis istam restitutionem concedere possit? Respon. text.in l.in causæ.2.§.fin.cum l.sequen.ff.de mino.vbi sic scribitur, Nunc videndum est, qui in integrum restituere possunt, & tam præfectus vi bis, quàm alij magistratus pro iurisdictione sua restituere in integrum possunt. & sic quilibet iudex ordinarius.sic consuluit Panorm.consilio 87.dominus Abbas.in j.vol. 11

Etiam delegatus Papæ.c.causa restitutionis.de in integr. restitu.& l.vltim. C. vbi & apud quos in integ.restit.postula.Hostien.in summa ibi.§.1. & hoc seruatur in curiis ecclesiasticis. † Sed in curiis secularibus regni non recipitur restitutionem petens,siue maior,siue minor, nisi à principe literas restitutionis impetrauerit.Et Augusti remedium ad hoc implorandum est,quod non deficit iustè supplicantibus.l.ille à quo. §.penulti.ff.ad Trebel.Bald. in l.si frater. 12 13

Solus Rex in Francia restituit seu Cancellaria loco eius.

l.si frater.C.qui testa.facere possunt.& alibi dicit text. in l.ij.in fine. ff. de rebus eorum.Imperiali beneficio opus esse,& alibi beneficio principis subuenietur.l.fina.ff.de statu.homi.& alibi ait iurisconsul.in l.diui. ff. de pœnis. in hæc verba in integrum restitutio concessa est:sed id duntaxat à principibus fieri potest.& quamuis ille text.loquatur in criminibus,idem tamen seruamus secundū vsum Franciæ,etiam in ciuilibus per prædicta,facit.l.j.C. vbi & apud quem.Ibi princeps enim solus contra sententiam procuratorū suorum in integrū restituere solet.† Hodie quęlibet Cancellaria Franciæ etiā solet concedere restitutiones,tam ex consuetudine generali regni Franciæ, quàm etiā ex illarū institutione,sed hoc faciunt nomine Regio,& non aliâs c.porrecta.de confirm.vtil.& probatur in tract.de rescrip.& literis Regiis, hoc Tomo.& vbi à Rege dicimus concedi,non excludimus Cancellariam, nisi in quibusdam casibus meri Imperij maximi,qui in magna tantùm Cancellaria conceduntur:vt dicam in titu.de Cancell. 14

Cancellariæ Franciæ literas restitutionis cōcedūt.

Item curia parlamenti restituit etiam sine literis,vt audiui anno 1539. circa finem mensis Maij,pro quadam filia de Molinis,quæ renunciauerat successioni paternæ.Et consuetudo eam sic coniugatam faciebat maiorem: verùm quia probatum fuerat eam tempore matrimonij contracti fuisse nouem tantùm annorum,& læsam:ideo eam ad petendum diuisionē nonobstante renunciatione,& sine literis admisit magna camera. 15

Parlamētū interdum restituit sine literis Regijs Arestum.

Coram quo restitutio petenda.

Item dicunt qui dam petendam restitutionem coram iudice à quo : vnde si minor appellauerit, & non sit velit restitui,debet peti restitutio prosecutus appellationem, si aduersus illā coram iudice ad quem,quia coram eo contingit læsio, 16

Item dicunt

Si verò restitui aduersus omissam appellationem cupit,tunc restitutio à iudice à quo concedi debet.Nam ab eo contingit læsio, cùm coram eo sit appellatum.Bar.Bal.& alij in l.prędes.C.de appel.quos sequitur Carolus ruinus in consi.cxix.videtur.nu.17.in quinto volu.& Aufrer. in decis. Tholos. quęstio.cccxcij.vbi minor,qui nō se præsentauit coram iudice ad quem, debet coram iudice à quo restitutionem petere.Propos.& alij.in cap.ex ratione de appell. 17

Sed quamuis doct.ita scribant,si minor non poterit restitutionem coram iudice à quo,poterit tamen impetrare literas directas iudici ad quē,si causa coram eo tractetur,cui mandabitur.vt si de narratis constiterit, eum restituat.Et ita solemus exercere in Francia.Si verò causa non tractetur corā iudice ad quem,tunc poterunt dirigi literę iudici à quo si is fuerit Regius: alioqui alteri Regio.Et ita seruamus quicquid in iure scribatur. 18

Restitutio an coram iudice domicilii sit petēda.

Item licet in iure sit controuersum,an restitutio sit petenda coram iudice domicilij,quod quidam affirmant,quia iudicium rescindens præsupponit personalem actionem,quæ coram iudice domicilij intendi debet.l.quoniā C.vbi & apud quem.Alij coram iudice rei sitæ arbitrantur,per l.j.& per totum.C.vbi in rem actio.& l.j.vbi de hæred.agitur. 19

Tamen in hoc regno in electione actoris est, vt impetret literas Regias, vel coram iudice domicilij defensoris,vel rei sitæ:dummodò quilibet fuerit Regius,& proximè ab eo ad Senatū appelletur,sicut in actiō e mista,de qua per Bartol.in l.fina.C.vbi in rem actio.& videtur statutum in ordinat.Reg. 20

Universidad de Deusto
Biblioteca

rubr.*des Seneſchaux*,ordi.xxvij.articu.xviij.ibi *cognoiſtront auſsi*,& quę dixi ſuprà eodem,in præfa.& in tract.de reſciſſ.contract.in glo.xxj.

Quibus reſtitutio concedatur. Minoribus conceditur reſtitutio.

Quartò, quibus reſtitutio concedatur? Reſpon.læſis & deceptis.l.ij.ff. de mino.& l.j.de in integ.reſt.

Aliquando ratione ætatis ſuccurritur aliquibus,vt minoribus, & de his 22
tractatur in rubri.ff.de minorib.& in rubric.C.de in integrum reſtitu. cum
ritu.ſequen.& dicetur inferius.Et minores quicquam iure agere prohiben-
tur.l.fina.C.de ſentent.paſsis.& non ſolùm minoribus,verùm ſucceſſoribus
quoque minorum ſubſtitutis,& fideicom.l.non ſolum. ff. de in integ.reſti-
tutio.& in l.minor autem.§.fin.cum lege ſequen.ff.de minorib. Patri pro fi-
lio omnimodò reſtitutio præſtanda eſt,licet filius reſtitui nolit.l.patri. ff. de
minori.quia de incommodo patris agitur,qui de peculio tenetur. ibid. Ta-
men ei,qui ex voluntate eum defendit,denegatur reſtitutio.l.eum qui.ff.de
minorib.

Maioribus reſtitutio cõceditur.

Interdum verò ſuccurritur maioribus ex cauſa abſentiæ reipubli. læſis, 23
vel militiæ,ſeu alia ex cauſa neceſſaria & iuſta,& tunc etiã quia variæ ſunt
cauſæ,ex quibus reſtitutio conceditur:ob id multæ ſunt etiam de his conſti-
tutę leges,in tit.ff.& C.ex quibus cauſis maior.in integr.reſtituãtur.& abeſſe
reipublicæ cauſa eos ſolos intelligimus,qui,non ſui cõmodi cauſa, ſed coa-
cti abſunt.l.reipublicę.ff.ex quibus cauſis maio.ſed hodie pauci eſſent,quia
procurant cùm eos abeſſe neceſſarium eſt ſui commodi cauſa,vt dentur pe
cuniæ ciuitatis pro quadam cauſa ciuitatis effecta,&agunt ſua,non ciuitatis
commoda.Ita vidi in multis Franciæ vniuerſitatibus.Et in hoc rectores dici
tur,Muli mutuò ſe ſcabunt.

Eccleſia reſtituitur.

Nonnunquam eccleſia contrahit & læditur.Et illi etiam ſuccurritur, vt 24
per totum de reſtit.in integr.in decretal.ſexto.& clemen.& inferius aliquas
exprimam cauſas.

Differentia inter reſti. maioris & minoris.

Eſt tamen differentia,quia minor reſtitutionẽ poteſt de iure petere vſq; 25
ad vigintinouem annos.& ſic intra quadrienniũ poſtquam eſt effectus ma-
ior.l.fi.C.de tempo.in integ.reſti.peten.hodie in Francia intra trigintaquin
que annos,vt inferiùs dicetur,arti.ij.

Maior autem tenetur reſtitutionem petere intra quadriennium, à tem- 26
pore læſionis computandum,dicta l.fina.& idem in eccleſia ſcribitur in cle
men.vna.de in integr.reſtit.releuari tamen interdum etiam vſque ad trigin
ta annos vidi eccleſiam lęſam.

Reſtitutio minorum fauorabilior quàm maiorum.

Item fauorabilior eſt reſtitutio,quæ competit minoribus,quàm maiori- 27
bus,etiam reipub.cauſa abſentibus.Bald.in l.fina.ff.de in integr.reſt.gloſſ. in
l.necnon.§.primo.ex quibus cauſis maio.Areti.in l.cùm quidam.in princip.
colum.ij.de acquir.hęred.SequiturCarol.Ruynus conſi.xcix.viſo.in primo
volu.nu.5.quamuis gloſſ.& quidam doct.contrarium tenent, quibus Areti.
in d.l.cùm quidam.reſpondet.Et prima ſententia facit tex.in l. verum. in fi.
ff.mino.vbi ætatis ratio magis habetur,quàm ſenatuſconſulti:quia eſt natu-
ralis & fauorabilis.

Cõtra quem reſtitutio detur.

Quintò videmus contra quem reſtitutio detur? Reſpon. contra eum 28
cum quo contractum,vel actum eſt,vel eius hæredem, vt do-
cet Hoſtien.in ſumma de reſtit.in integrum.§.contra quem.

Etiam

20 Etiam minor contra minorem reſtituetur,l.verum.in fi.ff.de min.

30 Item eccleſia aduerſus eccleſiam. ca.auditis.&cap.ſuſcitata.de in integrum reſtit.

31 Limitatur primò,quando ſecundus emptor ſciebat venditorem habuiſ- *Contra poſſeſſorẽ quãdo reſtitutio detur.*
ſe cauſam à minore,tunc minor aget contra rei poſſeſſorem: quia ratione
ſcientiæ videtur eſſe in mala fide.tex.in l.in cauſæ.j.§.fina.cum l. ſequent.ff.
de minorib.

32 Secundus caſus eſt,quando venditor non eſt ſoluendo,tunc contra poſ-
ſeſſorem agetur, & poſſeſſor contra ſuum authorem,ne minor rem ſuam
perdat,vel re ſua careat d.l.fina.

33 Tertius caſus,quando minoris intereſſet habere potius rem venditam,
& corpora. quàm pecuniam.l. ſi ex cauſa.& gloſ.in l.planè.ff.de mino.ſic
conſuluit Alexan.conſi.lxvij.videretur.col.ij.in v.vol.

34 Nos verò Galli in praxi ſolemus impetrare literas contra vtrunque,cõ- *Praxis reſtitutionis contra emptorem.*
tra primum venditorem,vt veniat ad videndum reſcindi venditionem: cõ
tra emptorem verò & rei poſſeſſorem,vt reſciſſa vẽditione reſtituat rem:&
ſic vno iudicio reſcindens,& reſciſſorium cumulantur,vt ſæpiùs ſcripſi fieri
poſſe,& cauſa vitandi circuitum.l.cùm fundus.§.ſeruum.ff.ſi certum peta-
tur.Et pro hac praxi facit text.in l.in cauſæ.prima.§.primo.in fine.ff.de mi
nori.Ibi & puto totius aduerſus vtrunque,& ego hanc ſententiam in publi
co auditorio ſum conſecutus,vt in ſimili dicit Marcel.in l.prima,in fine.ff.
ne de ſtatu defunct.

Loys xij.Artic.lviij.*publiées* 1512. Articulus primus.

Item qu'en tous relieuemens.

GLOSSA I.

Quibus ex cauſis reſtitutio concedatur.

1 ISTE articulus eſt vtilis,in quo poteſt ſolui ſexta quæſtio, vi-
delicet,quibus ex cauſis reſtitutio concedatur. Reſpon. variis
ex cauſis,quæ facilè numerari poſſent.Sed quaſdam in vſu fo-
renſi magis frequentes exprimam.nam ſicut releuari Papa ſub-
iectos ſuos ab expenſis & laboribus ſummoperè vult.c.litigantes.de offi.or
din.Sic & Imperator cupit auaritiam ceſſare,& iuſtitiam & veritatem re-
ſeruari:quibus Deus placatur,& reſpublicæ releuantur.l.j.verſ.optamus.in
fi.C.de offi.præf.præt.Aphricæ,& paſsim Gallicè vno & altero vtimur vo-
cabulo,*reliefet reſtitution*.

Reges & principes læſis ſubueniunt.

2 Hodie verò Reges & principes læſis ſuccurrunt,maximè Rex noſter in
hoc regno,vt ſuperius dixi.Et quod medicamenta morbis,hoc Rex exhi-
bet negociis.in authen.hæc conſtitutio.in nouis conſtitutio.colla. vj. Nil e-
tiam eſt tã peculiare Regiæ maieſtati,quã humanitas,per quã ſolã Dei ſer-
3 uatur imitatio.l.fi.C.de do.inter vi.& vxor.† Sciẽdum breui eſt aliquas in
vſu forẽſi eſſe cauſas,ob quas princeps diplomaticas cõcedit reſtitutiões,re *Ætatis gratia conceditur reſtitutio & quis prius.*
ſtituere & releuare ſolet. Primò,ætatis ratione,& is qui prius iſtis minori-
bus melius & vtiliùs ſubuenit,fuit Latorius,qui lege lata contra decipiẽtes
adoleſcentes plenè eis ſubuenit:deinde prætores, vt in l.j.per totum.ff.de

Universidad de Deusto
Biblioteca

minorib.hoc docet do.Ayma.Riual.in hiſtoria iuris ciuilis.lib. ſecundo.de lege legatoria.

Vnde releuari vidi minores in contractibus,& aliis actibus etiam iura- 4
tis deceptos,contra authent.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendit. quæ
Minores etiam ſi iurauerint, reſtituuntur habita diſpenſatione iuramenti. eſt mors & deſtructio adultorum,ſi ſeruaretur,teſte Luca de Penna in l.ter
tia.colum.tertia.C.de præd.&curial.libro decimo.quãdo dicit inuiolabili-
ter cuſtodiantur.veruntamen quia iuramentum non debet eſſe iniquitatis
vinculum,c.& ſi Chriſtus.de iureiuran.ideo princeps releuat minorem ha
bita diſpenſatione iuramenti:vnde dixi in proœmio ordinationum in pri-
mo Tomo non ſeruari illam authen.ſacramenta,quia habetur poſt diſpen
Renunciatio reſtitutionis non valet. ſationem,ac ſi non iuraſſet.Iaſ.& alij in dicta authen. ſacramenta.† Etiam 5
ſi minor cum iuramento renuciauerit reſtitutioni,quia releuari ſolet,nec
valet renunciatio.Bald.in l.ij.quæſtio.ix.C.de reſcindend. venditio.gloſſ.&
doctor.in l.ſi iudex.ff.de minorib.Corne.conſil.clxxvij. viſa copia. colum.
vlti.in tertio volumi.Et ea facilitate qua contrahit, & renũciat.† Ideo di- 6
ſpenſationem iuramenti petere poteſt ab epiſcopo,etiam non vocata par-
te, quæ tamen poſteà vocatur in literarum reſtitutionis comprobatione,
ſeu interinatione in hoc regno,quamuis contrarium teneant doct.in c.pri-
mo.de iure iuran.videlicet vocandam partem in iuramenti diſpenſatione,
quod non ſeruatur in vſu foren.quia pars non cenſentur lædi.Nam ex com
probatione literarum tantùm læditur,& aliquando habita iuramenti di-
ſpenſatione literæ non comprobantur.Ob id in approbatione reſcripti par
tem vocare oportet, vt abundè ſcripſi in interpretation.l. ſi quis pro eo.ff.
de fideiuſſ.vbi etiam ſcripſi,quando diſpenſatio principis ſecularis ſuper iu
ramento requiratur vltra omnes doct.

Secundò reſtituitur quis vt agat,per textum in l.ſecunda.ff.de except. 7
Reſtituitur quis vt agat. rei iud.& ad actionem amiſſam.l.ſi plures.ff.de fideiuſſ.

Renunciãs bonis paternis relenatur. Tertiò releuatur filius,vel filia ſi renunciet bonis paternis,maternis, vel 8
fraternis,etiam ſi cum iuramento,iuxta capit.quamuis pactum de pactis.
libro ſexto.not.in l.pactum quod dotali.C.de pact.&l.pactum.de collatio.
impetrando in hoc regno literas à Rege ſeu eius Cancellaria,habita poſteà
diſpenſatione iuramenti à ſuo epiſcopo,iuxta not.per Panormit. in c.j.de
iureiurand.

Quartò, mulieres alienationi rei dotalis conſentientes,ex gratia prin- 9
Reſtituitur conſentiens alienationi rei dotalis. ceps releuat,licet iurauerint non venire contrà,ſi deceptas ſe dicant,&pro-
bent.authen.ſiue à me.& per totum C.ad Velleia.& ca. cùm contingat.de
iureiurand.habita(vt dixi)iuramenti diſpenſatione.do.dePetruc.in tract.de
effectu iuram. in viij,effectu. Ideo his caſibus quando pars dubitat ne pars
contractum petat infringi exhac cauſa,vel alia,poterit petere ab eodẽ prin
cipe,vt confirmet contractum inter eas factum,teſte Bartol. per illum tex.
in l.ſi quos.C.de decurio.libr.x.ſequitur Iaſ.in l.j.col.iij.C.de carbon.edict.
Sed hoc iure in Francia non vtimur,verùm ſolent cauti procurare,vt per iu
Deceptus vltra dimidium iuſti pretij reſtituitur. dicem vel ſenatum confirmetur actus,& non per principem,tamen adhuc
datur reſtitutio ex iuſta cauſa.

Quintò,releuatur emptor vel venditor deceptus vltra dimidiã iuſti pre 10
tij.inſequendo l.ij.C.de reſcin.ven.c.cum dilecti.& c.cum cauſa.de cõtrah.
empt.vt

emp.vt videlicet venditio caſſetur & annulletur,aut iuſtum ſuppleatur pre
tium.Et hoc iuxta iuris diſpoſitionem, tamen in hoc regno ſine literis Re-
giis iudex non procederet ad hunc contractum reſcindendum:vt plenè ſcri
pſi in tracta.de reſcif.contractu. in glo.15.

Aduerſus geſta vel cõtracta me tu relcuatur quis. 11 Sextò releuatur, qui metu vel contraxit, vel aliud egit. nam quæ metus
cauſa geſta ſunt,non habet rata Chriſtianiſſimus Franciæ Rex,ſicut nec olim
prætor l.j.ff. quod metus cau. etiam ſi iuramẽtum interuenerit habita illius
diſpenſatione.c.ſi verò. de iureiurand. & not. Iaſ. in d. authen. ſacramenta
puberum.& ſcripſi fuſius in tract.de reſcif.contract in gloſſ.12.

Fruſtra impetratur quod iure conceditur. 12 Dicit quis, fruſtra impetratur quod iure communi coceditur.l.vna. C. de
Theſaur.lib.10.gl.in c.nuper.in verb.componendum.de decim s. Reſpon.ſæ
pe enim poſtulatur,quod de iure communi conceditur ratione ſubſiſtente,
videlicet vt in hoc recognoſcatur princeps.c. ex tuarum. de vſu pallij.c.quia
in cauſis.de procur.c.& ſi Chriſtus.in fin.de iureiur.c.2. de dona. Tum quia
plus timeri ſolet,quod ſpecialiter præcipitur,quàm quod generaliter impe-
ratur.c.quanquam.23.diſt.c.1.& ibi gloſſa de reſcrip.c.ſi aduerſus.de hæretic.
& plus valẽt ſpecialiter expreſſa,quàm generaliter.l.4.§.quæſitum. ff.ſiquis
cautio.§.ſi verò filios.in authen. de nup.colla.4. Tum etiam quia aliquando
impoſſibile eſſet iudici aliquem reſtituere,vtpote aduerſus libertatem amiſ-
ſam,tamen princeps ex magna cauſa reſtituet.tex.no.in l.ſi ex cauſa.§.ſi. cũ
l.ſeq.ff.de minorib.

Priuilegia interdum cõfirmatur. 13 Ad hæc quia interdum datur in mandatis,quòd in iuris corpore contine
tur.c.mos eſt,& c.conceſſo.12.q 2. ſpecialia interdum priuilegia per princi-
pem ſcripta lege confirmantur.l.fina.C.de aquæductu. lib.11. & quod iuſtè
actum eſt ad auferendum ſuſpicionem,aliquando à principe confirmatur.l.
ſacrorum.12.q.2. Et per vnam legem indulta, per aliam legem roborantur.
l.2. de curialib.vrb.Ro.lib.11.& l.ſolita. de cohorta.lib.12.& quod per vnam
legem eſt ſtabile,per aliam legem ius quæſitum perſonis ſingularibus,vt aga
tur,ſecurius confirmatur.l.2.C.de prædiis. Tamiac.lib. 11.Lucas de Penna in
l.vna,col. tertia.C. de Caſtren.Pala. pecul.libro 12.& in l. cognouimus. C.de
municip.& colo.libro 11. Chaſſa.in conſuetud. Burgund.in rubric. *des ſucceſ*
In Frãcia à Cancellaria multa impetrantur, quæ iure cõmuni conceduntur. 14 *ſions.* in §.13.gl.vlti. † Hæc procedunt maximè in hoc regno Franciæ,in quo
ſumus ſoliti à cancellaria multa impetrare,etiam ſi iure communi concedan
tur, & aliàs iudex non procederet ad concedendum ea,etiam quæ iure com
muni conceduntur,quia iſta ſunt conſuera in hoc regno fieri, prout ſæpius
vidi,maximè in hac patria conſuetudinaria, in qua pro lege eſt conſuetudo.
l.de quibus ff.de legib.ſcripſi in tractatu de conſuetudine. & minimè mutã-
da ſunt, quæ certam ſemper interpretationem habuerunt.l.minimè.ff. de le-
gibus.

Ab interruptione proceſſus relcuatur quis. 15 Septimò impetrant quidam in hac patria literas releuanti ab interru-
ptione proceſſus,qui per annum fuit intermiſſus, & diſcontinuatus:alioqui
poſt interruptionem lata ſententia non valeret. l.ſcire.§.conſequens & ſeq.
ff.de excuſatio tuto.l.cùm non eo die.C. quando prouoca. non eſt neceſſe.
Boër.in §.vigeſimoterrio,de iuriſdictione omnium iudicum. in conſuetud.
Bituricen.

16 Intellige ſi annus tantùm fuerit lapſus, ſecus ſi triennium, quia tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

princeps non ſolet literas concedere poſt peremptam inſtantiam, licet ex cauſa poſsit, l. & ſi ſine. in fine. ff. de mino. & l. properandum. §. fi. C. de iudic. Soci. conſil. 299. capio. colum. 2. volum. ſecundo. ſed hoc prohibetur in ordinat. Reg. rubric. de appellatio. artic. 14. ſed minoribus conceditur, in dicta l. & ſi ſine. §. fin. & in dicta. l. properandum, in fine. ac etiam ex cauſa vidi maioribus concedi.

Aduerſus iuramentū iudiciale vel neceſſarium propter inſtrumēta de nouo reperta quis reſtituitur.

Octauò, reſtituitur quis poſt iuramentum iudiciale, vel neceſſarium, de- 17
latum, ſi inſtrumenta de nouo inueniret. l. admonendi. ff. de iureiur. vbi Franciſc. & alij. ſcripſi in interpret. illius legis. & in proœmio ordinario. in primo Tomo.

Quòd quis nō appellauerit illico reſtit.

Nonò, qui in patria conſuetudinaria non appellant ilico, vt docet text. 18
in articul. primo, rubr. de appell. in ordinatio. Regis poterunt à principe releuari, & quotidie conceduntur literæ releuamenti de ilico, vel ſi minor non prouocauit intra diem. l. & ſi ſine. §. penul. ff. de mino. Aliquando etiam poſt decem annos à die notitiæ vidi aliquem maiorem reſtituturum, qui tamen ſtatim poſt conſilium à peritis habitum appellaſſe ſe dicebat: vt ſcripſi in proœmio ord. in primo Tomo.

A non releuata appellatione princeps reſtituit.

Decimò, quando quis non releuauit appellationem ſuam intra tres men- 19
ſes, appellario eſt deſerta. articul. 5. rubric. de appell. in ordin. Reg. tamen interdum releuatur à principe ex cauſa iuſti impedimenti, vt eam releuare & proſequi poſsit, vt ibi fuſiùs dicam. Ordinatio tamen Regia nouiſsima prohibet literarum impetrationem, in rubric. de appell. artic. 14. Sed in hoc non eſt in regno recepta, ſed ſolet Rex ex iuſta cauſa impedimenti releuare, ſed interim executio ſententiæ remanebit, vt eſt in articul. 6. rubric. de appell. vel quando in vno reſcripto vult duas releuari appellationes, ſolet princeps hoc concedere.

Contra ſententiam reſtitutio conceditur vt poſsit condemnatus appellare.

Vndecimò, releuat princeps à ſententia & re iudicata per in integrum re- 20
ſtitutionem. l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact. Alexand. conſil. 84. in cauſa columna 3. in primo vòlu. & multa ſcripſi in tract. de liter. ciuilib. in primo Tomo: & ideo in hoc regno ſolet princeps quem releuare à ſententia inferioris iudicis, vt condemnatus appellare poſsit, & non aliàs.

Etiam minor aduerſus vnum capitulum ſententiæ reſtitui poterit, per l. 21
etiam. §. primo. & l. tutor. §. primo. ff. de minorib. quod eſt verum, quando capitula non ſunt connexa, quia etiam appellari tunc in dicto capitulo poſſet: cap. Raynutius. de teſtamen.

Aduerſus tres ſententias conformes non debet quis reſtitui.

Sed non debet quis reſtitui aduerſus tres ſententias conformes, niſi prius 22
iudici conſtet de iniuſtitia earum. Innocen. in c. audtis. & c. tum ex literis. de in integ. reſtitu. Aufrer. in deciſ. Tholo. quæſtione 389. doc. in cle. 1. de re iudic. ſcripſi in titulo de friuol. appel. in concord.

A nullitate releuatur.

Duodecimò, releuat princeps à nullitate. Guido Papæ, conſilio 83. non 23
poteſt dominus. columna penultima. ſed hoc per appellationem. ſolet enim princeps permittere vt quis appellet, & ſine appellatione non ſolet quis allegans nullitatem in hoc Franciæ regno admitti. Et ideo releuatur, vt poſsit appellare: vt dico in ordi. Reg. art. vlt. rub. de ſentent. quamuis ſit contra ius: quia à ſententia nulla non eſt neceſſe appellare. l. 1. C. quan. prouocare non eſt neceſſe. Sed hoc iure vtimur, vt ibi dicam.

Duodecimò

Admittitur ad probādum quis poſt concluſionem in cauſa per literas.

24 Duodecimò, poſt concluſionem in cauſa non poteſt quis probare. c. cùm dilectus de fide inſtrumen. ſolet tamē releuari ſoluendo expenſas antequàm didicerit teſtificata: vt ibidem paret per Felinum, & alios in c. fraternitati. de teſtib.

Aduerſus iuramentū & renuncīationem fideicō. quis reſtituitur.

25 Decimotertiò, ſiquis iurauerit ſibi legatum tactum, & poſteà apparuit teſtamentum, per quod apparuit contrarium, tunc ex hoc teſtamento nouiter inuento poterit reſtitui hæres, per l. fi. C. de reb. cre. Et idem ſi ignorans fidei commiſſum illi renunciauerit. l. de fideicommiſſo. vbi doct. C. de tranſactio. l. de his ff. illo tit & iſta eſt communis concluſio, à qua non eſt in iudicando diſcedendum, teſte Alexan. conſilio. 119. perſpectis. col. 1. volu. 5. quod eſt verum, ſi iuſta detinebatur ignorantia, vt ibi.

Contra præſcriptionem reſtit.

26 Decimoquartò releuat princeps eum contra quem præſcriptū eſt ex cauſa ignorantiæ, & impedimenti, etiam contra præſcriptionem triginta annorum ex cauſa. tex. in l. 1. §. ſiquis autem. ff. de irine. actúque priuat. & in l. ſi partem. §. 1. iuncta gloſſ. quemadmodum ſerui. amittatur. Alexand. conſilio 71. videretur. colum. 2. in primo volumi. vbi dicit etiam reſtitui contra præſcriptionem quadraginta annorum, per gloſſ. in §. pro temporalibus. in authenti. de eccleſiaſti. titu. colla. 9. & Imol. in capitu. fina. de præſcrip. plenè Panormi. & Feli. in capitul. vigilanti. ibidem. columna 1. & ſequent. & iſta eſt communis opinio teſte Bertrando in conſil. 15. ex themate: in 6. quæſtione. numero 40. & ſeq. & conſi. 29. in primo volumi. ex noua editio. Et iſtam ſententiam ſecutus eſt Carol. Ruinus conſilio 63. videtur. in fi. volu. 1. & conſilio 26. videtur. columna penul. in tertio volu. & conſi. 103. viſo in fine. in quinto volumi. ac Aretinus in l. Pantonius. ff. de acquiren. hæredi. Quanuis multi teneant contra, tum quia hæc præſcriptio parit pleniſſimam ſecuritatem. l. omnes. in fi. C. de præſcrip. triginta ann. tum quòd non debet quis pati moleſtiā poſt quadraginta annos. l. fi. C. de fund. patrimo. l. 11. Sed reſpon. verum eſſe de iure communi, ſed de iure ſpeciali ſic. per reſtitutionem enim & excluſionem remediorum non excluditur reſtitutio, & beneficium principis. l. poſtquā liti. iuncta gl. &. de pact. & multa pro hoc ſcribit Ioan. Franciſ. in tracta. de præſcr. in quarta parte quartæ partis q. 29. Et ſecundum iſtam opinionem fuit iudicatum Neapoli, vt refert Mathæ. Afflict. in deciſi. ſuis, quæſt. 37. quædam Altruda. Et ego multas tales reſtitutiones ex capite ignorantiæ, & iuſti impedimenti vidi impetrari.

Contra contumāciam reſt.

27 Decimoquintò releuat princeps à contumacia, quando pars ex ea notabile præiudicium incurreret, quod arbitrio principis relinquitur. l. 1. ff. de iure delibe. ſolutis tamen parti aduerſæ expenſis. l. ſancimus. C. de iudi. dicam in tract. de contumacia. & defectu in tertio Tomo ordinat. ſed minor in hoc ſimilè reſtitui ſolet. l. minor etiam. ff. de mino.

Contra errorem aduocati vel procurat. reſtit.

28 Decimoſextò, releuatur pars contra errorem aduocati, vel procuratoris, etiam poſt triduum literis à Rege impetratis. l. vltima. C. de erro. aduoca. c. licet. ibi de iure non detur, niſi triduum: tamen hoc etiam poſteà concedi ſolet de conſuetudine Franciæ.

Cōtra errorem calculi,

29 Item releuari poteſt quis ab errore calculi, vt in l. vna. C. de error. calcul. & quando aliàs erratum fuit, vt ibi. & ſcripſi in §. 1. l. cognoſcere. ff. de verborum ſignificatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõtra errorem relationis seruientis.

Decimoseptimò releuat princeps ab errore posito in relatione per seruien- 30
tem, si fortè citauerit ad dies ordinarios, licet mandaretur ad dies extraordinarios, si de veritate appareat. vide formam in magno stylo, fo. 105.

A cõfessione releuatur cõfitẽs.

Item releuatur minor, vel ecclesia, nec non etiam priuatus à confessione: 31
probato tamen errore. c. 2. & c. auditis. de in integ. restit. c. final. de confessis. Aufrer. in decis. Tholos. q. 119. sed in minore eo ipso quòd confitetur, est læsus, etiam si nihil aliud probatum est vt inferius dicetur. aliis etiam modis in errore fundatis solet princeps, si iusta insit causa, indulgere.

Vt quis gerat se pro hærede cũ beneficio inuentarij, concedũtur literæ.

Decimooctauò, siquis velit se gerere pro hærede cum beneficio inuenta- 32
rij, solet in hac consuetudinaria patria à principe literas impetrare, licet de iure non est necesse. l. final. C. de iure deliberan. quas si impetrauerit, & intra annum non confecerit inuentarium, quando hæres erat absens, si verò præsens, duo menses dantur post mensem ab apertura tabularum, per text. in dicta l. fina. & princeps quandoque etiam in hoc releuat, vt not. Chass. in consuetud. Burgun. in §. decimotertio. rub. *des successions.* in gloss. vlt. sed si fuerit minor, etiam si non confecerit inuentarium, vel confecerit, sed non ritè, releuari & in integrum restitui potest. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minorib. & §. pupillis autem & minoribus ætate nil nostra præiudicat lex. Est enim eis siquidem, secundum dictas à nobis causas, ne lædãtur duplex quoddam subsidium, & per restitutiones, & per viam contra negligentes curatores, in authenti. de hæredib. & falcid. collatio. prima. & Alexand. in l. bonorum. C. qui admitti.

Maioribus post aditionem nõ succurritur, nisi ex magna causa.

Maioribus autem post aditionem vix est vt succurratur, nisi ex magna 33
causa, vel de nouo orta. argumen. l. 3. C. de iure delib. & l. final. de repu. hær. vbi doct. Et sic fuisse iudicatum asserit do. Maurit. in tract. de restit. c. 130. ego eis ex causa vidi succurri.

Aduersus sententiam arbitrorum releuari.

Decimononò, releuat à sententia arbitrorum, mandárque ne pendente 34
appellatione ad curiam Parlamenti, seu recursu ad arbitrium boni viri, pars aduersa aliquid attentet seu innouet, vt in l. socieratem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & ibi plenè Barto. & ego plenius ibi in additio. ad eum. & ordin. reg. in tract. de arbit. init. scribam.

Si quis non emendauerit libellum ante litem cõtestatã restituitur.

Vigesimò, siquis non emendauerit libellum ante litem contestatam, mu- 35
tauerit vel correxerit, vel addiderit, quod addendum erat, posteà non potest. l edita. C. de edend. solet tamen ex causa princeps eundem releuare soluendo parti expensas, quæ vt dicunt practici de iure debentur, vt ibidem pater, & not. doct. in l. j. ff. illo titul.

Ex bono & æquo princeps restituit in multis causis.

Aliis multis ex causis releuat princeps, vbi ex bono & æquo videt hoc fa- 36
ciendum, & quando hoc facit sine causa, non solent literæ comprobari, nec interinari à iudicibus: sed pars ab illis repellitur literis, & effectu illarum: & in expensis condemnatur, & ita seruatur in forensi iudicio. verùm quia longum esset singulos enumerare casus, ob id eos nunc missos faciam.

Iudex imponens necessitatem adeũdi principem cùm ipse possit, punitur.

Notandum est, quòd omnis iudex, qui imponit alicui necessitatẽ adeun- 37
di principem super eo, quod ipse inferior facere poterat, & debebat, est puniendus. Bald. in cap. bonæ. in primo. colum. penul. de postula. præl. per text. in §. si verò aliquis. in auth. de quæstore. colla. 6. quod facit contra quosdam iudices,

iudices, qui sine literis Regiis procedere nolunt, à quibus adimenda essent officia.

Nupta prius cõsulari vel nobili, vt retineat pristinam dignitatem, si inferiori nubere velit impetrat literas.

38 Item nuptæ prius consulari viro, impetrare solent à principe, quanuis perrarò, vt iterum nuptæ minoris dignitatis viro nihilominus maneant in consulari dignitate. l. fin. ff. de senato. & ita consului cuidam nobili fœminæ volenti nubere famulo sui quondam mariti. Ardent enim quædam viduæ quærentes virum, sicut materia formam, vt alibi dicit Bald.

De interinatione literarum praxis.

39 Item sciendum est, quod omnes in integrum restitutiones causa cognita à prætore permittuntur, vt secundum iustitiam eas causas examinet, an veræ sint, quarum nomine singulis subuenit. l. omnes. ff. de in integ. restitut. ex qua lege pragmatici sumunt praxim in comprobationibus, seu interinationibus literarum, vt primò eas impetrent à Rege, seu eius cancellaria. Secundò, prætori & iudici cui diriguntur ostendant. Tertiò, is iudex iustitiam earum causarum examinat, an iustum sit quòd minor releuetur, & an sit læsus, & an veræ sint causæ allegatæ in literis, & ideo literæ dicuntur cõprobari seu vulgò interinari. Quartò, prætor & iudex cui hæ dirigũtur literæ causa cognita pronunciat, & permittit impetrãtes his vti literis, vt in text. habetur causa cognita à prætore permittuntur, & sic cessant opiniones docto. dicentes in impetratione rescripti partes præsentes esse debere, quod nõ est verum, sed postea causæ cognitio in verificatione requiritur, vt in d. l. omnes. quæ est scripta in curiis Franciæ, & ex illa hæc praxis colligitur.

Quibus iudicibus literæ restit. dirigi possint Aresium.

40 Sed quibus iudicibus hæ literæ dirigi possint, dixi in tract. de rescis. cõtractuum, tam iudici domicilij minoris, quàm iudici vbi res est sita, ad actoris electionem, dummodò proximè ad parlamentum appelletur, vt censuit Senatus Paris. pronunciante domi. Præside à sancto Andrea anno 1545. die xxiij. Decembris, in condictione ex lege, quæ pro retractu datur, sicut in actionibus mistis, & in personalibus in rem scriptis. glos. & doc. in l. fi. C. vbi in rem actio. & l. j. vbi de hæredit. Bart. in l. forma. ff. de censib. & Bald. in l. fi. C. de long. tempo. præscrip. Panormit. in c. fi. de foro compet.

Differentia inter restitut. & appellationem.

41 Septimò Videamus differentias inter restitutionem & appellationem. Appellatio querelam iniquitatis sententiæ continet, in integrum verò restitutio erroris proprij veniæ petitionem, vel aduersarij circunuentionem. l. præfecti. ff. de minorib.

42 Secunda differentia, non appellatur à sententia Papæ, principis, vel parlamenti, sed bene in integrum restituitur. l. j. ff. à quib. appella. non licet. & l. in causa. §. fi cum l. seq. ff. de minor. c. ex literis. de in integ. restit.

Executio fit in integrum restitutione pendente.

43 Tertia, appellatio extinguit iudicatum. l. prima. in princip. ff. ad Turp. & ideo regulariter non mandatur executioni sententia post appellationem, ca. venientes. de iureiuran. & l. vna. C. in integ. restit. postulata, ne quid noui fiat, dixi in tract. de sentent. executo. in prætat. in primo Tomo. Sed executio fit restitutione in integrum pendente. cap. suscitata, de in integ. restit. vide Iaf. in l. si causa cognita. C. de transactio. & Aufrer. in decis. Tholosa. q. liiij. & Francisc. Marc. in decis. Delphini. q. liij. in ij. parte, & Guido Papæ quæst. ccxv. an executio.

44 Quarta, aduersus sententiam latam pro libertate potest appellari, sed non in integrum restitui. l. illud. ij. vbi Bart. ff. de appel. quia appellatio extinguit

Universidad de Deusto
Biblioteca

pronunciatũ.l.j.in fi.ff.ad Turp.sed non in integ.rest.vt superius dictũ extitit.

Restituitur quis ex causa aduersus tres sententias, sed nõ appellat.

Quinta, minor aduersus duas vel tres sententias potest restitui.l.minor autem magistratus,§.denique.ff.de minorib.clemen.j.de re iudica.vbi doct. l.fi.C.doct.si sæpius in integrum restitutio postuletur.c.fi.de in integr.restit. sed appellare non potest quis post tres sententias conformes.l.prima, & per totum.C.ne liceat tertiò prouocar.glos.in l.prima.C.si de mon.possess.fuer. appellat.cap.sua nobis.de appel.scripti in concord.in titul.de frimol.appel.sed quando restitutio fieri debeat,dixi superius,nu.22. 45

Sexta differentia,si quis appellet temerè,cõdemnatur ad mulctam.l.quoniam.C.de appel.sed impetrans restitutionem non, sed ad expensas tenetur. Doct.in dicto c.suscitata.tum quia iure non cauetur.& erubescimus sine lege loqui.l.illam.C.de collat. 46

Prohibita appellatione nõ censetur restitutio prohibita.

Septima, appellare quis tenetur intra decem dies, authentic.hodie.C.de appellat.computandos à die notitiæ:cap.concertationi.illo titul.in sexto.diuersum est in restitutione in integrum, quæ in maiore intra quadriennium impetrari potest.l.fi.C.de tempor.in integ.restit.prætend.vt superius dictum fuit in præfat.huius tractatus,in fin.& prohibita appellatione non censetur prohibita restit.docto.in clement.j.de re iudic.alias multas adducere possem differentias, quas de industria omitto, quia parum conuenire video, & parum vtile esset eas abundantius prosequi, & ne in immensum hæc nostra crescant volumina,tu lector boni consule. 47

Ou restitutions.

GLOSSA II.

RESTITVTIONEM superius definiui, restitutio & relevamentum vulgari idiomate,quo ad effectum parum differunt, imò citius vtimur Gallicè *De relief,ou releuement que de restitution*, vt fuit superius dictum. 1

Quando minori restitutio denegari possit.

Quærendum autem est, quando restitutio iure denegari minori maximè possit? respond.vbi est acquisitum ius tertio.vix est quisquam restituendus: ideo nec releuãdus.vnde si quis ingrediatur religionem, & ibi professionem faciat, bona sua interim acquisita consanguineis, si iste professus fiat postea secularis, non recuperabit bona iam consanguineis acquisita.l.quod si min. §.j.ff.de mino.Bar. & alij in l.gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posthu. nam quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli non potest.l.quod nostrum.ff.de reg.iur.Et princeps scribere solet,Sine præiudicio tertij.l.ij.§.si quis à principe.ff.ne quid in loco publico fiat.& ideo restitutio intelligitur sine præiudicio alicuius.c.quanuis.de rescript.in vj. 2

An aduersus omissam allegationem minor restitui possit.

Secundò,non restituitur minor propter omissam allegationem,vt dicunt doct.per l.minor xxv.annis omissam.ff.de minor.tamen.potest petere restitutionem aduersus sententiam,vt de nouo possit allegare ea quæ fuit prohibitus per sententiam,& ea non obstante,vt dicit Bart.in dicta l.minor autem magistratus.ibidem.& in l.prima.C.si aduers.rem iudic.& hoc asserit esse necessarium Carol. Ruinus in consilio.cxix.videretur.colum iiij.numer.15. sequenti.in v.volumine plus dicens vt minor debeat petere restitutionem, 3

non

non aduersus moram, quam commisit in non offerendo pretium rei die præstituto,sed aduersus sententiam. Et vbi secundum eum denegatur minori restitutio propter moram tutoris, reseruatur actio ad interesse contra tutorem. l.quicquid.C.arbit.tutel.docto.in l.diuus.ff.de in integ.restit.& in l.j.C.si aduersrem iudic.

Minor non restituitur cum litigat per procuratorem.

Tertiò,non restituitur minor,quando litigauit per procuratorem, quem constituerat cum iuramento: quia per iuramentum perdit illud restitutionis beneficium,per authen.sacramẽt.C.si aduers.vendit.l.cum mandatio.ff.de minor.ideo aduocati minorum debent esse cauti, vt cum authoritate curatoris litigent, non verò constituant procuratorem: quia procurator est voluntarius administrator,curator verò necessarius.Ego autem vidi minorem læsum vtroque casu restitutum,nec praxis has seruat subtilitates. 4

Minor aduersus exceptiones dilatorias non restituitur.

Quartò,cessat restitutio si minor fori tantùm priuilegium amittat, & sic exceptiones dilatorias:quia de modico tractatur, teste Innocent.in c.coram. de in integrum restitut. Angel.& Francisc.in l.ij.§.conuenire.in fi.ff.de iud. & Felin.in c.fraternitatis.col.iij.de testib.Aufre.q.li ij.& seq.Anto Tremol. in addit.ad practi,de Bonacurso rub.de perempto.except.versic.minor xxv. annis. 5

In actione funeraria nõ restituitur minor.

Quintò, in actione funeraria, si minor mandauerit funus ad se pertinens faciendum, etiam non restituitur.l.at si quis.§.si autem pupillus.ff.de religio.& de hac actione abundè scripsi in præfat.ad tract.de sentent.prouis.in primo Tomo ordinat. 6

Aduersus damnũ fato datũ minor non restituitur.

Sextò, non solet restitui minor aduersus damnum fato datum,vt si mortua sint fulgure,vel alio casu animalia.l.verum.§.sciendum.ff.de minor.quia damni euentus restitutionem non indulget,sed inconsulta facilitas, & quia non est captus emẽdo sibi rem perneccssariam,licet mortalem,vt ibi: & non possunt casus fortuiti etiam à sapientibus præuideri.l.quæ fortuiti.C.de pignor.actio. Nam idem patrifamil.quanuis diligentissimo potuisset contingere,dicto §.sciendum. 7

Aduersus remissionem fideicom.nõ restit. minor.

Septimò,idem si actus possit se & ad damnum & ad lucrum habere,vt in remissione fideicommiss.l.de fideicommisso.C.de transact.l.j.C.de pact.& l. si pater.de inoffic.testament.tum quia est iure communi vsus.l.fi.C.de in integrum restit.tum etiam quia fato venit,& non videtur læsus,quia non dicitur constitutio damno esse ecclesiæ, quando potest se habere ad lucrum & damnum.text.in c.j.de noui oper.nunciatio.& ibi Panor.in iiij.not.Iaf.consilio.lxiij.circa primum.col.vij.versic.quartò facit.in iij.volum.Paul.consil. cccclxxix.Primo videndum.col.j.in j.volu.in ij.q. 8

In fructibus non restituitur minor.

Octauò,in rebus, quæ fortuitis casibus subiectæ sunt,vt fructus,non restituitur minor aduersus emptores,nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum siue curatorum doceatur.l.& si fine.§.cæterùm.ff.de minor.vnde si locauerit fructus vineæ pretio solito,& fructus duplicati sint eo anno,non restituitur minor,quia hoc incertum erat,per l.si iactum retis.ff.de actio.empt. 9

Etiam si actus sit nullus, minor restituitur in Francia.

Nonò,non restituitur, si ipso iure munitus sit,id est si nullus sit actus.l.in causæ.ij.ff.de minor. Tamen in hoc regno Franciæ opus esset literis,etiam si actus esset nullus,vt dicam in titulo de appel. 10

Pro minimo non restituitur minor.

Decimò,pro minimo restitutio nõ datur.l.scio.ff.de in integrum restitu- 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio.ideo vt dixi,non restituuntur minores aduersus exceptiones dilatorias, quia minimi sunt momenti.Bald.in l. peremptorias.C.sentent. rescindi.non posse.Vnde dicunt quidam requiri in minore enormem læsionē antequàm restituatur,in maiore verò enormissimam. Et hoc à Senatu Dolano probatum refert Ioan.Mauri.in tracta.de restitu.cap.xxiij.per ea quæ not. Antoni. & alij in cap. cùm contingat.de iureiuran.sed poterat allegare text.in l.si ex causa,in princip.ff.de mino. qui text.loquitur, quando res minoris distracta est ex causa iudicari,tunc pecunia soluta ex illa causa,debet minori red di,ni si sua interesset potius corpora habere,& grande damnū subiret.& sic requirit ibi tex. grande damnum ratione rei iudicatæ,& distractæ,in l. penultima. ff.de minorb. sed non regulariter. Quia sufficit quod d. damnum non sit minimum quod aliàs ad duos solidos taxat.l.si oleum.in fine,cum lege sequen. ff.de dolo.licet arbitrio iudicis relinquatur,in l. prima.ff.de iure deliberan.& in cap.statum.§. insuper de rescript.in sexto. Et nullo iure cauetur,quòd enorme debeat esse damnum in restitutione minoris.imo glos.dicit illū proleui damno restituendum,in l. in causæ.§.idem Pompo.ff.de minor.licet cōtrarium cōsuluerit Ias.consi.lxiij.circa. colū.sexta,in tertio volumi. sed dixi in quo casu.Imò minor potest restitui,si iustam habeat affectionem.l.si in emptionem.ff.de minor.Ergo & si modicum subeat damnum pro qualitate personæ,& negocij.Alexād. consi.lxvij.videtur,in quinto volumi. Et ita seruant curiæ Franciæ,vt pro modico etiam audiant minores, sed non pro minimo & leui re,quæ omnia arbitrio iudicis relicta sunt.

Damnum enorme non requiri, vt minor restituatur.

In delictis minor non restituitur.

Vndecimò, no restituitur minor in delictis.l.si ex causa.§.primo, & l.auxilium.ff.de minor.quid enim comune habet delictum cum venia ætatis, vt dicit text.in l. Papinianus.ff.de minor. & hoc declarat Ias. in l.prima.§. nunciatio. ff. de noui operis nunciatio. nisi contra delictum culpa & non dolo commissum,quia tunc restituitur.l.i. C.si aduer. delictum. 12

Aduersus transactionem vel pacem de morte patris factam non restit.minor.

Duodecimò,in actionibus tendentibus ad vindictam, & ad impositionē pœnarum,seu ad executionem ratione delicti. dict. l. auxilium.§. in delictis. Aufrer.in decis. Tholosa. quæstio liiij. 13

Aduersus interrogatoria omissa non rest. minor.

Decimotertiò, si minor læsus fuerit pacem faciendo de patris,vel consanguinei morte, Alberic. docet in rubric.C. de restitutio.in integrum. & Cyn. in l.j.ibidem. Sequitur Matthæus de Afflictis in cōstitutio. Neapolit.rubric. de restitu.mino.quia hoc est valde fauorabile habere pacem,vt plenè scribit Corser.in tracta.de priuileg.pacis. 14

Nec propter obiectiones omissas.

Decimoquartò,propter interrogatoria omissa.Aufrer.in decis.liij. 15

Decimoquintò,propter obiectiones omissas minor non restituitur, quia odiosæ sunt gloss.in clemen.ij.de procurat.Specul.in titu. de in integrum restitutio. §.secundo.versicul.sed pone ecclesia litigabat.Feli.in cap. fraternitatis iij.fallen.de testib. 16

Minor si causam non exprimat, repellitur à restitu.

Decimosextò,repellitur minor,si causam ob quam restitui vult, speciali ter non exprimat,vt dicam in glo.vndecima inferius. 17

Minor aduersus gestiū negotiū mādato alterius,non restituitur.

Decimoseptimò,si gerebat negocia aliena fortè patris vel domini: quia imputare sibi debet is,qui ea sibi commisit.l.tertia.in fine,cum lege sequē.ff. de minor.facit l.quæsitū.ff. de in ius vocand.alioqui maiori potius quàm minori subueniretur.l.cum mādato.ff.de minorib.limitatur in l.quodsi minor. 18

ff.de

ff.de minor.quando negotia aliena sine domini mandato gessit,de maiori facto & occasione minoris damnum accidat.

Si factum sit nō retractabile,non restituitur.

19 Decimooctauò si factum sit non retractabile, vt si minor viginti quinque annis, maior autem viginti se in seruitutem venire patiatur, id est si precium participatus est,non solet restitui, sed hoc meritò:quoniam res non capit restitutionem, cùm statum mutat.l.si ex causa.§. Papinianus.& §.fi.ff.de minor nisi ex magna causa hoc à principe fuerit consecutus.l.seq.facit l.quòd si minor.§.j. & l.si mulier.ibidem. & per totum tit.C.si aduer.liberta.& in hoc casu putarem etiam ex æquitate cum restituendum, quia vbi est maius periculum,ibi cautiùs est agendum,vbi de elect.in vj.

20 Decimononò, dicunt quidam quòd postquàm minori est cōsultum contra tutorem, vel procuratorem, non potest petere restitutionem.l.in causæ. ij.ff.de minorib.

21 Quod est verum,si plenè prouideatur minori, quia tunc subest iusta causa,de qua in l.j.ff.ex quibus caus.maior.vtpote si fuerit negligens tutor, vt in l.Panthonius.vbi Bart.& Aret.ff.de acquirend.hæredi.& in l.si infanti.C.de iure deliber.

Si aduersus tutorem plenè prouideatur, minor an possit restitui.

22 Sed aduertite, quia si restitutio concedatur ratione minoris ætatis, tunc conceditur, etiamsi sit actio aduersus tutorem, vel procuratorem, vt dicit Aret.in d.l.Panthonius.& Soc.in l.qui duos.ff.de reb.dub.per text.in l.etiam. C.si tutor vel curator interuener.

23 Vnde absens causa reipublic.restituitur contra omissam appellationem per procuratorem, qui appellare neglexit.l.inuitus.C.de appellat.glos.in l.is qui reipublic.ff.ex quibus causis maior. Et hoc est facilius & vtilius minoribus,quia vix eriperetur quicquam è manibus procuratorū, & claua Herculi potius adimeretur,quàm ab istis,vulpinos processuum circuitus non ignorantibus.

24 Sed si restitutio concedatur ex clausula generali: si qua mihi iusta causa videbitur,& nó ratione minoris ætatis, tunc si minor habeat actionem contra procuratorem,vel alium, non datur restitutio,quia non subest iusta restitutionis causa. Et sic consuluit Carolus Ruinus consil.cxix.videretur.in fin.volu.v.vide Bart.& doct.in l.in prouinciali.ff.de noui oper.nuntiatio.Panor. & alios in c.ex parte.ij.de rescrip.& plenius quàm alius hoc scripsit Zasius in suis intellect.singul.

Aduersus l.si captiui. minor non restit.nec in his casibus.

25 Vltimò, non restituendum minorem dicunt in casu authentic.si captiui. C.de episcop.& cleric.quod est falsum,quia ibi minor excipitur.nec in l.j.C. de filiofamil.minor.nec si incolorate restitui desiderat.l.minor autem.§. primo.ff.de minor.scribunt Innocen.& alij & in cap.coram.de in integ.restit.& in l.si creditor.C.si tutor vel curator inter. Roma.consilio.cccxvj.circa.non semper autem ea quæ cum minoribus geruntur,rescindenda sunt,sed ad bonum & æquum reducenda,ne magno incommodo huius ætatis homines afficerentur nemine cum eis contrahente, & quodammodo commercium eis interdiceretur.l.quod si minor,§.j.ff.de minor.

Restitutio non solùm peti potest principaliter sed incidenter.

Item hæc restitutio peti potest non solùm principaliter:capit.fin.de offic. iudic.l.quod si minor.§.restitutio.ff.de minoribus: sed etiam incidenter per viam exceptionis, vel replicationis,quando prima actio non erat ipso iure ei

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuncta.text.in cap.causa restitutionis.de in integrum restitutio.declarat Paul. & Ias.in l.nam posteà.§.si minor.ff.de iureiurand.& Specul.in tit.de offic.iudic.§.incidenter.versic.in modum, etiam Bald.in authen.si omnes.C.si hæres ab hæred.se absti.per text.in l.defendente.ff.de authori.tutor.qui parum probat.Sed text.in d.c.causa melius.& Carol. Ruinus consil.cxix.videretur. col.iiij.nu.16.in v.volumi.in vtroque tamen casu in hoc Regno solent impetrari literæ Regiæ,vt vidi obseruari,vt in proœmi.ordinatio.scripsi.

Fondees sur minorité.

GLOSSA III.

Fauore minorum multa introducta.

FAVORE minoris ætatis multa introducuntur,vt dicit text.in l. curabit.C.de actio.empt.quæ tradam articul.seq in glos.iij.& hoc verbum *fondees*, declarat istum articulum loquentem generaliter *toutes restitutions* &c.vt intelligatur de illis quæ in hoc text.exprimuntur:verùm quia iste text.dicit *ou autres semblables*.Et sic non solùm intelligetur in casibus hîc conscriptis,verùm etiam in similibus,& sic in omnibus penè restitutionibus, si eadem sit ratio in illis,vt speciatim exprimi causæ debeant.ergo & iuris decisio locum habebit.l.illud.ff.ad leg.Aquil. 1

Quot requirantur antequam minor restit.

Adde,quòd antequam minori concedatur restitutio,sequentia requiruntur. Primò,dicunt quidam, quòd sit minor: istud videtur superfluum.Ideo dico requiri primò,quod quis tempore minoris ætatis contraxerit,vel actum fecerit, secus si posteà, etiam si contraheret intra illos quatuor restitutionis annos.l.fin.C.de temporib.in integrum restitutio.petend. 2

Minor debet probare ætatem minorem, & quomodo probet.

+ Ideo minor debet probare quòd tempore minoris ætatis illum actum fecit.l.si minorem. & l.minoribus.C.de in integr.restit.l.doli.circa fin.ff.de nouat.l.ea quæ.C.de tempor.in integrum restitutio.petend. Paul.consil.liij.visis actis.col.prima, in secundo volumi.quod poterit probari per librum curati, qui eum baptizauit,vt est in ordinat.reg.rubr.*des registres des baptesmes*.artic.j.vbi dicam, vel per susceptorem seu patrinum, aut alios testes, non tamen plenè probabitur si probet se habuisse curatorem id temporis, vt dicit Alexand.in d.consil. xxj.in primo volumi.etiam poterit minor per testes amicos & consanguineos probare suam ætatem.l.de ætate.vbi etiam plenè Bart.ff.de minor.l.de tutela.C.de in integrum restit.vel etiam ex aspectu personæ.l.minor ex aspectu.ff.de minor.& aliis legitimis modis,quos Docto.scribunt in d.l.ætate.& l.de tutela. 3

Secundò requiritur, quòd minor sit læsus,nec vtique eò quòd minor est statim & circunscriptum se docuit.l.nam & posteà.§.si minoribus.ff.de iureiurand.l.ait prætor.§.non solùm,& l.verum.§.sciendum.ff.de minor.& l. minoribus.j.& l.fi.C.de in integ.restitut.minor.& Doct.ibidem plenè tractant. 4

Quando læsus minor dicatur, & quotmodis.

Quæro quando læsus minor dicatur? Respon.si damnum aliquod patiatur.l.quod si minor.& l.patri.§.si minor.& per totum.ff.de minor. 5

Hodie certo etiam iure vtimur,vt & in lucro minoribus succurratur,vt si 6

sine dolo malo cuiusquam legatum repudiauerit, vel in optionis legato captus dum elegit deteriorem,vel si duas res promiserit,illam aut illam, & pretiosiorē dederit.l.ait prætor. in fin.cum l. sequen.ff.de minorib. vbi etiam illi subueniri dicitur, si res eius venierit, & existat qui plus liceatur, & quotidie prætores eos restituunt,vt rursus admittatur licitatio,ibidem.

Voluntariè compromittens minor læsus dicitur.

7 Læsus etiam dicitur, quando voluntariè compromisit.l. si minor xxv. annis filiofamil. in fin.ff. de minor. consuluit Paul.Castren. consilio cccxxviij. visis & consideratis,colum.ij.in primo volu.& Corne.consi.clxxviij. visa copia.colum.ij.in iij.volumi.

8 Item si minuatur patrimoniu eius.l. minoribus, & l. si ex causa.§. primo. ff.de minor. & sic restitutio consistit tam in lucro cessante, quàm in damno emergēte,sicut dicimus in interesse,in l.vna.C.de sen. quæ pro eo quod inter.

Læsus dicitur qui intercedit & se obligat.

9 Idem si obliget se,vel rem suam.l.tertia. .sed vtrum.ff.de minor. Et non solùm in his succurritur, sed etiam in interuentionibus, vt putà si fideiussorio nomine se vel rem suam obligauerit.l.ait prætor.§.non solùm. & l. si minor xxv.annis filiosami.in fi.ff.de minor.& non omnia quæ minores viginti quinque annis gerunt,irrita sunt,sed ea tantùm,quæ causa cognita huiusmodi deprehensa sunt,vel ab aliis circumuenti,vel sua facilitate decepti,aut quod habuerunt amiserunt,aut quod acquirere emolumentum potuerunt,omiserunt, aut sese oneri,quod non suscipere licuit, obligauerūt.l. non omnia.ff.de minorib.Tamen si minor restitutus fuerit in eo, quod fideiusserit, non liberat reum principalem.l.minor,vlt.ff.de minor.

10 Læsus etiam dicitur in tempore, vt si non prouocauit intra diem, vel in Eremodiciis, si lapsum est tempus instantiæ.d.l. & si fine.§.penul.& fin.ff. de minor.& l.properandum.in fi.C.de iudic.

11 Etiam læsus dicitur,si tutor eius,vel curator fuerit excusatus perperam,& sine causa.l.verum.§.ex facto.ff.de minor.

Non solùm minor restituitur,si læsus sit, sed si iustam affectionem habeat ad rem.

Et in summa restituendus erit minor non solùm quando est læsus, sed etiam si iustam habeat affectionem ad rem, quia fuit maiorum suorum.l. si in emptionem.ff.de minor. & quando ex bono & æquo princeps viderit restituendum.l. quòd si minor. §. j.ff. de minor. & quomodo probetur læsio, docet Guido Papæ in decis.Delphi.quæstio.cxlij.sed qualiter.

12 Et licet de iure antiquo cautum esset, quòd minoribus curreret tempus in soluendis tributis,vel vectigalibus,adeò quòd propter eorum moram res eorum incidebant in commissum: sed restituebantur in integrum.l. si ex causa, §.si in commissum.ff.de minor.l.Imperatores.in fin.de publica.Tamen hodie illis non currit ipso iure tempus,per.l.fi.C.in quib.caus.in integrum restitutio non est necessar.gloss. in l.secunda.C. de fund. patrimo.libro xj.Francisc.Cremen.singu.xxix.quid si minor.

13 Nec refragatur l.quæcunque.C.de fide instrumen.li.x.vbi venditio bonorum minoris facta à fisco propter tributa non soluta, valet. sed hoc ideo,quia fuit facta venditio per administratores fiscales interueniente tutore vel curatore,aliàs non noceret minori.l.fi.C.si propter public.pensitat.Sic cōsuluit Alexand.consi.xxxj.ponderatis,col.prima.in v.vol.hodie etiam cum authoritate tutoris restituuntur ad appellandum,ab illo decreto interpositio in vēditione

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ab inde secutis.

Minor se probare læsum quando debeat.

Et sic minor debet se probare læsum, & hoc pro regula habeatur, quod 15
maximè procedit, quando petitur restitutio contra sententiam, quia tunc clarè probari læsio debet, per text. in l. final. ibi probationum luce. C. si minor se maior. dixer. & ideo per iuramentum probari non potest. cap. cum venissent. de in integrum restitutio. vbi papa non restituit nisi visis priuilegiis, vt docet Salyce. & alij in l. prima. C. si aduers. rem iudic. quia restitutio aduersus sententiam est magni præiudicij, cùm ex sententia ius quæsitum tollatur. l. Iulianus. ff. de condict. indeb. iuncta l. si non sortem. §. hæredi. vbi gloss. ibidem Ia. co. in l. j. C. qui & aduers. quos, & in d. l. fi.

Casus in quibus minor non tenetur se læsum probare.

Limitatur primò, quando minor diceret se læsum propter lapsum tem- 16
pus, tunc sufficit probare lapsum esse tempus sine alia læsionis probatione. c. auditis. & c. coram. de in integrum restitut.

Secundò, si læsio sit notoria, sufficit quòd allegetur, licet non probetur. 17
clemen. appellanti. de appella. Collecta. in dicto ca. auditis. refert Aufrer. in decis. Tholos. quæstio. cccl xxxix. post Specular. in titu. de in integrum restitutio. §. secundo, versic. illud quoque, Barb. consil. lxxix. clementissimi. colum. prima, volumi. iiij.

Restituitur minor aduersus probationem omissam.

Tertiò, aduersus probationem necessariam omissam, etiam non probata 18
læsione restituitur minor, quia eo ipso satis apparet læsio. cap. auditis. vbi Panormita. octauo not. & in capitul. suscitata. de in integrum restitutio. l. minor xxv. annis omissam. ff. de minor. & hoc obseruatur, teste Aufrer. quæstio. liij. licet Bartol. in contrarium teneat in dicto §. si minor l. nam posteà. ff. de iureiurand. ibi enim vult ita demum restitui posse, si summariè probauerit se probationes habere, & omiserit. hodie in Francia restituitur si omiserit probare, & allegauerit se probationes habere. nec requiritur aliqua alia probatio, sed hic minor ponetur in illo statu, in quo erat ante probationem omissam. & si posteà nil probauerit in principali, succumbet, & ad omnes expensas condemnabitur.

Renunciãs appellationi minor lædi censetur.

Quartò, etiam si minor appellationi renunciet ante sententiam, eo ipso 19
dicitur læsus, quia iusta potuisset sequi sententia. Sed si post sententiam non appellet, eo ipso non constat esse læsam, nisi causam doceat fuisse bonam. Bar. & alij in d. l. nam posteà. §. si minor. & Aufrer. d. quæstio. liij.

Transigere valens si condemnetur restituitur.

Quintò, si minor lite pendente potuit transigere minoris quàm sit con- 20
demnatus, poterit etiam si sententia transiuerit in rem iudicatam, petere restitutionem. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minor. quem not. Roma. singul. cccxcviij. volo tibi dare. & Francisc. Cremen. sing. xxviij. obtinui. vni scribit se in ardua facti quæstione obtinuisse. sequitur Bened. in repet. c. Raynutius, in verbo mortuo. j. nume. 234. de testamen.

Minor in mutuo an lædatur.

Sextò, minor recipiens mutuum non tenetur probare se læsum, sed aduer- 21
sarius habet probare pecuniam in minoris vtilitatem conuersam, per. l. primam. C. si aduers. creditor. Idem in ecclesia scribitur, & in monasterio, in capitu. quod quibusdam. de fideiussoribus. & cautelam, vt non teneatur probare creditor pecuniam conuersam in vtilitatem ecclesiæ, docet Bartholo. Cæpol. cautel. ccxiiij. vnus est modus. Vide, quia mihi non arridet, ob id eam

id eam non recito. facit text. in l. siquis cùm sciret. ff. de vsucap. pro emptore. Alexand. in l. si cùm dotem. §. primo. ff. soluto matrimo. vide tex. in l. verum. in fine. ff. de minor.

Prouocans minor ad diuisionem, an lædatur.

22 Septimò, minor, qui prouocauerat ad diuisionẽ, si posteà transegerit etiã in præsentia cõsanguineorum iuxta l. transactionem. C. de transact. & potuerit petere in integrum restitutionem, etiam si aliud grauamẽ non habeat, nisi quòd ad diuisionem prouocauerat, quia is ad diuisionem non potest prouocare. l. si pupillorum. ff. de rebus eorum, & l. penultima C. de præd. minor. Corne. consilio cviij. in præsenti. in tertio volumi. Sic censuit Senatus anno 1543. die sexta Augusti. quæ limitantur in aliquibus casibus, vbi minori licet prouocare ad diuisionem, quos scribit Soci. in tract. fallen. reg. cccxxix. pupillus. Et Cursius senior consil. lxvij. sapienter. numero 52. cum sequen. versicu. capio nunc aliam. & c. Barba. in repetio. rubri. de rebus eccles. non alienand. colum. xlviij. numero 181. & sequen. & Soci consil. clxv. in fine, volum. secundo. & Dec. consilio cccxlix. consuluit & Carol. Ruinus consilio ccxij. visa & bene intellecta. in primo volumi.

Arestum.

Ad concedendam restit. vel denegãdum aduersus contractum inspicitur loci cõsuetudo, in quo contractum est Arestum

23 Octauò ad concedendum vel denegandum beneficium restitutionis in integrum aduersus contractum, inspicitur consuetudo, vel statutum loci, vbi contractus factus est, vel vbi res sita est. Bartol. Paul. & Ias. in l. secunda. ff. de eo quod certo loco. Quia restitutio causatur ex læsione, quæ prouenit ex contractu. Ideo aduersus contractum datur restitutio. l. prima. C. si aduers. vendi tio. vnde quædam mulier nupta, quæ vendiderat villam *De la couperie*, in territorio sitam Andegauen. non fuit restituta: quia consuetudo Andegauen. vbi res erat sita, potestatem alienandi nuptæ etiam minori cõcedebat. sic censuit Senatus anno 1548. die quarto Maij.

Aduersus delictum cõfessum restituitur minor.

24 Vltimò nota alium casum singularem, in quo restituitur minor etiam nõ probata læsione quando confitetur commisisse delictum, de quo non constat, nisi per suam cõfessionem. Nam ex sua confessione satis læsio probatur. Angel. in l. certum. §. in pupillo. ff. de confess. Ias. in dicto §. si minor. Alexan. consilio cxv. in causa. colum. secunda. volumi. tertio & Hippol. sing. cccclxlv. minor læsus.

Causa læsionis est probanda.

25 Et nota quod quando quis petit restitutionem in integrum aduersus factum principis, non sufficit se probare minorem & læsum, sed oportet narrare læsionis causam. text. & ibi Bartol. in l. minor autem magistratus. ff. de minor. Iacob. in dicta l. fin. in fine. C. de integrum rest. Idem tamen hodie in aliis casibus per istum articulum, ne vagemur in incerto.

Requiritur minorem læsum facilitate sua, vel dolo aduersarij antequam resti.

26 Quartò, materiam continuando, requiritur antequam minor restitui possit, quod sit læsus vel dolo aduersarij, vel sui facilitate. l. verum. §. sciendum cum §. sequen. l. non omnia. ff. de minor. quia non videtur circunscriptus minor, qui iure sit vsus communi. l. fin. C. de integrum restitutio. Nec sufficeret probare se læsum fuisse, vt per Bartolum, & Iacob. in dicta l. fin. nisi probaret se dolo aduersarij læsum, vel sui facilitate. Et quando sua facilitate decipiatur habes, vt quando emit plus iusto pretio, non tamen vltra dimidiam, quia tunc iure communi succurreretur, per l. secundam. C. de rescin. ven. Et quanuis in l. ait prætor. in princ. ff. de mino. non dicatur de inconsulta

Universidad de Deusto Biblioteca

Facilitas al legari debet sed non pro bari.

Facilitate, tamen in dicto §. sciendum. hoc scribitur. ob id istud in libello 27
debet adduci, quicquid dicant in contrarium quidam interpretes, vt firmat Carol. Ruinus consilio cxix. videretur. columna tertia, numero 13. in quinto volumi. tamen Barba. consilio lxxix. clementissimi. columna prima, in quarto volu. dicit minorem non teneri probare istam sui facilitatem, quia resultat ex iuris dispositione l. prima. ff. de minor. glos. in clemen. appellanti. de appella. ideo sufficit in libello vel literis allegare, quòd per facilitatem suam est deceptus, secundum Barto. & aliorum sententiam, in l. fina. C. de in integrum restitutio imò Barb. vbi suprà, concludit minorem restituendum etiam sine facilitatis allegatione, quia est notorium ipso iure. Sed quod allegari debeat seruatur in curiis Franciæ, tamen non oportet vt probetur, nam ex læsione probatur dolus, vel facilitas re ipsa, vt in l. si quis cùm aliter. ff. de verborum obligatio.

Antequã minor rest. requiritur actionem aliam non haberi.

Quintò, in minorum restitutione requiritur, quòd aliam actionem nõ ha- 28
beat. l. in causæ. ij. ff. de minor. ibi, nam si communi auxilio, & mero iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium. Guido Papæ in decis. Delphi. quæstio. cccl xij. vtrum officium. superius dictum fuit nu. 20. glo. ij.

Sexto, quòd etiam pro minimo restitutio non petatur. l. scio. ff. de in integrum restitu. superius scripsi abundè in glo. ij. nu. 11.

Minor restit. aduersus contractum, quid restituere debet.

Septimò, quando restituitur minor aduersus contractum, debet restituere 29
pretium quod recepit, & quatenus fuit factus locupletior. l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minor. ibi itaque si in vendendo fundo circunscriptus restituetur, iubeat prætor emptorem fundum cum fructibus reddere, & pretium recipere. & l. patri. §. item ex diuerso. ibi iuuenis autem eatenus ex pretio reddere quatenus ex ea pecunia locupletior factus est. ibidem.

Nisi fuerit ab emptore facta pretij solutio minori consumpturo, tunc mi- 30
nor nil reddet, si omne consumpserit, per l. siquis cùm scirer. ff. pro empto. l. prima. C. de reputa. quæ fiunt in iudic. Areti. consilio lxxxj. Alex. in l. siquis cum dotem, §. primo. ff. solut. matrimo. & Bauer. in §. final. quibus non est permissum facere testamen.

Fructus à quo tempore minori restitui debeant.

Et sic non restituuntur fructus à tempore celebrati contractus, quia con- 31
tractus valuit, & interim minor habebat precium, & recepit emolumentum illius, & pars fructus rei, ideo ista compensari debent, iuxta l. curabit. C. de actio. emptio. sed rei fructus restituentur minori à tempore litis contestatæ, & ita intelligetur dict. §. restitutio l. quod si minor. ff. de minor. sic fuit iudicatum tum in parlamento Delphi. teste Francis. Marc. in decis. xx. in prima parte quid in fideiussore, dicetur artic. seq. in glo. iij.

Octauò, requiritur quòd minor læsus petat restitutionem, vel procura- 32
tor pro eo habens ad hoc speciale mandatum. l. illud. ff. de minor. hoc autem non solet peti, nisi postulatum fuerit. l. iiij. §. hoc autem. ff. de damno infect. vbi doct. & dicam inferius.

Minor debet probari se esse intra tempora restit. petendæ

Nonò, requiritur quòd minor probet se esse intra tẽpora petẽdi restitutio 33
nem, per l. nã & posteà. §. si minor. ff. de iureiur. vbi Ias. videtur hoc reprobare: quia nemo debet illud allegare, quod ab aduersario timet opponi, ob id allegatur in contrarium. l. si minorem. C. de in integ. restit. mino. sed vt opiniones conci

concilientur, intellige minorem non teneri allegare ista, ad hoc vt restituatur, sed si pars opposuerit, hoc tenetur minor probare, vt dicetur articul. ij.

Mercatores prohibiti merces dare minoribus, & obligationes annullatæ. Arestum.

34 Et sic minores iuuantur ætatis beneficio, vnde non debent maiores cum illis contrahere, alioqui ex vno latere claudicat contractus. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de actio. empt. ideo anno 1526. in vigilia natiuitatis Domi. latum fuit Arestum pro tutore cuiusdam minoris, & obligationes annullatæ, ac inhibitum omnibus mercatoribus dare quascunque merces minoribus sine consensu patris & matris, tutorum, & curatorum respectiuè, sub pœna amissionis mercium, & mulctæ arbitrariæ, vt docet Molinæus in tracta. de vsuris. nu. 24. in principio.

Prescription.

GLOSSA IIII.

Quo iure introducta sit præscriptio.

QVIA præscriptio de iure ciuili inuenta est, vt est text. in §. j. institut. de vsucap. ibi iure ciuili constitutum fuerat. glos. in l. j. ff. de acqui. rer. domi. & in §. singulorum. vbi Angel. de rer. diuis. in institut. quod est verum quantum ad temporis limitationem. videlicet vt tres, decem, vel viginti anni constituantur pro ea, vt in dicto. §. primo. in institut. & in l. j. ff. de vsucap. eius tamen materia est de iure gentium, cùm eo iure per longi temporis spatium dominium quæratur. §. præterea. institut. de rerum diuis. l. adeò. §. præterea. ff. de acquirend. rerum dominio. nempe sub illo titul. de acquirend. rer. dominio, tractatur communiter de acquisitionibus, quæ fiunt de iure gentium. ff. illo titul. & ista dominij acquisitio, quæ fit de iure gentium, bene currit etiam cum mala fide, quia non opera possessoris hoc factum extitit, sed fluminis, vel alia ex causa, teste Hannibal. de Canonic. in repeti. rub. de vsucap. ff. quæstio. j. at non inspicimus materiam rei, sed institutionem seu inductionem, vt habetur in l. j. ff. de contrah. emp. ideo ibi ex solo temporis lapsu non quæritur dominium, sed si aliquid vltra factum fuerit, videlicet si arbores radices egerint, vt ibi videre est. Et sic Rex potest releuare, quòd nõ obstante præscriptione quis petat rem præscriptam, quia cùm præscriptio sit iuris ciuilis acquisitio, illam ius ciuile videlicet princeps ex causa iusta tollet. l. eas. ff. de capit. diminu. Francis. Curt. consil. primo. colum. ix. post tract. Feud. & Alexand. consil. lxxxiiij. in causa. in j. volum. post Bartol. & alios in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. Io. Francis. Bald. in tract. præscript. in j. parte, quæstio. iiij.

Princeps aduersus præscriptionem restituere potest.

Ecclesia cõtra præscriptionem restitui potest. Antequã quis aduersus præscriptionem restit. requiritur iusta causa.

Supradicta etiam vera sunt in ecclesia, vt restitui cõtra præscriptionẽ possit, per gl. in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. vbi doct. & in cap. auditis. de in integ. restit. & doct. in cap. j. de præscrip. & in hospitali consuluit Roma. consil. cccc vij. cum præsupponatur. quem refert & sequitur Deci. cõs. xxxvj. & pro tenui. col. penul. & Io. Francis. in tract. præscri. in j. quæstio quintæ parris quæstio. ij. Requiritur tamen iusta causa, alioqui sine causa rescriptum tollens præscriptionem non valet, vtpote si aliquis fuit absens Reipub. causa per decem, vel viginti annos, & interim res sua præscripta sit, tunc princeps non obstante præscriptione concedere potest, vt rem petat. & sic debebit comprobari tale rescriptum. §. rursus. de actio. in institut. Et cum alia ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusta causa concessum erit, aliàs nonnisi fauore minoris, & ecclesiæ, vt probatur hîc, dum dicit quod speciatim in rescripto debet exprimi causa restitutionis, ideo ratione ignorantiæ quem restituendum contra præscriptionem tradunt gl. & doct. in l. si partem ff. quemadmod. seruit. amit. & in l. j. C. de pact. Bar. in l. j. §. siquis autẽ. ff. de itine. actúque priuat. & in l. Arist. §. Labeo. de donatio. sic consuluit Alexand. consil. lxxxiiij. in causa. col. ij. in primo volumi. & consi. lxxxix. viso puncto. col. iij. nu. 10. in j. vol. & consil. lj. videretur, col. penult. in v. vol. & Corne. consil. 100. consuluit. in j. vol. & consil. clxiiij. me subscripsi. in ij. vol. & hæc est sententia cõmunis, secundum quam est iudicãdum.

Princeps restitutionem aduersus præscriptiones sine causa tribuens peccat.

Et si princeps sine causa tollat præscriptionem, peccat, reddituríque est Deo rationem, vt dicit Feli. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & quãdo princeps rescribit contra præscriptionem, debet dicere, non obstante temporis lapsu, & quacunque præscriptione, vt asserit Chassa. in consuetud. Burg. rubric. Des forests. §. viij. nu. 10. cum seq. Ex hoc habes quòd si princeps concedat rescriptum contra præscriptionẽm, debet exprimi causa, vt hîc, & in specie, aliàs non valet restitutio. ideo non valet constitutio, vt non currat præscriptio cõtra talem, quia etiam bona Domanij Regis & patrimonialia quo ad vtile dominium præscribi possunt, etiam contra ecclesiam Roma. vt patet in titulo, vt ecclesia Roma. Bart. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publi. Panorm. in c. super quibusdam. §. præterea. de verbo. sig. glo. & doc. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Feli. in cap. ad audientiam. col. viij. de præscrip. Alex. consi. lxxxiiij. in j. vol. scripsi in tit. de præscrip. contra Regem prohibit. suprà.

Force.

GLOSSA V.

Species violentiæ exprimenda est in restitutione.

SI QVIS coactus fuerit vi donare vel vendere, si rem tradiderit, poterit restitui, dummodò exprimat speciem violentiæ, nec sufficeret dicere se per vim coactum, nisi exprimat vim, videlicet quòd ductus fuerit rus, & ibi fuerit captus ab hominibus armatis, qui ensibus euaginatis dixerunt se interfecturos illum, nisi daret talem possessionem, vel tali pretio venderet suam domum. sic exprimendo literæ à cancellariis concessæ ciuiles erunt, & rationabiles: & de multiplici vi tracta. glo. & docto. in l. j. & l. extat. ff. quod metus caus. scripsi in tract. de rescis. contract. in glo. xiij. ideo hîc non repetam. sed nota, quòd magna impressio est si superior bona subditi saisiat, vt scribit Io. Fabr. in l. si per impressionem. C. quod metus causa. refert Bertrand. consil. j. num. 19. in j. vol. ex j. editio. per c. Abbas. quod metus causa. quod sæpius fit in Francia.

Magna impressio quãdo bona alicuius sunt saisita.

Contraincte.

GLOSSA VI.

ET SIC habes hîc, quòd princeps releuat, vt non obstante contractu coacto contrahens agere possit, & rem suam rehabere, per l. j. & per totum. ff. quod met. caus. debet tamen coactionis & metus species exprimi: vt est in hoc tex. alioqui literæ concedi non debent, & quia de metu multa scripsi in tract. de rescis. contract. in glo. xij. ob id alia hîc non repetam.

Dol

Dol.

GLOSSA VII.

Dolo inductum si exprimi in literis debet.

DOLO quis inductus fuerit, est in literis restitutionis exprimendum, alioqui literas obtinere quis non poterit à Cancellaria, vt hîc statuitur. Sed siue dolus sit dans contractui causam, siue in contractum incidat, literas solemus impetrare, quanuis contractus primo casu de iure nullus sit. Et in altero annullandus. l. & eleganter. ff. de dolo. & l. si dolo. C. de inutil. stipul. etiam habet locum iste text. in dolo re ipsa. l. si quis cùm aliter. ff. de verb. obli. verùm quia de multiplici dolo scripsi, & de eius materia in trac. de rescis. contrac. in gl. ix. ideo hîc alia non dicam.

Simulation.

GLOSSA VIII.

Simulare quid, & quotuplex.

1 SIMVLARE est fingere, fraudulenter agere, & vnum pro alio ostendere. Lucas de Penna in l. cùm procuratores. C. de metalla. lib. xj. & simulare est falsum pro vero tradere, & ea quæ absunt simul esse ostendere. & simulamus ea quæ non sunt, dissimulamus ea quæ sunt. glos. in l. j. ff. de concus. & l. j. §. ex hoc rescripto. de ventre inspicien. & l. constitutiones. C. de iur. & fact. ignoran. hîc quælibet comprehenditur simulatio, cùm text. indefinitè loquatur, & indefinita æquipollet
2 vniuersali. c. vt circa. vbi glos. not. de elect. in vj. l. si pluribus. ff. de leg. ij. † Et duplex maximè est simulatio, quædam fit ex honesta causa, altera ex inhonesta. glos. in c. quod interrogasti. xxvij. distinctio.

Species simulationis exprimenda.

3 Notandum est, quòd quædam est simulatio, in qua contrahens nititur ostendere se id facturum, quod tamen aliter intendit, & tunc dicitur actus imaginarius. l. nuda. ff. de contrahend. emp. l. imaginaria. vbi doct. de reg. iur. & est sicut corpus sine spiritu, quando consensus est remotus ab actu. Bald. in rubric. plus valere quod agitur. alia dico abundè in tit. de verbo. significat.

4 Secundò, si intendit quis vnum facere, & aliud ostendere: vt quia in veritate est pignus, tamen simulatur venditio. l. emptione. C. plus valere quod agitur quàm quod simula. concip. & si quis cupit super his releuari, exprimere debet causam simulationis nec valere, & rescriptum scribens non obstante simulatione vt inferius dicetur.

5 Vel actus interdum conditionalis simulatur purus. l. si ex pretio. C. si certum petat. Bald. in l. cum precibus. C. de probatio.

Dicens cõtractum simulatiũ debet exprimere in literis simulationem.

6 Tertiò, mutatione personarum committitur simulatio, vt per Bald. in d. rub. & Vital. de Camba. in tract. clausul. in clausu. rei non sic gestæ.

7 Igitur cùm multæ sint simulationum species, ille qui dicit contractum simulatum, debet exprimere & specificare speciem simulationis. Bart. in consil. lxv. factum est tale. Petrus Nicole. col. ij. Bald. in l. ab Anastasio. C. manda. & Vitalis in §. qualiter opponi debeat exceptio simula. Et ita statuitur hîc, sic etiam consuluit Alexand. consil. cxj. viso superiore. columna j. volumine primo. & consil. xxviij. in causa. colum. iij. lib. v. Anchar. consil. ccxxvij. ad corroborationem. colum. j. decis. in regul. imaginaria, in fine. ff. de regul. iur.

Barba.in ca.ad noſtram.col.ij.de empt.Felin in c.contingit. colum. vlt. de fide inſtrumen.

Aduerſus ſimulatã venditionem quæ reuera pignus eſt, reſtitui quis poteſt.

Vnde ſiquis mihi mutuauit centũ aureos,& ego dem illi hypothecæ pra- 8
tum,tamen ipſe creditor in inſtrumento vult vt venditio inſcribatur:vt nõ teneatur ad fructus reſtituendos,ſi potero probare me contraxiſſe pignus,& non venditionem: reſtitutis centum aureis potero pratum repetere impetra tis literis,in quibus narrabo ſpeciem ſimulationis,quod pro pignore adiecit creditor venditionem:tunc quia plus valet quod verè agitur,quàm quod ſimulatè concipitur:ideo concludam ad reſtitutionem rei meæ, ſoluto precio annullata illa venditione ficta. verùm quia materia iſta eſt prolixa, & bene per Cæpol. in ſuo tracta de ſimula.contract. de reſcripta,ideo ad illum tractatum te nunc reiicio beneuole lector.

An exceptioni ſimulationis renunciari poſſit.

Solet à iuris interpretibus dubitari,ſi renunciatum ſit ſimulationi, an poſ 9
ſit agi. Et reſpond.exceptioni ſimulationis renunciari non poſſe. hoc docet Ludouic. Roma.in l.ſiquis cùm aliter.ff. de verborum obligatio.Cardina.& Imol.in capitul.ad noſtram.de empt.refert & ſequitur Felin.in c.ſi diligenti. numero 22. in nono correllarior. ſexta limita.de foro competen. Nam ſicut ſimulatus eſt contractus,ita & renunciatio. Barto. & alij.in l.nemo poteſt.ff. de leg.j.

Sed ſi iuratum ſit omnia in inſtrumento contenta vera eſſe,non audietur 10
allegans ſimulationem:vt videntur decidere Panor.& Imol.in c.cùm contingat.de iureiuran.& eos refert Feli. in d. c.ſi diligenti.

Contrarium tamen tenet gloſſ.in l.emptione.C. plus valere quod agitur. 11
quem gloſſ.probat Alexand.in dicta l.nemo.& conſilio lxxxix.in fi.in ſecundo volumi.& dicto conſilio xxviij.in quinto.& Iaſ.in .item ſiquis in fraudem.numero 7.de actio.in inſtit.& in §.fuerat.numero 87.ibidem.ac in l. ſecunda.columna penulti.ff.de iureiurand,& cõſilio xxxvj. volumi.primo. ac Ferrat.cautel.decimaſexta.alia addidi in gloſ. doct. l.emptione. in Cod. meo antiq.

Et ſic reſtituetur quis non obſtante ſimulatione, etiam ſi renunciatum 12
fuerit & cum iuramento per prædicta.Sed hoc habita iuramenti diſpenſatione:vt ſcripſi in interpre.l. ſiquis pro eo.ff.de fideiuſſo. & hoc ſeruatur in curiis Franciæ, etiam ſi iurauerit omnia contenta vera,adhuc reſtitui vidi.

Requiruntur tamen ſequentia. Primò, quòd ſimulatio interuenerit, alio qui non valebit.

Quæ requirãtur in ſimulatione.

Secundò,quòd allegatur ad obtinendum literas,& in ſpecie, vt hic. 13

Tertiò, quòd probetur coram iudice, coram quo literæ comproban- 14
tur,& interinantur.Nam qui agere volunt, probare debent.l. qui accuſare. C.de edẽd.& qualiter probari debeat,vide gloſſ.in §.ſi tale aliquid. in auth. de inſtrumen.cautel.& fide.collatio.ſexta.Imol.& alios in dicto capitulo,ad noſtram.ac Vital.de Camba.in d.tracta. clauſul. verſicul. qualiter ſimulatio probetur.

Reſcriptio cõtractus ſimulati intra quod tempus peti debet.

Quartò,quòd princeps concedat literas,& indulgeat petenti, vt agat nõ 15
obſtante contractu ſimulato:alioqui iudex ordinarius non ſuccurret in curiis Franciæ.

Et quanuis poſſit peti intra triginta annos reſciſſio contractus ſimula- 16
ti.per

ti.per l.omnes.C.de præſcript.xxx.annorum, etiam poſt xxx.annos coram iudice eccleſiaſtico,vt conſuluit Bald.conſil.cccxxij.vtrum poſt xxx.in j.volumi.tamen quidam dicunt in Francia reſciſsionem intra x.annos petendam, per articul.vnic.in tractat.de reſciſ.contract.in gloſ.xix.ſed ibi tenui contrarium,tum quod actus ſimulatus ſit nullus,& ſic non petitur reſcindi,nec habet qualitates ibi requiſitas, licet poſſet comprehendi ſub verbo, diſtractus: tamen melius puto vt non comprehendatur, quia odioſa eſt ordinatio à iure diſcedens:& quia ille tex.exprimit caſus videlicet, *Fondez ſur dol,fraude,circonuention,crainte, violence,ou deception d'outre moitié de iuſte pris*,& non exprimit ſimulationem:ergo non comprehendetur.

Crainte.

GLOSSA IX.

Quotuplex metus.

QVIDAM eſt iuſtus metus, alter vanus, vt in tracta.de reſciſ.contract.gloſ.xij.ſcripſi.& doct.in c.ſi iuſtus.de appellat.Ideo talis metus exprimi debet in literis Regiis, vt iuſtus ne ſit an vanus dignoſcatur,& quis dicatur iuſtus metus,id eſt non vanus,docui in l.iuſta interpretatione.ff.de verbor.ſignificat.vnde dicunt Bald.& alij in l.interpoſitas C.de tranſact.quod non ſufficit probare metum in genere, ſed debet probari ſpecies & qualitas metus,ſcilicet mortis, cruciatus corporis,vel ſimilis.ſequitur Iaſ.conſil.lxxix.in cauſa.col.j.in j.volumi.facit c.j.de his quæ vi metuiſve cauſa fiunt.Alia ſcripſi in d.tracta.de reſciſ.contract.in gloſ.duodecima.

Iuſtus metus exprimi debet in literis.

Ou autres ſemblables cauſes.

GLOSSA X.

Cauſa reſtitutionis exprimi debet in literis.

SIMILIS cauſa vocatur cauſa reſtitutionis, ſeu releuamẽti etiam conceſſa maioribus, licet hic text.in principio dicat,*Fondez ſur minorité*, tamen hic extendit,*ou en ſemblables cauſes*,quia idem eſt iudicium in ſimilibus.c.inter.de reſcrip.Et ſic quicunque ſiue ſit maior ſiue ſit minor, tenetur exprimere in ſpecie cauſam ſuæ reſtitutionis, ſiue hæc reſtitutio concedatur maiori ob defectum intellectus, vt furioſo, prodigo, & huius generis hominibus, & tunc habet locum iſte textus, vt de his ſcripſi in præfa.ad ſi.tract.de reſciſ.contract.

Idem ſi reſtitutio petatur ratione ſexus, vtpote ſi mulier ſexus fragilitate decepta ſit, & reſtitui petat per ſenatuſconſultum Velleianum, & cauſas ſigillatim exprimet, ex quibus reſtitui deſiderat, c.cùm contingat.de iureiurand.c.licet mulieres.illo tit.in ſexto.& paſsim mulieribus non ſubuenitur, vt contractus vel actus reſcindere poſsint, ſed in caſibus tantùm in iure expreſsis.text.in l.fin.vbi gloſ.C.de iur.& fact.ignoran.vide in concord.in forma literar.executorial.in fin.in verb.ſimilis forma. Quid ſimile dicatur, & quot modis.

Hæc cõſtitutio extenditur ad maiores.

Quanuis iſte text.in cauſis loquatur ſimilibus, *ſemblables*. Idem tamen erit in maioribus.per text.notabil.in §.porrò,quæ fuit prima cauſ.benefic.

amittendi.ibi ideóque iudex solers & discretus æquitati obseruandæ solicitus cuncta subtiliter dispensans prouideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis,seu maior.l.cùm his.§.causæ.ff.de transact.l.à sententia.de appel.Ideo in maioribus causis,si restitutio petatur, speciatim debet designari & exprimi restitutionis causa:quia eadem ratio in illis est,quæ in aliis: & similis dicitur quo ad restitutionem, & sic patet quòd consuetudo ad casus similes extenditur, secus in statuto.l.j.C.quæ sit long.consuetud. Alexand.consil.lxv. quoniam omne.col.iij.nu.8 in vj.volu.alibi dicam.

Lesdits relieuemens ne seront donnez ne ottroyez.

GLOSSA XI.

Motu proprio cõcessa restitutio sine expressione non valet.

ALIQVI differentiam subtilem volunt tradere inter *donner*, scilicet ad petitionem, & *ottroyer* sine petitione. Et sic etiam motu proprio literæ concessæ non valerent. Tamen non fundatur iure hæc differentia. Sed vsus communis loquendi vnum pro alio accipit, qui in hoc attendi debet.l. Labeo.ff.de supellect.legat.itaque Cancellaria siue motu proprio concederet restitutionem, siue ad partis petitionem, non valeret, nisi speciatim restitutionis exprimeretur causa: quia clausula motus proprij non tollit defectum intentionis concedentis, vt docet Aegidi. Bellamera decis.cccclxxv.præmissæ.& Rota decis.cxij.dicebant.in not. Felin. in c.causam.ij col.ij.de testib.scripsi in forma mand.in verb.motu proprio. vbi huius clausulæ xlvij effectus inserui notab.

Et sic patet hîc vnus casus in quo denegatur restitutio, videlicet, quando quis non exprimit causam restitutionis speciatim, alios casus in quibus minor non solet restitui,scripsi superius in glos.ij.

En nosdites chancelleries.

GLOSSA XII.

Restitutiones tã à Rege quàm à Cãcellaria dantur.

ET sic patet hîc restitutiones non solùm dari ab ipso Rege,& tunc Cancellarius eas magno sigillo signat, sed etiam à qualibet Cancellaria Franciæ in sua iurisdictione: & hîc prohibet Cancellariæ cuilibet, sed ipse statuens non est prohibitus: quia non intelligetur comprehensa persona loquentis, tum etiam quia contra suam prohibitionem venire potest, cùm sit solutus legibus.l.princeps.ff.de legibus & l.ex imperfecto.C.de testa.

Non valerent tamen literæ etiam ab ipso Rege emanatæ, nec à iudicibus comprobarentur, si causa restitutionis non esset sufficienter expressa, sed esset incerta: quia super incertis iudex iudicare non posset.§.curare.institut.de actio.l.j.C.de sentent.quæ sine certa quanti.ideo iudices quibus diriguntur, eas incertas & confusas reiicerent nec comprobarent.

Cãcellaria in quolibet parlamento.

Certum enim est, quòd in quolibet parlamento Rex habet Cãcellariam suam,& ibi Vicecancellarium, qui subditis illius iurisdictionis, siue ressortus concedit literas,sed aliis alterius ressortus non subditis non potest concedere, sed magna Cancellaria sic, in qua Cancellarius præsidet. Et ibi conceduntur literæ in magnis rebus & negotiis, & ad Regis præceptum, ac sigillantur literæ

literæ officialium Regiorum,& alia ardua,de qua cancellaria iste tex.non intelligitur,nisi vt superius dixi,de qua alibi tractabo.

Sinon quê la partie specifie.

GLOSSA XIII.

1 SPECIFICARE dicitur, quasi ex genere speciem facere, & in specie tradere,& non in genere,declarat text. & ibi docto.in cap. præsentium.§.restes.in fi.de testib,in vj.vide tex.in l.adeò.§.cum quis ex aliena.ff.de acquirend.rerum domi. Et sic in specie debet causas quis exprimere, ex quibus releuari cupit, & in indiuiduo,vt præfecti Cancellariis discernere & iudicare possint,an illa sit causa sufficiens ad concedendum restitutionem,vel an sit casus,in quo concedi non debeat:alioqui incerta expressio & generalis obscuram reddit petitionem,per l.ita fidei.ff. de iure fisci.Nam generalitas parit ambiguitatem.l.cùm Stichus.ff.de solutio. & not.in l.veteribus.de pact.

Specificare quid sit.

Generalis expressio causæ restitutionis nõ valet.

2 Ex hoc patet, non valere generalem expressionem causarum, quibus restitui quis cupit,vt si quis se esse læsum vendendo illam domum,vel litigando cum tali dicat.

Generalis citatio concessa cõtra omnes non valet.

3 Ex quo infertur, non valere citationes generales vni concessas cõtra omnes nemine expresso, vt excepto: quia iudex concedens posset ex hoc citari, illustres & alij prohibiti in ius vocari.l.ij.ff.de in ius vocand. Ideo est necesse nomina exprimere,& cognomina citandorum,per tex.in l.j C.de iure domi.impetr.vbi expresim Bart.& alij.& Ludouic. Roma.consil.cccexcvij,diligenter.col.vlti.& sequitur Ias.in §.quadruplic.nu.10.de actio.in instit.& in addit.ad Vbertum de Bonacurso in rub.quib.mod.citat.&c.

Cõcessio capiendi generalis non valet.

Generalis procurator non potest petere vt quis detrudatur in carcerem.

4 Secundò,infertur non valere facultatem & concessionem datam apparitori prehendendi seu capiendi omnes, & quoscunque debitores talis N.vt docent Angel.& Ias.in l.fi.col.ij.C.de edict,diui Adria.tollend.

5 Tertiò, non potest procurator generalis petere quenquam in carceres detrudi sine clausula cum libera,vel speciali mandato, nec consentire vt captus liberetur à carceribus.l.non solùm,§.fi.ff.de procur. Bartol.consil.lxxxiij.in causa statij. Alexand.consil.cxxxiij.circa executionem.in vj.volumi.

Generaliter consentire filio ad quascũque lites pater non potest.

6 Quartò, pater non potest consentire filio ad quascunque lites, quando causa requirit speciale mandatum:Baldi in l.fin.§.necessitate,C.de bonis quæ liberis.

Generalis gardia vel literæ de debitis non valent.

7 Quintò infertur,quòd gardiæ generales, & literæ de debitis nullius sunt momenti,si à Seneschallis & aliis concessæ fuerint,vt in ordi.Regiis rub. Des *seneschaux*.articul.xj.& ordinat.xxvij.articul.xv,dixi,in artic.j.glos.tract.de liter.obligat.in j.Tomo constit.Regia.

Commissio generalis legati nõ extendit se ad beneficia vacãtia in curia.

8 Sextò, commissio generalis data legato, vel alteri non extenditur ad beneficia vacantia in curia.c.ij.de præbend.in vj.nec ad ea quæ speciale exigunt mandatum, quæ doct.not.in §.fi.de his per quos agere possumus.scripsi in fi.tit.de elect.derogat.in concordat.

Commissio generalis arestandi non valet.

9 Septimò, non valent commissiones generales de sistendo seu arestando omnes,& quoscunque ad partis requisitionem:quia in illis requiritur causæ cognitio, & iudicis præceptum. & arestari posset is, qui nullo iure potest,

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest,vt docet Iacob.de bello visu in practi.sua rubri.de inquisi. nu. 30. & Ias. in d.§.quadrupli.no.iiij.alia dicam in seq. gl. vide quæ scripsi in tracta. de euoca.artic.iij. in primo Tomo.

Et declaire particulierement,& par le menu,les causes par lesquelles elle demande estre releuee.

GLOSSA VLTIMA.

Causæ restitutionis in indiuiduo sunt exprimendæ.

NOTA quòd impetrans restitutionem debet peculariter, distinctè ac speciatim & in indiuiduo causam restitutionis exprimere, & per istum text.declarantur & tolluntur variæ doctorum sententiæ scriptæ in l. minor autem magistratus.§. primo.ff. de minor. vbi princeps perraro solet restitutionem minoribus permittere,si ipse sententiam dixerit, dum ea quæ pro causa sunt dicta, non allegant. 1

Incolorate quid contra Budæ.

† Imò diuus Seuerus & Imperator Antonius non audierunt incolorate restitui desiderantem,idest sine colore & expressione causæ iustæ, vel colorate.gloss.ibi quanuis Budæ.in annot.in Pandect,dicat intelligẽdum illum textum, quando minor allegat ea, quæ si dicta pro causa fuissent, erant causæ profutura. tamen puto non restituendum & etiam tunc minorem, nisi speciatim illa exprimeret: vt hic vult text. & Innocen. in capitul. coram. de in integrum restitutio. princeps enim vult causam intelligere, ex qua possit concedere vel negare restitutionem, aliàs dare restitutionem non vult: & istud esse valde singulare testatur Bartol.in §.si autem.dicta l.minor. vbi dicit, quòd si petatur restitutio aduersus sententiam principis, quòd tunc libellus debet particulariter, seu articulatè continere causam, in qua fuit læsio, seu deceptio. Sed in aliis inferiorum sententiis generalis libellus admitteretur, per l. verum. §. sciendum.& l. quod si minor.§.non semper. ff. de minor. Hic tamen statuit princeps, quòd in qualibet restitutione exprimatur causa specialiter & particulariter, siue impetret quis literas ad rescindendum contractus siue sententias,aut alios actus, secundum Bald.in dicta l. minor autem, & ita expressum superius fuit ibi, *Ou autres semblables causes.* 2

Generalis procuratio ad petendã restitutionem nõ valet.

Item si cõstituam procuratorem ad petendum restitutionẽ in integrum, & non dico in qua causa,vel super qua re,non valebit procuratoris constitutio. l.illud. §.j.ibi cui id nominatim mandatum sit ff. de minor. & ibi ponderant ad hoc Bartol. & Bald. in l. filius familiàs. columna vlti. ff. de donatio. Cyn. & Iacob.in l.vna.C. etiam per procurato. in integrum restitutio. postul. posse. Et sic ad petendum restitutionem requiritur specialis mentio rei,vt in tali domo, super tali prato sic vendito, & in tali causa, quam aduersus Ioannem habebam, in qua succubui, sed non requiritur specialis mentio personæ, contra quam debet peti in procuratoris constitutione: secus in literis restitutionis.Ias. in l.siquis mihi.§. sed vtrum. primo notab. ff. de acquiren. hæredi.vbi dicit per illum text.etiam iussum de adeundo hæreditatem debere esse specialem,& debere exprimi, quæ hæreditas sit adeunda, nec sufficere generale mandatum de adeundo quamcunque hæreditatem per illum text. Licet in consensu partis filio præstito contrarium doceat etiam 3

etiam glo. in l.si longius.§.fi.ff.de iudi. & Bal.in l.fi.§.necessitate.C. de bonis quæ lib.& superius in proxima glo.dictum fuit.

Causæ grauaminũ exprimi debẽt ab appellante interlocutoria.

4 Item appellans ab interlocutoria debet sigillatim,in specie grauaminum causas exprimere. Nec sufficeret eas in genere allegare, videlicet si diceret ex causis,quæ ex actis colligi possunt.c.j. de appel.in vj.& cle.appellanti. de appellatio.not.in l.eius qui.ff.de appel.recipien. & in l.Titiæ.de leg.j.per Alex. & Ias.& debet pars appellans à taxatione expensarum præsignare articulum super quo appellat:& infra tit. de expensis,damnis & interesse artic.

Generalis renunciatio doli non valet.

5 Adhæc non sufficit,siquis renunciet doli exceptioni, nisi dicat in tali casu,& in tali actu.Bart.in l.siquis cùm aliter.in fi.ff. de verborũ oblig.quod est contra practicam aliquorum aduocatorum, teste Angel. in rubri.de excep. in instit.colum. xxiij. versi. decimò est videndum, &c. facit l.si vnus.§.illud. ff. de pact.

Dispositio testis super crimine debet esse specifica.

6 Adde etiã quòd contra personã testis debet crimẽ specificè opponi,sic videlicet,dico quòd Titius est fur:quia surripuit liberum talem Ioannis N. tali tẽpore &c.c.præsentium.de testib.lib.vj.ibi facta sigillatim specificatione.& Dec.in c.j. notab.ij. de except.post Lantranc.in repetio.c. quoniam in verbo testium.col.xvj.de probatio.Nec sufficit dicere testem infamem, nisi causa dicatur:& siquis dicat aliquem esse suum inimicũ,non sufficit si causam inimicitiæ non exprimat,vt dico in trac.de repro.testiũ & saluatio.ibi abunde.

Iniuriæ species exprimi debet.

7 Insuper iniuriæ speciem quis exprimere debet.l.prætor.ff.de iniur. & vbi statutum punit diffamantem aliquẽ,intelligitur,si ad diffamationis speciem venerit, & ad speciem delicti:secus si in genere dicat illum esse malum hominem.Bal.in l.turpia.ff.de lega.j.refert & sequitur Bauer.in §.sed cùm aliquis. col.ij.de testa. in insti.

Legitimatio non valet non expressa qualitate spurii.

8 Adhæc non valet legitimatio nisi qualitas spurietatis sit expressa,vt docet Feli.in c.postulasti.ij.de rescrip. col. iiij. & scripsi plenè in ordinat. Reg. in trac. de liter.naturali.in hoc tomo.

9 Et quando petitur suppleri defectus contractus in genere, vel processus, non debent concedi literæ,nisi in petitione defectus exprimatur. Reg. Cancellar. xxxix.

In decreto causæ speciatim exprimi debent.

10 Item quando petitur interponi decretum, debẽt causæ sigillatim exprimi.l.magis puto.§.ne passim.ff.de rebus eorum. & l.j.C.de præd.curia. libro xj. vbi Barro.

Generalis dispensatio super inhabilitate non valet.

11 Præterea quando cum inhabili dispensatur, debet fieri mẽtio expressa in habilitatis, & in specie,nec sufficeret generalis. Ancha.in c.non potest.de præbend. in sexto.

12 Nec sufficeret falsi suggestionẽ proponere, nisi speciatim declaretur. Inn. in c. meminimus.in fi.de app. Bald.in l.ab Anastasio.in fi.C.man.Guid.Papæ sin.cccxxxij. nõ sufficit,& Cæpo.cautel.cvj.quãdo libellus.Ias.in l.fi.col.1. C.

An valeãt literæ restitutionis non expressa causa restitutionis in specie.

13 de iud.vbi alia recitat. † Vnde cũ iste tex.prohibeat cõcedere, si concessæ literæ fuerint,an valeant?quod nõ videtur,quia factum cõtra legẽ:per l. non dubium.C.de legib.dicerẽ tamẽ quòd si expressio sufficiẽs esset, per quã iudex inquirere,& iudicare posset,quòd literæ nõ essẽt recusãdæ:alioqui cõtra,vt superius dixi in gl. xxij. & maximè si instaret procurator Regius dicẽs.& petẽs literas pronunciari nullas,eò quòd essent cõtra hũc articulũ. hactenus de his.

Universidad de Deusto
Biblioteca

François Articl. cxxxiiij. *des publiées* 1539.

Articulus secūdus.

Nous voulans oſter aucunes difficultez & diuerſitez d'opinions qui ſe ſont trouuées par cy deuant ſur le temps, qui ſe peuuent faire caſſer les contracts faits par les mineurs.

GLOSSA I.

TRES habet partes. In prima ponitur conſtitutionis cauſa: in ſecunda conſtitutio. ibi *ordonnons*. Tertia ponit limitationem, ſi non. 1

Edita cur fuerit. Nota, quòd ad tollendum diuerſitatem opinionum eſt hæc conſtitutio edita. Dicebant quidam minorem poſſe reſtitutionem petere intra quadriennium poſt legitimam ætatem perfectam, & iſtud quadriennium eſſe continuum, per l. ſi ſuperuacuā. C. de tempor. in integ. reſti. peten. Alij dicebant vtile in ſui principio, ſed in progreſſu continuum, per l. annus. ff. de calum. Effectus erat, quòd ſi eſſet vtile, non incipiebat currere, niſi quando minor certioratus erat ſe eſſe læſum, vel ex præſcriptione, vel ex alia cauſa, teſte Bal. in l. falſam. col. 2 C. ſi ex fal. inſtr. Card. in cle. 1. q. 25. de in inte. reſti. & Panor. in c. 1. in fin. de præſcr. quia ille qui ignorat, non dicitur negligens: ergo non negligenter omittit, vt in c. vnic. de in inte. reſt. li. 6. & c. quia. de conceſ. præb. Alex. conſi. j. in iiij. vol. & Iac. in l. fi. col. ij. C. de temp. in inte. reſti. peten. 2

Quadriennij reſtitutionis an ſit continuum.

Ignorans reſtitutionem ſibi cōpetere eam ſemper petit. Ideò ſi quis per centum annos nō petereret reſtitutionem in integrum, quia probabiliter ignorabat ſibi competere, poterit tamen eam poſteà petere, teſte Bal. in d. l. falſam. col. ij. C. ſi ex fal. inſtru. Pau. Caſtren. in l fi. C. de dolo. per l. fi. C. de tēpo. in inte. teſti. peten. Sic conſuluit Alex. cōſi. lxxxix. viſo puncto. col. iij. nu. 11. & in ij. vol. conſil. clxix. viſo themate. in fi. ibidem. & Hipp. in l. qui falſam. nu. 91. ff. de fal. Caro. Ruinus conſi. 26. videtur. col. pe. nu. 21. in 3. vol. 3

Intellectus ad legem ſuperuacuā. Præterea in d. l. ſuperuacuam dicitur dari quadriennium ad interponendā conteſtationem, finiendāmque litem. Et ſic intra illud quadriēnium debet lis conteſtari & finiri, & iurium interpretes ſuper hoc valde laborarunt. Sed aduerte in illo text. legendū eſſe ad interpretandū conteſtationē ineundāmque litem. Et ſic dabitur illud quadriennium ad conteſtandam, & ingrediendam litem ſuper hac reſtitutione, & ſic ſufficiet minorem petiiſſe reſtitutionem, & literas præſentaſſe, atque litē conteſtatā fuiſſe. Et ita nouiter intelligitur illa lex, quicquid hactenus ſcripſerint doct. Et ſic legi in quibuſdam antiquis exēplaribus. facit l. 2. ff. de collu. deteg. ibi quinquennium autem non ad perficiendam retractationem, ſed ad inchoādam puto præfinitum. 4

Declaratio cle. vni. de in integ. reſti. † Et ſit intelligitur cle. vna de in integ. reſtitu. ibi iniri debet intra quadrienniū continuum, licet ibi corruptè legatur finiri, vt dixi in interpretationibus meis nouis. 5

Quatuor caſus reſtitutionis petendæ & decidendæ. Ex quo inferuntur caſus ſequentes, Primò, quòd reſtitutio petenda eſt intra quatuor annos, & ineunda atque inchoanda lis à tēpore læſionis, & ita ſeruat praxis quæ eſt optima iurium interpres. l. per hanc. in fin. ibi pleniore ſubueniat veritatis lumine. C. de tēpo. appel. & ibi Salic. ad hoc expendit illū tex. 6

Secundus caſus eſt, vt lis inita & inchoata ſuper reſtitutione de iure finiri debeat, iuxta l. properandum. C. de iudi. quæ tamen lex non ſeruatur in regno quo ad hoc, vt ſcripſi in prooem. ordin. in primo Tomo. 7

Tertius caſus eſt, vt in integrum temporis reſtitutione illud tantum reſtituatur tempus, in quo aliquis læſus fuit, & ſic intelligitur dicta clemen. & in 8

reſtitut.

reſtitutione rei res ipſa cum fructibus, vt fuit dictum in definitione ſuperiùs: vnde ſi per quadriennium quo quiſpiam petere reſtitutionem debebat, fuit ab hoſtibus captus, & detentus per annum, ad illum annum reſtituetur. l. ſed & ſi per prætorem. §. quoties. ff. ex quib. cauſ. maior.

9 Quartus caſus eſt, quòd non ſolùm minores intra quadriennium illud reſtitui poſſunt, verùm etiam ſucceſſores illius. l. minor autem magiſtratus. in fi. cum l. ſeq. ff. de minor. etiam maiorum ſucceſſores. l. non ſolùm. de in integrum reſtitutio. & ſuperius dictum fuit.

10 Igitur ex præmiſſis incertum erat, quando curreret tempus, quia minores ſemper dicebant ſe ignoraſſe læſionem: & poſt centum annos aliquando reſtitutionem petebant. ideo hîc ſtatuit tempus xxxv. annorum minoribus ad petendam reſtitutionem, & poſteà audiri prohibet, ſiue ipſi ſe læſos eſſe ſciuerint, ſiue ignorauerint: quia imputetur eis, cur intra illud rempus non viderint, & non perquiſierint. & ad hoc facta eſt hæc conſtitutio taxans ætatem,

11 & non ſcientiam. † Quicunque igitur minor peruenit ad ætatem legitimam, debet de ſuo iure inquirere, omniaque ſua perlegere documenta, & ſui prædeceſſoris proceſſus, ſi quos habebat, cum peritorum conſilio videre, & inuētarium bonorum ac alia, & an habeat illa bona in inuentario conſcripta, & fideles conſultores adhibere, & ſic debet quilibet ſi ſibi ſapit facere, nè poſteà ſerò ſapiant Phryges, vt adagio dicitur. *Cautela pro maioribus factis.*

12 Et hæc ordinatio non extenditur ad præterita, ſed futuris dat formam negociis. l. leges. C. de legib. c. fi. de conſti. nec etiam extenditur ad cauſas cœptas per appellationem. cle. diſpendioſam. in fi. de iudic. cùm hoc non dicatur hîc.

13 Si tamen quis fuerit læſus ante hanc ordinationem, & poſteà ordinatio fuerit publicata, poterit minor reſtitui intra tempus hîc præſtitutum: vt in l. iij. §. ſcio. ff. de minorib.

14 Item ſi minor fuerit læſus in iudicio poſſeſſorio, reſtitutionem petet, per tex. in c. cùm non liceat. de præſcri. & ibi Bald. ad hoc no. idem firmat Bald. in l. fi. C. qui legiti. perſo. ſequitur Matth. de Afflictis in conſtit. Neapol. rubr. de reſtit. in integ. lib. ij. nu. 4. ergo procedet iſte text. & in poſſeſſorio & in petitorio, cùm indiſtinctè loquatur. arg. l. de precio. ff. de publi. in rem actio.

Ordonnances qu'apres l'aage de trentecinq ans parfect & accomply.

GLOSSA II.

REQVIRITVR ergo tempus completum, ad hoc vt minor à reſtitutione petenda excludatur. l. denique. §. primo. ff. de minoribus. facit capitulo cùm in cunctis. in princip. de electio. quia hoc exprimitur. Aliquando tamen ſufficit incœptum, vbi hoc expreſsim ſcribitur, vt in l. qua ætate. ff. de teſta. & in capitul. cùm in cunctis. §. inferiora. & ſic poſt trigintaquinque annos cōpletos nō poterit minor petere reſtitutionē beneficio minoris ætatis in hoc FrāciæRegno. ſi tamē quis impetrauerit intra trigintaquinque annos literas, & inierit litē, poterit illā proſequi. diuerſum eſt ſi tantū impetrauerit literas, quia duo copulatiuè requirūtur in l. ſuperuacuā. de tēp. in integ. reſti. petē. videlicet vt cōteſtetur lis, & ini- *Tempus vtigintaquinque debet eſſe complet um.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta sit. cùm iste tex. in vno corrigat, videlicet in tempore, ergo in alio non videtur corrigere. argu. l. cùm prætor. ff. de iudic. c. nonne. de præsump. Sed vix praxis excluderet istum post impetrationem intra tempus factam ex æquitate, si allegaret causam quare non esset prosecutus. & illa causa esset iusta. Et per istum text. cessant difficultates positæ in l. ea quæ. C. de temporib. in integrum restitu. petend. vbi gloss. & doct. dicunt, quòd masculus qui veniam ætatis petit, poterit adhuc in integrum restitutionē petere vsque ad annum vtilem computandum à venia ætatis. Idem in fœmina, idem etiam est, quando lex, vel consuetudo taxat legitimam ætatem, vt coniugatus post vigesimum annum habeatur pro maiore: tunc ille debebit intra quadriennium à tempore quo reputatur maior computandum petere restitutionem, & posteà non auditur: quia illa ætas taxata est loco ætatis legitimæ, videlicet vingintiquinque annorum. quod not. & sequitur Matth. de Afflictis in constitu. Neapolit. rubric. de restitutio. minor. col. iij. hîc tamen videmus taxatum esse tempus trigintaquinque annorum, siue taxatum fuerit tempus ex consuetudine anteà, siue petierint veniam ætatis, & sic cessant illæ difficultates, siue habeatur ante pro maiore, siue non, semper his casibus habebit locum iste tex. vt intra trigintaquinque annos quis restitutionem petere possit beneficio ætatis, quod est notandum.

Si consuetudo faciat maiorem quando is restitui possit.

Veruntamen sicut maior vigintiquinque annis non restituitur de his quæ gessit post vigintiquinque annos, licet sit in illo quadriennio petendi restitutionem, sic non restituetur coniugatus ab eo tempore quo per consuetudinem fit maior, & ita docent Paul. & Iacob. in d. l. ea quæ. Ego tamen vidi sæpius literas restitutionis istis concedi, etiam de his quæ gesserant postquam facti erant maiores fictè, & sic etiam consuluit Pau. Castren. consil. clxj. non est dubium. col. secunda. in secundo volumi. quia licet consuetudo faciat eum maiorem, & contractum ab eo factum validum, tamen non excludet restitutionem, si intra vingintiquinque annos factus sit. gloss. in l. j. C. si de momen. possess. fuer. appella. vnde cùm hîc sit taxatum tempus minoribus, & nihil dictum sit de maioribus læsis reipublicæ causa absentibus, vel alia probabili ex caus. ideo maiores poterunt petere in integrum restitutionem intra quadriennium, computandum à die quo læsi fuerunt, & læsos se sciuerint, vt dictum fuit suprà. nam quod non mutatur, cur stare prohibetur. l. præcipimus. in fi. C. de appellatio.

Factimaiores fictè restituuntur.

Ne pourra pour le regard du priuilege.

GLOSSA III.

Priuilegiũ minoris ætatis vocatur beneficiũ.

ECCE quod vocat hîc priuilegium minoris seu fauorem, sic iu- 1
risconsul. dicit beneficium ætatis in l. Iulianus. ff. de in integ. restit. & in l. ait prætor. §. pen. & l. præses, de mino. & interdum ætatis excusationem, in l. auxilium. in fi. ff. de mino. & priuilegium restitutionis, in l. item hi. ff. ex quib. cau. maior.

Beneficium restitutionis in l. cum mandato. & l. præses. ff. de minorib. eò 2
quòd beneficiat minoribus eos in integrum restituendo, & ab omni iniquitate in eos commissa eos protegat.

Ponde

Ponderanda est dictio Ne *pourra*, non poterit, quæ importat necessitatem, vt necesse sit minori quiescere à persecutione post triginta quinque annos, per glo. in c. j. de reg. iur. in vj. & ibi addidi.

4 Idem in ipsius hærede, successore & fideiussore, vt possint petere restitutionem intra tempus quo minor, & eo tēpore etiam excludatur. Nam cùm persona minoris excludatur, ergo successoris & fideiussoris. l. j. & per totū. C. de fideiusso. minor. vbi datur regula, quòd restitutio minoris non prodest fideiussori, & quanuis minor restitutus sit aduersus principalem, tamen cogetur fideiussor soluere: & posteà aget contra minorem, nisi minor contra fideiussorem etiam restituatur. d. l. fi. ibidem.

Intra xxx v. annos successor minoris, vel fideiussor an restituatur.

5 Limitatur non procedere, quando fideiussor pro re minoris stipularetur, & fideiuberet, vtpote si minor rem vendat, in qua est deceptus, si aliquis fideiusserit pro eo, illi fideiussori succurretur post minoris restitutionem. Idem si satisfecerit. l. ij. ff. de administr. tuto. l. exceptiones, quæ personæ. in fi. ff. de exceptio. quia in hoc potest etiam maior decipi, videlicet in rei valore. text. in l. quisquis. C. de rescin. vendi. Nam sæpe de facultatibus suis amplius quàm in his est sperant homines. §. in fraudem. quib. ex cau. manumitt. non licet. in insti.

Quibus casibus fideiussor minoris restit.

6 Secundò limitatur, quando fideiussor sciuisset illum contrahentem minorem, & creditorem nolentem cum minore contrahere, nisi iste fideiussisset, tunc his duobus interuenientibus non debet fideiussori succurri in necē creditoris. l. in causæ. j. ff. de mino. quia postquàm creditor non esset cum minore contractutus, & fideiussoris obtentu cum eo contraxit, tunc non succurretur ipsi fideiussori: imò si ipse velit agere posteà actione mandati contra minorem, is poterit restitui, nec tenebitur quicquam soluere fideiussori, dicta l. in causæ, quia in fideiussore videtur quidam dolus, vt ex sua fideiussione adstringat minorē, qui aliàs non teneretur, & promittens pro illo videtur donare. l. si pupillus. ff. de arbi tanquam si cōsumpturo traderet. l. siquis cùm sciret. ff. pro emptore. & ad hoc cauti debent esse qui promittunt pro istis iuuenibus stolidis.

7 Tertiò non procedit, quando fideiussor successisset minori intra tempora restitutionis decedētis, per tex. in l. stichum. §. quod vulgò. ff. de solu. Nam eo ipso quòd fideiussor succedit debitori, extinguitur obligatio fideiussoria vt ibi: ergo poterit ratione minoris, cui successit, in integ. restitutionem petere, vt probant doct. in l. debitori. C. de pact.

8 Quartò non habet locum, quando dolus in contractu interuenisset, tunc fideiussor etiam ex persona sua de dolo agere posset. l. ij. C. de fideiuss. minor. quia tantùm fideiussor prohibetur agere ratione ætatis, non alia ex causa, vt pote si deceptus fuerit minor vltra dimidiam, vel dolo, aut metu inductus, & tunc minoris restitutio etiam fideiussori proderit. nec est opus fideiussori impetrare literas rescissionis, si minor eas impetret, alioqui contra gl. in d. l. ij. vbi iuris interpretes.

9 Quintò quando restitutio nullum esset allatura commodum minori, si restitutio sua nō prodesset fideiussori, tunc restitutio proderit fideiussori: alioqui esset minori inutilis, vt no. Bart. in l. cùm filius. §. j. ff. de verb. obli. Ia. co. expresè in d. l. ij. C. de fideiusso. mino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sextò, non procedit quando minor esset necessarius defensor fideiussoris, 10
tunc restitutio etiam fideiussori proderit. l. minor. ff. de procur. Doct. in l Stichum. §. quod vulgò. ff. de solu. & in l. 1. de fideiuss. mino.

Septimò, quando creditor posset habere regressum contra alium, quàm fi- 11
deiussorem, tunc minoris restitutio proderit fideiussori, cùm creditoris non interest à quo consequatur. Iacob. in d. l. 1. per l. minor. ff. de procur. l. 2. de administratio. ruto.

Intellige prædicta, quòd in quibus casibus fideiussori subuenitur, intelli- 12
gitur si minor restitutionem petat: alioqui ante non est danda exceptio fideiussori. l. exceptiones, quæ personæ. ff. de excep. Nam cùm minor restitutus non est, non potest fideiussor, qui dicitur accessorius, infringere principale. Sed econtrariò sic, per l. cùm principalis. ff. de reg. iur. vide Hippo. in tract. de fideiuss. q. 36. nu. 267. cum seq.

Et notandum est, quòd si aliquo casu concurreret æquitas, tunc poterit 13
fideiussor implorare officium iudicis ad obtinendum exceptionem, quæ principali competit, licet de iure non competeret fideiussori, & sibi debet concedi. nam qui non potest exceptionem opponere, iudicis officium postulare potest. l. planè. vbi Bart. & alij. ff. de peti. hæredi. & l. fi. ibidem. Ias. in l. 1. col. 6. nu. 9. ff. de iurisdi. om. iudi. Hippol. Marsil. in rubric. de fideiuss. q. 36. nu. 278. vbi alia videri possunt.

An restitutio sit personalis an realis.

Videndum est, an hoc beneficium restitutionis sit personale realéve sit, & 14
quidam reale esse putant, quod ad successores transeat. l. non solùm. ff. de rest. in inte. Ego verò puto esse personale. arg. l. quia tale. ff. sol. matr. & l. exceptiones, quæ personæ. de exceptio. l 1. vbi Arti. C. de fideiuss. mino.

Nec obest, quod hæredi vel successori detur, quia ob hoc non desinit es- 15
se personale: nam hæres nomine minoris petit restitutionem, non suo nomine, & censetur vna persona cum defuncto, in authen. de iureiuran. à morien. præst. col. 3. ob id non dicitur minus esse personale, quia nõ competit nisi personæ minoris, quam successor repræsentat. Ideo non excluditur, quare nõ potest reale, nec mistum vocari, vt dicunt quidam in. l. Marcellus. ff. de fideiuss. & Maurit. in tract. de restitu. parte 1. cap. 13. putat reale esse, quod alienum esse à iure videtis: alioqui concomitaretur rem, & rei nomine daretur, quòd non est verum, sed tantùm personæ minoris. Et eius successor non excluditur nomine minoris: quia eadem persona censetur esse, & non alius: & quia nomine minoris petit, veruntamen interdum restitutio in rem datur minori per l. in causæ 1. §. interdum. ff. de minori. & suprà, q. 7 diximus, quando restitutio dari possit contra rei possessorem, & contra tertium, sed est personale: quia soli personæ minoris datur.

Ou faueur de minorité.

GLOSSA IIII.

Minor duobus modis dicitur.

FAVETVR ergo minoribus: vt dicit text. in l. 3. §. præterea. ff. de suspect. tutor. ibi quod fauore pupillorum accipiendum est, sic ætas quædam priuilegia, & quibusdam tribuit fauores. leg. ætatem. ff. de censibus. Ideo videamus ea in primis quis minor dicatur, & textus in capitul. in præsentia. de probationibus dicit duobus modis

bus modis minorem dici. Primò, quãdo est minor xiiij. annis. Secundò, quan-
2 do est minor xxv. ann. Et sic quis simulátque natus est. † Imò etiam posthumus quo ad ætatis beneficium, minor dici potest, vt inferius videbimus, sed minor ad contrahendum matrimonium, vel ad testãdum, vel ad religionem profitendum dicitur quis vsque ad xiij. annos. l. qua ætate. ff. de testam. §. j. de nupt. in instit. & idem in professione facienda. c. beneficium. de regula. in vj. & minor intra pubertatem quo ad adulterium. l. si minor. ff. de adulter. sed quo ad hanc materiam dicitur minor à tempore, quo est conceptus vel saltem natus, & nota in quibus faueatur minoribus frequentius.

Priuilegia minorum. Iudex in Frãcia motu proprio sine literis Regiis non restituit.

3 Primum ergo priuilegium est, quòd iudex motu proprio nõ petenti pupillo restitutionem in integrum concedere (si videat expedire) potest, teste Roma. singul. ccccclvj. quod iudex. sed hodie cùm nullus iudex in Francia sine literis Regiis restituat, hoc saltem in curia suprema procedet, quæ sine literis restitutionem concedit, sed petente minore, vel curatore pro eo, seu aliquo consanguineo vel curatore. l. præfecti. ff. de minorib.

Iudex ex officio procuratorem & aduocatum dat minori.

4 Secundum est, quod iudex ex officio aduocatum & procuratorẽ minori dabit. l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconsul. etiam gratis & sine sumptibus aduocatus seruiet, aliàs ab officio aduocationis repelli poterit, teste Guido. Papæ in decis. Delphi. q. ccccclxj. si quis contra: quod non seruant quidam aduocati rapaces.

Minori plus petenti quomodo succurratur.

5 Tertium, minori plus tempore petenti succurritur, vt induciæ contra eum duplicari non debeant, teste Panor. in c. vnico. nu. 10. de plus petit. hodie non duplicantur induciæ, sed reus absoluitur cum expensis, salua facultate actori, vt possit reum tempore debito cõuenire, vt scripsi in proœ. ordi. in j. Tomo.

Quilibet potest cõparere pro minore.

6 Quartum, quilibet pro minore comparere potest, & opponere, etiam si sit fœmina. casus singul. secundum Bart. ibi. & Aret. in l. ij. in fi. C. de negot. gest & tunc iudex opponentem pro minore solet si sit inhabilis, creare curatorem, vt illum defendat.

Fauore minoris quilibet opponens admittitur.

7 Quintum, licet quis non admittatur ad excipiendum, vel probandum, quod sua non interest, tamen hoc nõ procedit fauore minoris. text. in l. contra impuberes. C. de negot. gest. quem sing. dicit Alexand. in l. ille à quo. §. j. ff. ad Trebel. not. j. & Barbat. consil. xv. clementissimi. col. iiij. in j. volumi.

Minor ex gestione quatenus locupletior tenetur.

8 Sextum est, quod pupillus & minor non tenentur ex gestione negotiorum, si aliena gesserint negotia, nisi quatenus factus est locupletior. l. si pupilli. ff. de negot. gest. Ias. in l. videamus. col. ij. ff. de in litem iurand.

Redimere negligẽs captum à turcis priuatur successione nisi sit minor.

9 Septimũ, quòd redimere negligens captũ à Turcis, vel in carcere detentũ debet successione priuari, nisi sit minor xviij. an. authẽ. si captiui. C. de epis. & cler. cui gratia ætatis succurritur: quia quicquid videt, ignorar. l. j. C. de fal. mo.

Octauum, quòd pupillus iuramentum sine tutore deferre non potest. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. j. ff. de iureiur. quia rerũ administrandarum ius ei non cõpetit, vt dicit ibi Iurisconsul. probat Alex. consil. lv. in vj. vol.

Periurium non incurrit minor.

10 Nonum priuilegium est, quod non incurrit periurium, quia nesciens tallere non videtur. l. qui iurasse. in princip. ff. de iureiur. & impuberes nihil scire intelliguntur. l. fi. ff. de iur. & fact. ignor.

Minori nõ denunciãti litẽ succurritur.

11 Decimũ, quòd si minor rem emerit, quæ ab eo euicta sit, licet nõ denunciauerit, tamen de euictione aget, quia mora re ipsa cõmittitur in eo. l. in mi-

norum.C.in quib.cauſ.in integ.reſtitu.non eſt neceſſ.Bald.in l.1.C.de peri.& & commod.rei vend.Anto.de Burgos in c.fi.de emp. & vendi. diuerſum eſſet in maiore.l.ſi rem.ff.de euictio.

Pœna falſæ monetæ fabricatæ non tenetur minor.

Vndecimum, quòd domus illorum impuberum non confiſcantur, ſi- 12
quis in illis falſam cuderit monetam,quia quicquid vident,ignorare cenſentur,& ſic illud crimen.l.j.C.de falſ.moner.

Pœna legis Corneliæ minor nõ tenetur.

Duodecimũ,non punitur lege Cornelia de ſicariis,ſi infans fuerit, & ho- 13
minẽ occiderit.l.infans.ff.ad l.Cornel.de ſica.quia duobus ab eo abeſſe videtur.c.1.de delic.puero.qui in l.Cornel.exigitur.l.in lege Cornelia.ff.de ſicar.

Minor in diuiſione eligit.

Decimumtertium,quando diuiduntur bona, in quibus minor habet par 14
tem,ipſe eligere poteſt,quam velit partem.ca.1.de paroc.Iaſ.in§.quædã,inſt. de actio.& in l.1.ff.de reb.credi.& iſtud de cõſuetudine ſeruari teſtatur Guido Papæ.q.289.in deciſ.Delph. ego tamen in Francia vidi electionem ſorte factam, videlicet vt vnus habeat vnam partem, alter alteram, & ſi ad minorem ſorte peruenerit,vna pars illam acceptabit,& ſic fit apud Pariſ.

Areſtum. Lite pendente minor alienatis gaudet.

Decimumquartum priuilegium eſt,quòd bona eorũ immobilia non poſ- 15
ſunt abſque decreto vendi,vel alienari.l.& per totũ.C.de præb.minor.& fuit dictum anno 1509.die 21.Febru.in hoc ſenatu, quòd proceſſu pendente minor gauderet bonis poſſeſſis,tamen reſtituta prius pecunia emptori.

Minor qui non poteſt appellare, reſtituitur.

Decimumquintum in caſibus in quibus minor non poteſt appellare, po 16
teſt in integ.reſtitutio.implorare.gl.no.in l.1.C.ſi de moměto.poſſeſſ.fuer.appell.facit gl.in l.& ſi ſine.§.fi.ff.de minor.Alex.conſil.80.in 7.vol.

Religionẽ egredi poteſt minor.

Decimumſextum,quod poſt annum egredi poterit religionẽ. c.1. de reg. 17
in 6.quando non obtinebat decimumquartum annum eo tempore, quo eſt egreſſus.cap.beneficium.de reg.in 6.quia non poteſt approbare,quod facere non poteſt,nec profiteri.

Minor fidelitatẽ nõ præſtans nõ priuatur feudo.

Decimumſeptimum,quod licet minor fidelitatem nõ præſtiterit, & non 18
iurauerit domino,tamen feudum nõ perdit.ca.1.§.ſi minori. & §.ſiquis deceſſerit.ſi de feu.contentio ſit inter dom.& agant.vaſſal.

Ad bellũ minor nõ cogitur.

Decimumoctauum,ſi per regem mãdetur, vt de qualibet domo vnus ad 91
pugnam accedat,non arctatur minor decem & octo annorũ.c.vno.in verb. à decimooctauo.de pace iuramen.firmand.Bened.in verb.adiectæ.col.2.in repet.c.Raynutius, de teſtamen.

Nõ faciẽs homagium minor feudo non priuatur.

Decimumnonum,nõ perdit feudum, licet homagium intra annum non 20
fecerit.§.præterea.de prohib.feud.alienat.per Federi.nec emphyteoſim amittit, ſi intra triennium nõ ſoluerit penſionem,per l.2.C.de iur.emphyteo.vbi Iaſ.nu.16.ita concludit & Guido Papæ in decimo.Delp.q.435. vtrum contra pupillum.facit tex.& ibi doc.in c.fi.de in integ reſtitu.

Minor an pœna falſi puniatur.

Vigeſimum priuilegium eſt minor non punitur pœna falſi.l.impuberem. 21
ff.de falſ.text.tamen in c.1.de delict.puer.dicit omne crimen cadere poſſe in puerum doli capacem,excepto delicto carnis,tamen in omnibus ferè pœnalibus iudiciis ætati & imprudẽtiæ ſuccurritur.l.fere.de reg.iur.vbi Pyrrhus dicit ſe vidiſſe impuberes per latera ſuſpendi,& maiores per colla ſtrangulari, prout etiam ego vidi in hac ciuitate Pariſ.& Tholoſana.

Periculo domini quãdo res non pereat.

Vigeſimumprimum eſt,ſtare ſtatuto quòd contractus initus à minore ſit 22
nullus non ſeruata ſolennitate dicti ſtatuti,ſi minor cõtraxerit nõ ſeruata ſolennitate

lennitate,& tradiderit rem,quamuis minor remaneat dominus, ſi tamen res pereat,nõ peribit periculo minoris,quia non remanet dominus de iure communi, ſed de iure ſpeciali,& tunc res non perit periculo domini.gloſ.ſingul. in l.non omni,§.j.in gloſ.j.ff.ſi cert.pet.Iaſ.in l.j.nu.16.C.de iure emphyteut. Bauer.in §.ſed ſi inſtituto.col.penulti.de vulg.quod eſt notandum ad limitationem.l.pignus.C.de pignor.actio.

Generalis derogatio minoris priuilegia non tollit.

23 Vigeſimumſecundum, in generali excluſione & derogatione priuilegiorum perrarò beneficio reſtitutionis minoribus competenti cenſetur derogatum.gloſ.ſing.in l.poſtquàm liti.C.de pact.quam ad hoc not.Benedic.in repet.c.Raynut.in verb.mortuo.ij.nu.180.de teſta.quia beneficium reſtitutionis requirit ſpecialem derogationem.l.illud.§.fi.cum l.ſeq.ff.de min.ſic conſuluit Signo.conſil.ccxxiiij.in q.& Iaſ.conſil.xxxviij.col.ij.volu.iij. Hipp. in rub.ff.de fideiuſ.nu.282.vide Ioan.de Platea in l.fi.C.de fid.inſtru.& iure haſtæ fiſc.lib.x.& Bal.conſil.ccxxxvj.volu.j.& Aret.in c.ij.col.vlti.de prob.

Minor non probans quod ſibi vtile eſt, reſtituitur.

24 Vigeſimumtertium, ſi minor omiſerit probare id quod ſibi vtile erat, reſtituetur.l.minor autem.§.j. & l.minor xxv.annis omiſſam.ff.de min.Spec.in tit.de reſtit.in integ.§.j.verſic.illud quoque,vt ſuperius ſcripſi,

Compromittens minor reſtituitur.

25 Vigeſimumquartum, ſi minor voluntariè compromiſerit, vbi ſibi non erat vtile compromitti,reſtitui poteſt.l.ſi minor,§.minores.ff.de min.Bald.in l.non videtur.C.de reſtit.in integ. Alex.conſil.lv.in vj.vol & ſuperius docui.

Minor ſide iubens reſt.

26 Vigeſimumquintum,reſtituitur minor, quando fideiuſsit.l.ait prætor.§. non ſolùm.ff.de mino.& l.de die.qui ſatiſd.cogan.niſi pro ſuo procuratore, Spec.in tit.de reſtit.in integ.§.j.in princip.

Aduerſus hæreditatẽ damnoſam aditam minor reſtit.

27 Vigeſimumſextum, quando hæreditatem adiuit damnoſam,etiam reſtituisolet.d §.non ſolùm.ij.& quamuis interdum in integ.reſtit.actionis ipſo iure competat etiam ſine reſtitutione, vt in actione de dolo, & quod metus cauſa,tamen reſtitutio quæ competit officio iudicis, non datur niſi quis fuerit reſtitutus, vt pulchrè ſcribit Bart.in l.exceptiones, quæ perſonæ.ff.de except.hodie tamen in Francia in forenſi iudicio non fit differentia: nam nulla ferè reſtitutio datur, niſi à principe impetretur, & per literas Regias.vnde text.in d.l.exceptiones.in fi.dicit,nec ipſe antè habeat auxilium, quàm reſtitutus fuerit,quod notes in practica.

Sententia contra minorem indefenſum nulla, & cui fieri intimatio debeat.

28 Vigeſimumſeptimum,ſententia lata contra minorem indefenſum eſt ipſo iure nulla.l.ſi præſes.C.quomo.& quand.iudex.l.contra pupillum.ff.de re iud.& ſi appellatum fuerit,intimari debet tutori,non pupillo.l.ij.C.qui legitimi.perſ.Bart.in l.j.§.ſufficit.ff.de adminiſt.tuto.

Aduerſus iuratũ contractũ reſt. minor.

29 Vigeſimumoctauum eſt, quod vbi etiam iuramentum interuenerit reſtituetur min.Bal.in §.item ſacramenta.de pace iuramen.firm.vbi dicit quendam præſumi tacitum & velatum metum cõſiderata qualitate perſonæ, ideo refutationes factæ à minoribus ita ſunt validæ,ſi nec metus,nec fraus interuenerit,vnde boni præſides faciunt talia iuramenta remitti etiam per capturam perſonæ.argu.l.illicitas.ff.de offic.præſid. Barb.conſil.vj.illud.col.viij.in iij. volu.hodie per literas habita iuramenti diſpenſatione illis ſuccurri ſolet.

In dote cõſtituta à tutore minor reſtituitur.

30 Vigeſimumnonum, ſi tutor cõſtituerit maiorem dotem quàm debebat, vel voluit quòd dos conſtituta naturam mobilium ſortiretur,tunc minor reſtitui poterit.l.ſiue generalis.ff.de iud.dotiũ.l.j.C.ſi aduer.dotẽ reſt.poſtul.&

Universidad de Deusto
Biblioteca

poterit restitui, etiam si in literis taceat consanguineos consensisse. l. transactione. C. de transa. quæ tollit præsumptionē metus, sed nō quòd si læsus fuerit minor, quin restitui possit nō obstante amicorū præsentia. † Si tamē statum requirat cōsensum cōsanguineorum, & ipsi nolint cōsentire aut discordēt iudex supplet ir, per l. bonorū. C. qui admit. l. si cū dotem. .eo autē temp. vbi Bar. & doct. ff. fol. mat. Ias. in l. cùm specialis. col. 3. C. de iudi. & si dissentiant cōsanguinei in locanda puella nuptui, tunc supplicatio datur iudici, vt consanguinei recusantes dicāt causam coram iudice ordinario, & iudex posteà decernet, vel citabūtur dissentientes corā ordinario, dicturi cōtradictionis causam, quā si iudex iustā inuenerit, matrimonium nō fiet. si autē causas friuolas viderit, declarabit matrimonium posse perfici ad voluntatē & consensum aliorū cōsanguineorum, nō aūt appellabitur à cōtradictone illorum cōsanguineorum, prout docet Bar. quē alij sequuntur in lvl. in fi. ff. de ap. recipien. † Trigesimum priuilegium minoris est quando agitur de hereditate contra minorē, causa dormiet donec dicti minores peruenerint ad legitimā ætatem. l. 1. C. de Carb. edic. quia per collusionē bonis interim priuari possent. Et hoc fuit sæpius seruatum in curia, vt in registris curiæ notatum est. in aliis etiam multis casibus minoribus subueniri solet, & regulariter vbi est læsus, vt superius dictū fuit art. 1. vbi scripsi quosdā casus, in quibus restitutionē vix petit. † Sunt tamē ipsi minores in multis deterioris cōditionis, quā maiores: quia non possunt habere beneficia. c. super inordinata. de præben. saltē cura-ta. c. super eo. de reseri. in 6. c. indecorum. de ætat. plenè in quacunque ætate scripsi in in trac. de pacifi. pos. in 4. limita. Secundò, ad ordines non assumuntur. cle. fi. de ætat. & qualit. Tertiò, non possunt eligere, nec eligi. c. ex eo. de ele. in 6. Mādago. in tract. de elect. c. 7. Quartò, nō potest minor 20. annis esse iudex delegatus Papæ. c. cū vigesimum. de offi. dele. l. cùm prætor. ff. de iudi. vnde ad rempublicā administrandam ante 25. annū, vel ad muneta, quæ non sunt patrimonij, vel honores admitti minores nō oportet. Minores denique nec decuriones creātur, vel creati suffragium in curia ferunt. l. ad rempublicam. ff. de muner. & honor. Quintò, minor 17. annorum prohibetur esse aduocatus. l. 1. §. pueritiam. ff. de postul. Sextò procurator non erit ante 18. annum. c. qui generaliter. de procur. in 6. Septimò, nec poterit esse notarius. l. impuberem. ff. de fal. Octauò, doctor esse ante 18. annos prohibetur. d. §. pueritiam. Nonò, nec protonotarius. Bened. in repe. c. Raynutius. in verb. adiectæ. nu. 13. de testament. vbi dicit statutum esse per Paulum secundum, quòd nullus fieret protonotarius, nisi vigesimum peregisset annum, aut si esset de sublimioribus, vel filiis, aut nepotibus principum, saltem decimusextus exigeretur annus. Decimò, minores non possunt esse consiliarij. Chassa. in consuetud. Burg. in verb. *ordonné à six.* facit tex. in d. l. ad rempublicam. ff. de munerib. & honor. Hodie est statutum vt ante 30. annos regium senatoris officium quis non subeat: vt patet in tit. *de la cour de Parlement*, in fi. Vndecimò, nec testis erit. insti. de testamen. in prin. & l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus. Duodecimò, non potest testari ante quatuordecim annos. l. qua ætate. ff. de testamen. alia prohibita minoribus congerit Bertach. in tract. de episco. libro. 2. q. 31. & ferè in aliis in quibus mulieres sunt deterioris conditionis, de quibus in l. multis. ff. de stat. homi. doct. in l. 2. de regulis iuis.

Iudex supplet consensum consanguineorum.

Aduersus dissentientes cōsanguineos quomodo proceda tur.

Causa de hæreditate dormit contra minorē.

In quibus casibus minores sunt deterioris cō ditionis quā maiores.

Minor nō admittitur ad electionem ad ordines, nec est iudex delegatus: nec ad administrationem reipublicæ.

Minor quas ætate potest esse aduocatus, procurator, notarius, doctor, protonotarius, consiliarius.

Plus

Plus deduire ne poursuyuir la cassation desdits contracts.

GLOSSA V.

LICCE quòd minores non possunt in hoc regno annullationem seu cassationem cōtractus petere, nec prosequi post trigintaquinque annos completos: etiamsi impetrauerint à Rege non valebunt literæ, vt Ioan. Gallus testatur in arestis suis, q. cxv. quia literæ secundum eum contra ordinationes non valent, vt scripsi in §. j. rub. de firmat. & irreuocabil. concer. stabil. in concord. & hoc verum, si pars opponat, alioquì contrà l. petendæ. C. de temp. in integ. restit. pe. doct. in l. properandum. C. de iud. quilibet enim potest renunciare iuri pro se introducto, l. pen. C. de pact. c. si diligenti. de for. compet. scripsi in tract. de resciss. contract. glos. xix. & in rub. de mercat. minutatim vendentibus in glos. vlti. ibi vide.

Literæ cōtra ordinationes non valent.

2 Vnde cùm hic tex. prohibeat minoribus prosequi cassationē & annullationem contractus, nō tamen prohibet petere cōtractus seu actus confirmationē, si fortè pars vellet allegare contractū nullum, vtpote sine curatore factum, poterit hic factus maior petere cōtractus confirmationē, etiam post xl. annos sumendo arg. à cōtrario, quod obtinet in l. j. ff. de offic. eius, tum etiam quod hic non prohibeatur, & hoc est partim introductum in fauorem minoris, & sic in eius læsionem conuerti non debet. l. quod fauore. C. de legib.

Cōfirmatio contractus vel actus peti potest post xxv. annum.

3 Sed dubitari potest, an hic tex. loquens in contractib. habeat locū in transactione & distractibus: quod non videtur, quia non est cōtractus. l. Labeo. ij. §. j. ff. de verb. signi. vbi scripsi. Tamē verba sequentia, vt etiam in distractibus procedat innuere videntur, dū tex. generaliter loquitur, quod minor nō poterit persequi ratione læsionis, circumuētionis, seu deceptionis, ergo vbicunque prætenditur læsio à minore, debet eam prosequi intra xxxv. ann. sed in transactione prætenditur læsio, ergo cassationē illius prosequi debebit intra xxxv. ann. Itē quia largè contractus nomine venit distractus, quādo in vtroque est eadem ratio, saltem quod in vno statutum est, ad alium extēditur, vt plenè docui in d. l. Labeo. §. contractū. Et quia hic text. fuit ad euitandū opiniones factus, quæ ita erant in transactione, sicut & in cōtractibus, ergo in illa habebit locum ordinatio, vnde minor læsus in transactione, quæ est distractus. debet agere, & prosequi causam restitutionis, & cassationis dictæ transactionis intra trigesimumquintū annum: alioqui posteà non audiretur, quia hic dicit non audiendum per viam restitutionis, nec releuari posset, nec per nullitatem ratione minoris ætatis: ergo nullo modo, quia omnes ferè modi restitutionis conceduntur, & comprehenduntur sub his, & ita seruant curiæ Franciæ: vide quæ dixi in tract. de rescis. contr. in glos. *contracts.* & seq.

An ordin. hæc locum habeat in transactione, & distractu.

4 Etiam si minor iusto fuerit impedimento detentus, debet agere intra hos triginraquinque annos hìc statutos, quia hìc prolongauit tempus, vt omne impedimentum tolleret: & sic mihi aliàs respond. domi. Poietus esse intelligendam ordinationē: imputari enim aiebat debere tali, qui intra illud tempus non egit, qui saltem intra illud tempus litem nō est contestatus, dicit tex. in l. fi. C. de tempor. in integr. restit. petend. Et sic non deducetur absentia, seu tempus infirmitatis, vel alia iusta causa, quamuis in quadriennio secus esset. l. fi. C. de temp. in integ. restit. petend. si tamen esset toto illo decennio impeditus, ex bono & æquo restitueretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decem anni rescisionis à quo tempore currant.

Ideo decē anni rescisionis cōtractuum incipient currere post istum xxxv. 5
annum, quia illo tempore contractus est perfectus, vt scripsi in tract. de rescis. contract. gl. xxj. vnde si minor beneficio ætatis non egerit intra hoc tempus, poterit sicut maior intra alios decē annos contractum, vel alium actum doli, vel metus ratione, seu deceptionis vltra medium, vel impedimenti rescindi petere, nec debet aduersus minores obseruari, quod pro ipsis excogitatum est l. iij. §. duæ caus. in fin. ff. de Carb. edict. quia nō debent esse deterioris conditionis in casibus à iure non expressis, quàm maiores. & hic text. permittit minori, vt agat tanquam maior, quod nunquam posset facere, si decem anni comprehendentur in xxxv. ann, ideo hoc tempus xxxv. ann. non cōprehendit tempus x. annorum, vt probat tex. in authen. si tamen. C. de temp. app. de. quandiu. de app. & quæ ad augmentum inducta sunt, non debent ad diminutionē cedere. l. legata. ff. de leg. j. sed istud tempus est inductum ad augmētum vt patet, ergo non inducet diminutionem, videlicet quòd minori diminuantur decē anni rescisionis dati maioribus, etiam frustrà iste text. permitteret minoribus agere, sicut maioribus, si intellexisset quod decem anni dati maioribus essent finiti per istos xxxv. ann. & quod non computētur, est tex. valde accommodus in l. ij. ff. de collu. dete. ibi, sicubi planè ætas eius cuius retractatur collusio differendam retractationem in tempus pubertatis, vel alterius rei suadeat, quinquennium non currere dicendum est.

Persequi quid sit.

Itē hīc prohibet *poursuyure*, persequi. verbū enim persecutio continet tam 6
actionem, quam officium iudicis. Adeò prohibitus persequi, non potest agere, nec iudicis officium implorare, & sic nec rescisionem, vt plenè docui in l. actionis verb. ff. de verb. sig. igitur prohibita est hic omnis persecutio etiā per viā denunciationis euangelicæ, cùm factū hīc prohibeatur, videlicet *poursuyure*, quod est notandū, quāuis doc. in c. nouit. de iud. cōcludant denūciationē nō esse prohibitā, licet agere quis sit prohibitus, tamē persequi plus continet.

Nam si ex legis dispositione denegetur auxilium ex quauis causa, tunc 7
denegabitur restitutio in integrum ratione illius clausulæ ex quauis causa. Bart. in l. nemo. C. de temp. appel. vt refert Aret. consil. ciiij. breuitas. col. 4. & Carol. Ruynus consil. cxxiij. quia circa. col. iiij. nu. 11. in ij. volu.

Tamen alij dicunt specialem requiri expressionem ætatis. allegatur l. illud. 8
§. fi. cum l. seq. ff. de mi. adeò quod in generali sermone non videtur comprehensa restitutio minoris. l. iij. ff. rem ratam hab. sic consuluit Signo. consil. cc-xxxiiij. in q. col. ij. nisi effusa multitudo clausularum adesset.

Iudiciū rescindēs & rescissoriū quid.

Animaduertendum est doct. tractare de duplici iudicio, videlicet rescin- 9
denti & rescissorio, & rescindens est per quod contractus dolo vel metu factus, vel aliàs iniquè conceptus, rescinditur. in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de min. Bart. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. caus. maio.

Rescissoriū est, per quod rescisso cōtractu vel actu ago ad rei meæ restitu- 10
tionē. §. rursus. de act. in instit. vt si minor vendidit rē, in qua fuit læsus, primò petet rescindi venditionē, & hoc erit iudiciū rescindens: posteà petet rē sibi restitui annullato cōtractu & rescisso. & rescissoria actio non est nomē actionis, sed quædam adiectio, quia rescisso contractu per actionem rei vendicationis. ego potero rem meam petere, per tot. tit. ff. de rei vend. Et Rosi. in trac. libel. in j. parte rub. de act. in rem rescissoria. de hac scribit. Imò dicunt docto.

dupli

duplicem esse actionem restitutoriam, & institutoriam, quod non est verum, vt aliàs probaui in l. verbis legis ff. de verb. sig. & dixi in meis nouis interpre. ad d. l. fin. C. de tempo. in integ. resti. pet.

An rescindens & rescissorium cumulari possint.

11 Dubitant etiam doct. an ista duo possint cumulari, & ex æquitate, & vt breuiter lites finiantur, cumulari posse concludit Gui. Pa. decis. 143 an prætendens, post Spec. in tit. de in integ. rest. §. 1. versi. sed nunquid in eodem libello. & vt euitetur circuitus. l. dominus. ff. de cond. ind. & hoc seruari in curiis Franciæ docui in tract. de rescis. contr. in glo. 21. superius.

12 Quod limitatur non procedere, quando iudicium rescindens sufficiebat, vt si minor rem vēdidit, in qua fuit læsus, si ab eo res petatur, poterit iudicium rescindens intentare, ac literas impetrare vt illa venditio rescindatur, & vt ipse à rei petitione absoluatur. Probatur in d. §. sed & quod simpliciter. & Pan. in c. ex literis de integ. rest. & sic seruat vsus curiarum Regni Franciæ.

13 Et licet doc. controuertant, an officio iudicis restitutiones petantur, vel per actionem, quod officio iudicis communius est per l. in causæ. 2. ff. de mino. & in quòd si minor. §. fi. ibidem. Ibi totum illud dependere è prætoris cognitione, nos in Francia Regali officio vtimur, videlicet per literarum impetrationem: alioqui audiri non solent restitutiones in integrum impetrantes.

En demandant ou en deffendant.

GLOSSA VI.

Excipiēdo post tempus nō restituitur minor.

1 ET sic neque tanquàm actor, neque si res petatur ab eo tanquā reus restitutionē petere poterit ætatis beneficio, quāuis quæ temporalia ad agendum sunt, perpetua sint ad excipiendum. l. purè. §. fi. ff. de dol. exc. gl. & doct. in c. cùm accessissent. de const. & in c. si autem. & c. plerun. de resc. Tamen hīc etiam præstituit tempus reo, vt non possit petere cassari & rescindi contractum ratione minoris ætatis, etiam per viā exceptionis. ideo si petantur à minore reditus post 35. annos, & ipse dicat in illis se læsum, ob id petit contractum rescindi, non audietur per hunc text. si ratione ætatis secus si doli, vel deceptionis vltra dimidiam, vt superius docui.

Etiā aduersus patrem minor rest.

2 Tamē intra istud tēpus poterit petere restitutionē, etiā si curator interuenerit. l. 2. & 3. C. si tu. vel cu. inter, etiā si pater interposuerit authoritatē, & cōcesserit filio suo. l. etiā si à patre. ff. de mi. licet gl. dicat diuersū esse si à patre læsus sit filius quia tunc denegaretur restitutio, per l. fin. C. qui & aduer. quos in Frācia tamē vidi cōcedi filiis restitutiones cōtrafactas à patribus in fauorē vxoris cōtra filios, vel in fauorē filiorū secundi matrimonij. & hoc etiam nō negatur in l. si superstite. ff. de dol. & in l. ij. C. si aduer. rē iu. Sed isto casu nō allegabatur dolus patris, sed læsio pueri sui facilitate, per d. l. si superstite. quæ id permittit. & Bar. Aret. & Iac. in d. l. fi. dicunt filiū posse petere restitutionē aduersus patrē iure actionis, sed nō officio iudicis. + Nos impetramus literas Regias, & sic rescisionem petimus. Nam in d. l. si superstite, conceditur vt actione in factū possit filius agere aduersus patrem, nō actione doli. per l. nō debet. ff. de dol. ne pater infametur, & bonū est quòd restituantur etiā aduersus parentes, quia interdum isti veterani inescati pulchritudine secundæ vxoris, cui satisfacere vix possunt, se & suos filios spoliarent, vt has insatiabiles bestias satiarēt.

Hæres non agit cùm minor esset exclusus.

4 Item non poterunt etiam hæredes agere, cum minor sit exclusus tempore, diuersum esset si minor decedat intra ista tempora 35. ann. quia tunc hæredibus etiam maioribus dabitur restitutio nomine minoris intra hoc tempus. l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non solùm.ff. de restit. in integ. l. minor autem. §. fi. cum l. seq. ff. de min. etiam instantia inchoata cum minore ad hæredem transit minoris & contra hæredem rei. l. si intra. C. de in integ. restit. Vide vnum casum in quo hæredi datur restitutio, licet defunctus non potuisset restitui, vt quando in puncto mortis perficitur læsio, l. 1. C. de repud. milit facit l. Pantonius ff. de acqui. hæred.

Nec poterit etiam minor cedere restitutionis beneficio post hoc tempus: 5 quia nihil ei competit, sed antè sic, per l. si minoris. ff. de administr. tut. l. quòd si minor, in prin. de minor. gloss. in c. hinc est. 16. quæst. 1. Nam quæ transmitti possunt, & cedi. l. vna. C. de priuile. dotis. & Bart. in l. si stipulatus fuerim. de verb. oblig. Barba. consi. 6. illud. nu. 15. & col. eadem. in 3. vol.

An minor rest. renunciare & cedere ei possit.

Et potest minor restitutus illi restitutioni renunciare, & ea non vti etiam 6 inuito aduersario, quamuis renunciare non possit, vt nō petat restitutionem, vt suprà dixi. l. si iudex. ff. de minor. Nam quilibet potest renunciare priuilegio in fauorem suum introducto. l. penu. C. de pac. c. si diligenti. de foro com. quod est verum, quando effectus est maior. gl. in d. l. si iudex. & l. si intra C. de in inte. rest. † Vnde non potero cogere minorem intra hos 35. annos vt ap- 7 probet contractum, vel vt restitutionem petat: quia est in sua facultate, vt decidit Ant. Capi. in decis. Neapo. quæst. 110. quamuis Pet. anch. tenuerit contrarium in cle. vna. col. vlti. de in integ. rest. eo quòd contractus claudicet, tamen postquàm datum est ei tempus hic præscriptum, non debet eidem tolli. indultum enim à iure beneficium nemini est auferendum, per regulam iuris.

Minor non potest cogi agere infra 35. ann.

Et is minor non poterit post hoc tempus agere etiam contra illum, qui 8 rem possidet, quamuis interdum restitutio in rem detur, sed hoc si rempora largiantur. l. in causæ 1. §. interdum. ff. de mino. & sic aduersus etiam tertium non datur restitutio post istud tempus, licet aliquando etiam contra tertium detur, vt scripsi in 5. quæst. superius in præfa.

Adhæc cùm minor sit exclusus, non poterit procurator restitutionem suo 9 nomine petere, licet possit, quando est intra tempus restitutionis. l. vna. C. etiam per proc. restit. impe. posse. sed requiritur quòd idipsum nominatim mandatum fit. l. illud. §. si talis. ff. de minor. dixi in concor. rubr. de elect. dero. in fi. vbi scripsi casus, requirentes speciale mandatum.

Post 35. annos contra tutorem & curatorem minor agere potest.

Vltimò addendum est, quòd licet post 35. annos non possit minor petere 10 in integ. rest. poterit tamen agere aduersus tutorem & curatorem, si culpa sua læsus fuerit, per text. in l. etiam. vbi Pau. & alij. C. si tutor vel curator interuenerit. Nam si ab vno exclusus sit remedio, ab alio non erit exclusus vt superius dixi. vnde si anno 20. ætatis suæ contraxerit authore curatore, & eius culpa interueniente læsus fuerit, poterit post trigintaquinque annos actione tutelæ agere contra curatorem. Nec obstat iste tex. vbi non potest agere fauore ætatis, sed si agatur actione tutelæ, agit ætatis ratione, ergo non potest. respon. text. dicit minorem non posse persequi annullationem & cassationem contractus ratione ætatis post 35. annos, sed agens actione tutelæ non prosequitur contractus cassationem: ergo hic non prohibetur, imò vnum prohibendo aliud videtur concedere. l. cùm prætor. ff. de iud.

Item liberū est minori agere sicut maior ageret. sed minor si malè admi- 11 strata essent eius negocia, ageret actione negotiorum gestorum intra triginta an. vt patet in tit. de neg. gest. igitur & minor sic aget, nec ætatis fauore sic agere

agere dicitur, sed tanquàm maior, & maximè quia est excluſus omni alio remedio. ideo istud consequi poterit. l. cum mandato. ff. de minor. vbi dicit posse agere, quando is qui negotia gessit, non est soluendo.

Par lettres de relieuement, ou restitution, ou autrement, soit par voye de nullité pour alienation des biens immeubles faite sans decret ne authorité de iustice, lesion, deception, ou circonuention.

GLOSSA VII.

1 PIC prohibet petere cōtractuum rescissionem post trigintaquinque annos qui sunt continui. Siue per literas releuamenti, vel restitutionis seu aliâs: & sic quibuscunque modis declarat, etiam si per viam nullitatis contractus rescindi peteretur: vt pote si minor dicat vendidisse bona immobilia sine decreto, tunc alienatio est nulla. l. si prædium. C. de prædiis minor. sine decret. non alienād. siue dicat se læsum, vel circumuentum: quomodocunque agat minor post 35. annos, ratione minoris ætatis non audietur, vt hîc etiam in alienatione bonorum immobilium facta sine solennitate à iure requisita.

Solennitates requisitæ in alienatione immobilium minorum.

2 Nunc videamus in alienatione rerum immobilium minorum quæ solemnitates requirātur respō. Primò requiritur causa videndi, vtpote æs alienum. Vlpian. in l. magis puto. §. nō passim. ff. de rebus eor. sic scribit: nō passim tutoribus sub obtentu æris alieni permitti debuit venditio. neque enim est eis via distractionis tributa, & ideo prætori arbitriū huius rei senatus dedit, cuius officio in primis conuenit hoc executere, an aliunde pecunia possit ad extenuandum æs alienum expediri. facit l. lex quæ tutores. C. de ami. tuto. & l. ob æs. de prædiis minor. Dec. consil. 403. quamuis. & si æs alienum non interueniat, tutores tamen allegent expedire hæc prædia vendere vel alia comparare, vel certè istis carere: videndum est an prætor debeat eis permittere, & magis est ne possit. Prætori enim nō liberum arbitrium est datū distrahendi res pupillares, sed ita demū si æs alienū immineat, proinde si permiserit ære alieno non allegato, consequenter dicemus nullā esse venditionē nullúmque decretum: non enim passim distrahi iubere prætori tributtū est, sed ita demum 3 si vrgeat æs alienum. §. si æs alienū. ibidem. † Secundò, requiritur (vt ordinē l. per sequar) quod aliunde pecunia haberi non possit. quærere ergo debet iudex an pecuniā pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus. quæ cōueniri possint, vel in fructibus cōditis, vel etiam in redituū spe, atque obuētionū. d. §. quærere. in d. l. magis. requirere ergo debet eum qui se instruat de fortunis pupilli, nec nimiū tutoribus, vel curatoribus credere: qui lucri sui gratia nōnunquā asseuerare prætori solent, necesse esse distrahi possessionē, vel obligari. requirat ergo necessarios pupilli, vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quē alium, qui notitiā rerū pupillariū habeat: aut si nemo inueniatur, aut suspecti sint qui inueniūtur, iubere debet edi rationes. §. in primis. ibi.

4 Tertiò, quòd liqueat iudici per discussionē bonorum ipsius pupilli, & sic ex actis constare debet, non posse aliunde solui debitum, dicta l. magis, Item requirat num aliæ res sint præter prædia, quæ distrahi possunt, ex quorū pretio æri alieno satisfieri possit. Si igitur deprehenderit nō posse aliūde exolui

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm ex prædiorum distractione, tunc permittet distrahi, si modò vrgeat creditor, aut vsurarum modus carendum ære alieno suadeat. ecce iurisconsult. verba, ex quibus patet quod causæ cognitio iudicis debet præcedere, & sententia interlocutoria, quòd non extant mobilia, nec alia bona quæ commodius vendi possint. Ange. in §.1. in authent. de eccles. rer. immob. alien. colla. 5. consuluit Barb. con. 40. col 4. in 1. vol. & consi. 6. illud. col. 3. in 4. vol. ac Socy. consil. 235. in 2. volu.

Quartò, prætor æstimare debet vtrum vendere potius, an obligare permittat nec nō, & illud vigilāter obseruare, ne plus accipiatur sub obligatione prædiorū fœnoris, quàm quòd opus sit ad soluendū æs alienū. §. ité prætor. ibid. 5

Possessio magna ob æs alienum modicum vendi non debet.

Quintò, quòd si iudex distrahendū arbitrabitur, caueat ne propter æs modicum alienum, possessio magna distrahatur, sed si sit alia possessio minor, vel non tam vtilis pupillo, magis permitti eam iubere distrahi, quàm maiorem aut vtiliorem. d. §. item prætor. facit l. & si fine. §. 1. ff. de min. Bald. consil. 75. quidam tutor. vol. 1. Alex. & Clau. Aquen. in l. iustè. ff. de acqui. poss. 6

Pecunia redacta ex vēditione soluidebet creditoribus.

Sextò, ne titulotenus tutores ære alieno allegato pecunia abutantur, quam mutuam acceperunt, oportebit prætorem curare, vt pecunia accepta creditoribus soluatur, & de hoc decernere, daréque viatorem qui ei renunciet pecuniam istam ad hoc conuersam, propter quod desiderata est alienatio vel obligatio. §. ne tamen. ibidem. quod est notandum. 7

Subhastatio necessaria in re immobili minoris alienanda.

Septimò, quòd subhastatio seu licitatio interueniat, & plus offerenti detur. l. 1. C. de fid. instr. & iure hastæ fisca. li. 10. Bart. in l. alio ff. de alim. & cib. leg. & Math. in decis. Neapol. quæst. 249. fuit in consilio. 8

Decretum necessariū in alienanda re minoris immobili.

Octauò, quòd decretum iudicis interueniat, in quo iudex dicet venditionem esse faciendam, & ideo interponit suum decretum. l. 1. & l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eor. & altero deficiente non valebit venditio, l. cùm hi. §. causa. & §. si prætor. ff. de transact. Specul. in titul. de procur. §. 1. versi. sed quid si solùm per libellum. hæc tradit Fabia. de monte in tract. de empt. & vendit. quæ. quinta princi. numer. 95. vbi etiam aliud addidit, scilicet iudicis subscriptionem per l. 2. C. de assess. nos istam subscriptionem non exigimus, dummodò scriba recitet omnia esse in iudicis præsentia facta, qui decretum & authoritatem interposuit. Sed nos aliud requirimus, videlicet quòd istæ licitationes seu proclamata certificentur esse facta secundum patriæ consuetudinem & stylum, vt dico in rubr. de præconiis & subhast. & de hoc decreto multa scripsi in concord. Franciæ in rub. de conclus. Lateranen. concil. in verb. decretis, quæ hîc non repetam. sed ibi videantur. 9

Certificatio subhastationis an sit necessaria in re minoris aliena.

Sinon qu'ainsi en semblables contracts seroit permis aux maieurs d'en faire poursuitte par relieuement, ou autre voye permise de droit.

GLOSSA VLTIMA.

Post 35. annos minor vt maior agere potest ad rescissionem.

HIC tradit limitationem ad superiora, videlicet vt minor non possit rescisionem contractus petere post 35 annum. hoc verum beneficio ætatis: sed si alio iure permittatur maiori, & huic minori permittetur. 1

Et sic innuit, vt tempus maioribus præstitutum ad rescisionem non 2

compute

computetur in hoc 35. anno, vt superius dixi, alioqui si minor contraheret in 24. anno, & esset deceptus vltra dimidiam, nō posset agere post 35. annos, sicut maior, quia tempus decem annorum est lapsum, intra quod maiores restitutionem petere debent, vt in tract. de rescis. contrac. dictum fuit.

Minor nō agit tanquā maior priuilegiatus.

3 Et ideo quando excluditur quis à beneficio minoris ætatis, non excluditur ab alio, vnde intellige, quòd minor poterit agere sicut maior de iure cōmuni ageret, vtpote ratione doli, metus, læsionis vltra mediam iusti pretij, seu alia ratione, non tamen habet priuilegia, quæ maior de iure speciali haberet, vtpote tanquā legatus, vel captus, seu alio iure speciali quis agere potest. minor illo iure nō aget, si officio legationis functus nō fuerit, vel captus, per 4 gl. singul. in l. postquàm. C. de pact. : Vnde si minor læsus vltra dimidiā iusti pretij non agat intra 35. annos, petens rescindi contractum beneficio ætatis, post illud tēpus poterit agere tanquàm maior, videlicet remedio l. 2. C. de rescind. vendit. & in omnibus casibus in quibus maior de iure communi agere potest, sed non in illis in quibus maior agit iure speciali, quia lex generaliter loquens nunquam videtur derogare, vel concedere id in quo est aliquid specialiter statutum l. decurionibus. vbi addidi in gl. C. de silentiar. lib. 12. & gl. in auth. de hæredib. ab intest. venien. in verb. vacātibus. colla 9. text. in c. veniens. de præscript. Ias. in l. & eleganter, col. 3. ff. de condi. indeb. & in l. si causa cognita. C. de transact. & consi. 38. vol. 3.

Arestum. Qui recipit fructus non videtur approbare cōtractum.

5 Quid si minor fuerit læsus in permutatione, & post 25. annos recepit fructus rei permutatæ. nonne videtur approbare contractū? quod videtur: & sic non posset postea petere rescissionē, per l. 1. C. si maior fact. alienat. ra. habuer. Contrariū fuit in hoc senatu pronunciatum in muliere, quæ recepit fructus post mortem mariti suæ rei venditæ sine suo consensu, vel permutatæ, vt eo non obstante rescissionē petere possit, per l. 3. §. scio. ff. de minori. quia fructus recipiendo nō videtur contractū approbare. Nam eos recepit, ne in damno esset, videlicet, ne pars aduersa reciperet fructus & rei & precij: ideo in precij compensationē recepit fructus rei, quod permittit l. curabit. C. de actio. emp. & vide quæ scripsi in proœ. ordi. in gl. 5. de illo tī. C. si maior factus.

Minor pēdente restitutione cogitur stare cōtractui.

6 Item in praxi vidi dubitari, an pendente restitutione minor cogatur stare contractui, vel sententiæ, & quidam dicebant non teneri, per rubr. & l. vnam. C. in integ. resti. postul. nil noui fiat. facit l. si causa. C. de transact. tamē in Francia, quando restitutionis causa lōgum exigit tractū, interim iudex per modū prouisionis cōtractum, & sententiā seruandā dicet cautione data: & hoc vidi in praxi seruari, per c. suscitata. de in integ. resti. scripsi arestū in tract. de rescis. contract. in gl. 4. Capit. in decis. Neapol. q. 53. & Corneus consi. 111. in 1. volu. & abundè per Vitel. de Camba. in tract. clausul. in hac clausula.

Executio sententiæ nō impeditur pendente lite restit. aduersus eam cautionem data.

7 Nec impeditur executio retractabilis sentētiæ pēdēte restitutione. Sed iudex pronūciabit faciēdā executionē per modū prouisionis cautione data, d. c. suscitata. quicquid dicāt doc. in l. si. C. de ord. cognit. & c. auditis. & c. ex literis. de in integ. resti. & in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibend. & l. ille à quo. §. si de facto. ad Trebel. Aufrer. decis. 54. & seq. & dixi fusius in tract. de sentent. prouisio. & trac. de sent. executor. in 1. Tomo ordina. ibi quilibet videre poterit.

Minor semel restitutus an iterū possit restitui.

8 Vltimò quæram, si minor semel fuerit restitutus, an iterum possit restitui? est text. in l. final. C. si sæpius in integrū restitutio postul. decidit nō posse, nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouæ defensiones, & causæ prætendantur: vnde si minor repudiauerit hæreditatem, tanquàm multis oneratam debitis, quæ sic erat, non restituetur, nisi creditores conuenerint cum eo, & remiserint dimidiam debiti partem, vel aliam, tunc posse iterum restitui non negat ibi Imperator, nec Iurisconsul. à contrario in l. & si fine. alias incipit ait prætor. §. restitutus. ff. de mino. vbi sic scribitur: Restitutus autem vt se hæreditati misceat, vel vt eam adeat, quam repudiauit, rursus restitui poterit, vt se abstineat: nisi interueniret contemptus partis, per l. fi. §. vbi autem pueriles. C. de bon. quæ lib. & scribit Maur. in tra. de restitu. c. 132. & seq. & Anto. cap. in decis. Neapolit. quæst. 165. vbi concludit quem secundo loco restituturum in instantia triennij.

Si verò minor semel petierit restitutionem, quæ fuit ei per sententiam de- 9
negata, non impetrabit alias literas ad petendum iterum restitutionem super illa re, sed si non appellauerit à denegatione restitutionis, & literarum comprobatione, restitui posteà poterit ad appellandum. text in d. l. fi. C. si sæpius in integr. rest. postu. vbi doct. & c. fin. de in integr. restit. Hostien. in summa illius titul. §. quoties. vbi etiam dicit interesse. nam quando restituitur quis contra sententiam, habetur ac si lata non esset. c. cùm ex literis. de in inte. rest. si verò quis restituitur ad appellandum, sententia remanet valida, sed inquiritur an bene sit iudicatum: & suspenditur prima sententia, per c. venientes. de iureiu.

Alia de restitutionibus nunc tibi non restituam, quia reliqua te posse bone lector, facilè intelligere existimaui, nec potui te magis in rem præsentem perducere: quare si lubet boni ista consules & me amabis. Gratias de his interim Deo Optimo ago immensas. Amen.

TRACTATVS, DE RESCISsionibus contractuum, & intra quæ tempora rescindi, & quomodo debeant, quotidianus profectò & vtilis.

PRAEFATIO.

Quomodo contractus cõficiantur & dissoluantur.

1 SCIENDVM est quòd contractus conficiuntur ambarum partium consensu, & confecti vtranque partem obligant. l. j. §. j. ff. de pact. Et ideo dicuntur vltrò citróque obligatorij, in l. Labeo. ij. §. j. ff. de verbo. significat. vbi abundè scripsi. Licet in initio libera potestas vnicuique sit contrahendi, vel non contrahendi, sed semel constitutæ obligationi & contractui renunciare aduersario non consentiente nemo potest. l. sicut. C de actio. & obligatio. Aliquando contractus vtriusque partis consensu dissoluuntur. in rubric. C. quando liceat ab emptio. discede. & tunc cùm partes sint concordes, nihil ad iudicem. l. j. §. inde. ff. de noui operis nunciatio. interdum tamẽ & quibusdam ex causis rescindi contractus etiam altera parte inuita possunt. Ideo de his videndum erit causis, & quomodo rescindi in hoc maximè regno valeant: & quia hæc materia in curiis Franciæ est frequentissima & vtilissima, ob id eam pertractare in animo fuit. Vnde Lector beneuole, boni eam (si nos amas) consules. multa enim tibi referam, quæ in publico auditorio consecutus sum, vt etiam dicit iurisconsul. in l. iij. §. duæ. in fi. ff. de Carbo. edict.

Contractus aut nullus, aut annullandus.

2 In primis discutiendum est, quòd contractus aut est nullus aut tenet: sed tamen est annullandus. l. & elegãter. ff. de dolo. vbi contractus dicitur nullus, quando dolus dat contractui bonæ fidei causam, sed est annullandus, quando incidit in contractum bonæfidei, vel dat etiam causam contractui stricti iuris. l. si dolo. C. de inutilib. stipulatio. Actiones bonæ fidei quæ sint, non discutio: quia numerantur in §. actionum. de actio. in instit. & in glos. c. cùm venerabilis. de except. & quomodo in eis concludatur & excipiatur, scripsi in tracta. de except. in vlti. q.

Conclusio quando cõtractus est nullus.

3 Itaque dum contractus est nullus, agi potest coram iudice ordinario impetratis literis Regiis in hoc regno, & coram eo peti, vt declaretur nullus, & quatenus de facto processit rescindatur. cap. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alienan. l. si dolo. C. de rescindend. venditio. nam cùm contractus nullus sit, rumpi non potest. l. nam etsi sub conditione, versic. post defectum. de iniusto testa. capit. ad dissoluendum. de desponsa. impu. nisi quatenus de facto processit. Tamen in regno Franciæ recipitur quis allegans contractum nullum: quia factus à prodigo, cui erat bonis interdictum, & allegans etiam modico pretio rem venditam: vt censuit Senatus anno 1543. die tertia Augusti, pro Comite de Sanxerre, & tunc subordinatè petitur, sicut decimæ & congrua portio, vt scripsi in tracta. de congrua portio.

Nullitas cõtractus, & deceptio allegari possunt. Arestum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interdum contractus tenet, sed ex aliqua causa est annullandus, & tunc 4
pars potest coram ordinario aduersam conuenire partem, & petere illũ contractum rescindi.l.prima,& per totum.ff.& C.de rescindend.vendi. Et hanc prosequemur materiam per totum hunc tractat. Et quando contractus est nullus vtilitas de iure est, quod emptor vel alius tenetur ad restituendum omnes fructus,quos recepit,quia ex nullo contractu, nihil potest pars consequi,secus quando contractus tenet: quia tunc fructus lucratur emptor, vel alius possessor vtique ad litem contestatam.l.cùm fundus, si cert.pet.ff.quod est notandum.

Vtilitas quando cõtractus est nullus, vel tenet.

Fructus à die litis cõtestatæ restituuntur.

Practica tamen regni est in vtroque casu, vt impetrentur literæ Regiæ di- 5
rectæ ordinariis iudicibus, vt rescindere & annullare contractum debeant, & de consuetudine regni sine literis Regiis iudices non solent procedere ad nullitatis etiam declarationem, vel ad contractus rescisionem. in hoc tamen non comprehenduntur Curiæ supremæ,quæ sine literis ista facere solent: vt alibi scripsi in proœmio concordat.& emptor vix solet de consuetudine condemnari ad restitutionem fructuum, nisi à die litis contestatæ, licet contractus sit nullus, nisi de mala & peruersa illius fide appareret, vel alterius,& ita vidi seruari,licet aliter à iure disponatur vt dictum fuit.

Curiæ supremæ rescindunt cõtractũ nullum etiam sine literis Regiis.

Notandum est,quòd contractus multis rescinditur modis.Primò, ratione 6
personæ contrahentis,& hoc etiam multis modis. Aliquando ætatis causa, vt si infans contrahat, inutilis est contractus. Idem si minor habens curatorem, sine eo contrahat.l.prima, & l.si minor.ff.de verbor.obligatio.§.pupillus.de inutilib.stipulatio.in institut.l.si curatorem habens.C.in integ.restit. Tamen non semper ea quæ cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum sunt redigenda,ne magno incommodo eius ætatis homines afficerentur,nemine cum his contrahente.

Contractus minorum multis rescinditur modis.

Aduocatus actoris, & rei in minorũ rescissionibus quomodo exordiri debeat.

Et quodammodo commercium eis interdiceretur.l.quòd si minor.§.j.ff. 7
de minorib.per quem text.poterit aduocatus contractum minoris fisci, vel alterius defendens suam exordiri defensionem: & adiicere poterit versicul. Itaque ibidem, nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut negligenter in ea causa versati sint, prætor interponere se non debet: aduocatus verò volens contractum rescindere minoris sic exordietur: Inter omnes constat fragile esse,& infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum multorúmque insidiis expositum: ideo auxilium eis prætor pollicitus est, & aduersus captiones opitulationem.l.prima.ff.de minoribus.& ita solebant antiqui & egregij aduocati facere.& ita audiui sæpe domi. Montolonium & alios doctissimos aduocatos inchoantes postulare in hoc supremo Senat.

Claudicat ex parte minoris cõtractus cũ eo initus.

Ex parte minoris tantùm est inutilis contractus.l.Iulia.§.si quis de pu- 8
pillo.ff.de actio.empt. Et ideo si ille contractus minori sit fauorabilis, non rescindetur,sicut nec sententia pro eo lata.l.non eo minus.vbi docto.etiam nor.C.de procurat.l.furioso.de re iudic.ff.ob id non audiretur pars læsa in contractu minoris, si vtile sit minori contractum seruare, & literæ Regiæ concessæ non approbarentur à iudicibus.

Minor si consumpserit, pretium restituitur.

Etiam si minor iustum rei pretium acceperit, quod ad malos vsus con- 9
sumpserit,

sumpserit, adhuc rescindi illum contractum petere poterit.l.si quis cùm sci- 10
ret.ff.pro emptore. † Et rescindetur iste contractus impetratis literis Regiis, & res minoris restituetur non restituto aliquo precio, si totum malè fuerit consumptum,argument.l.mater.C.de rei vendicat. Sed si probetur versum precium in vtilitatem minoris, & quatenus probabitur versum, eatenus recuperabitur precium à minore, qui in hoc locupletior factus est.l.final.C.de vsucap.pro emptor.cap.quod in quibusdam.de fideiussoribus, & ita fuit iudicatum in magna camera me audiente Paris.anno 1536. die decimatertia Martij.

Arestum.

Et ideo si minor in suis contractibus decipiatur,potest petere in integrum 11
restitutionem impetrando literas Regias, per totum titulum.ff.de minorib. & in rubric.C.de in integ.restitutio.sed oportet duo probare,videlicet se minorem,& læsum.l.nam posteà.§.si minorib.ff.de iureiurand.& non videtur circumscriptus minor, qui iure vsus sit communi.l.fin.C.de in integrum restitutio.vbi dicit Bald.oportere minorem exprimere se fuisse deceptum dolo aduersarij, vel sui facilitate: aliàs audiri non debet.l.j.ff.de minor.abundè scripsi in tract.de restitut.artic.primo superius. † Vnde si minor sic deceptus 12
fuerit,etiam in mobilibus poterit in integrum restitui,per dictam legem primam, vt censuit Senatus Parisiensis pro domino *Corbie* consiliario magni consilij,qui dum erat minor,emerat equum & mulam, & cùm effectus fuisset maior in vim executorij instrumenti, executio in eum facta fuit,& iudex ad garniendum contentum in schedula illum condemnauerat: à qua sententia domi. *Corbie* appellauit, & cùm rescindi dictum contractum in curia petiisset, Senatus malè iudicatum pronunciauit, condemnans tantum domi. *Corbie* ad soluendum quantum volebant tempore emptionis,& non plus,anno 1522.in mense Martio.Et eadem ferè est practica, siue contractus sit nullus, vt quando minor contraxit sine tutoris authoritate.l.j.ff.de authorit. tuto.si verò cum authoritate, contractus valet,sed rescinditur probata læsione,vt in l.magis puto.§.ne passim.ff.de rebus eorum.

Restitutio minorum duo copulatiuè requirit.

Etiã in mobilibus minori succurritur.

Item contractus redditur inutilis ex defectu naturalis consensus, vt si fu- 13
riosus, demens, mente captus,aut phreneticus contraxerit.l.in negotiis.& l. furiosi.ff.de reg.iur.in l.j.de verb.oblig.his enim casibus & similibus potest, si resipuerit is qui contraxit, vel si non resipuerit, consanguineus seu curator impetrare literas Regias, in quibus contractum nullum factum per illum furiosum vel alium declarari petat: & ad rescindendum quatenus de facto processum fuit,vt superius diximus.

Furiosi, demens, & similiũ contractus nullus.

Ratione subiectionis rescinditur contractus,vtpote si Rex contrahat, vel 14
alius potens princeps, & tyrannus cum suo subdito: quia blanditiæ potentum inducunt iustum metum.l.prima.C.si rector prouinciæ.glos.in l.prima in verb.quemadmodum.quod iussu.ff.& non computatur tempus illi subdito in vita tyranni: quia non potest tunc cum commodo suæ personæ agere.in vita tyranni: quia non potest tunc cum commodo suæ personæ agedito in vita tyranni: quia non potest tunc cum commodo suæ personæ agere.glos.in cap.licet.in fine.in verb.precibus.de electio.in pragmati. Lucas de Penna in l.litibus.columna tertia de agricol.& censit.libro decimo. Barbat. in cap.nam concupiscentiam.columna quinta de constitutio.& in clementina prima columna quarta de testibus.& Ias.in l.de pupillo.§.si quis ipsi.in

Subiectionis ratione rescinditur contractus.

quinta quæstio. Bart. de noui operis nunciatio.

Idem si seruus, vel filiusfamil. cum domino, vel patre contrahat, tunc tantùm obligatur naturaliter. l. frater à fratre. ff. de condict. indebiti l. lis nulla. de iudic. idem putarem etiam si obligaretur ciuiliter. nam contractus ob metum reuerentialem rescindetur, vt inferius dicam. 15

Idem si clericus contraheret cum suo prælato terribili, vt etiam ratione authoritatis possit petere contractum infringi, per l. primam. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur, & ibi multa scripsi. 16

Idem in religioso quo ad suum superiorem, authentica ingressi, & ibi doctores. C. de sacrosanctis ecclesiis & capitulo quia ingredientibus. decima-nona quæstione tertia. Ideo contractum sic initum poterunt istæ personæ sic subditæ petere vt rescindatur, quatenus de facto processit. 17

Prodigi contractus rescinditur.

Item interdum quis à lege prohibetur contrahere, vt prodigus, vel à iudice, & tunc si læsus fuerit contrahendo poterit petere etiam contractum rescindi impetrando literas Regias. l. is cui bonis. de verbor. obligat. l. j. de curator. furios. 18

Mutus, & surdus an possint contrahere, & quando cõtractus illorum rescindatur.

Mutus verò si compos mentis sit, & signis intelligatur, contrahere potest: & valebit contractus consensu initus: secus si verbis fieri contractus deberet, tunc non valebit contractus, cùm loqui non possit, quod in stipulatione est necessarium. l. prima. ff. de verborum obligationum & §. mutum. de inutilib. stipulatio. in institut. l. prima in fine. & l. in quibuscunque. de actio. & obligatio. ff. doctor. in l. metum. de acquirenda hæreditat. l. vbi non voce. de regulis iuris. 19

Si verò habuerit curatorem, tunc contractus sine illius authoritate non valebit, ob id rescindi poterit. l. si curatorem C. de in integrum restitut. Idem in surdo dicit Perrus Ferrariens. in sua practic. in forma actio. real. in verb. veris, & legiti. columna secunda, probatur in dicta l. prima. in fine de actio. & obligat. 20

Mulieris contractus an valeat, & quando rescindatur.

Ratione fragilitatis sexus, vt in muliere, si pro alio fideiubeat, petetur contractus rescindi, & rescindetur impetratis à Rege literis: quod probatur in l. prima. & per totum. ff. ad senatusconsultum Velleianum, & in casibus positis in l. fin. C. de iuris & facti ignorant. & quando læsa est ex suo contractu. 21

Ex forma nõ seruata rescinditur contractus.

Secundò, contractus rescisio petitur ratione formæ non seruatæ, vt in stipulatione, si non interuenerit interrogatio simul & responsio. l. j. ff. de verbo. obligat. quia actus, non seruata forma corruit. l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transactio. Albert. Brunus in tract. de forma & solennita. actus. rubr. j. versic. v. non omitto. &c. 22

Et in contractibus, quibus contrahuntur, si res non interuenerit, inutilis est contractus, & instrumentum obligatorium. l. rogasti. §. si tibi. ff. de rebus creditis & §. primo quibus modis re contraha. oblig. in institutionibus. 23

Idem si consensus deficiat in contractibus, qui consensu perficiuntur: vt in rubric. de obligat. ex consensu. in institut. & l. consensu. ff. de actio. & obligatione. l. in venditionibus. de contrahenda emptione. Et ideo contractus 24

nullus

nullus petitur declarari, & quatenus de facto processit rescindi, & instrumentum restitui cassum & nullum, vt fusius inferius dicetur.

Contractus sine solennitate factus rescinditur.

25 Tertiò, propter defectum solennitatis rescinditur contractus, vt si venditum fuit minoris prædium, vel alia immobilia bona sine decreto, rescinderur alienatio. l. si prædium. & per totum. C. de prædiis minor. l. magis puto. ff. de rebus eorum.

Alienatio rerũ ecclesiæ sine solennitate non valet.

26 Idem si solennitas non fuerit adhibita in alienatione rerum ecclesiæ, quæ scribitur in cap. sine exceptione. duodecima quæstione secunda. scripsi plenè in compend. alienatio. rerum eccles. in quibus casibus illa solennitas non requiritur solennitas, & non interuenit, vt in venditione facta per licitationem, siue per incautum publicum, tunc illa alienatio ob solennitatis defectum rescindi poterit: & hoc impetratis literis Regiis in hoc regno, in quibus solennitatis defectus narrabitur, vt scripsi in tractat. de præconiis infrà.

27 Idem in aliis casibus in quibus in alienatione requiritur solennitas, si ea deficiat, contractus erit nullus, & mala fide factus præsumitur. l. j. vbi glos. singul. C. de fide instrument. & iure hastæ fiscal. lib. x.

28 Quartò, contractus rescinditur ratione prohibitionis, quæ interdum fit à lege, vt infante & personis superius expressis.

Aduocati procuratoris medici officialis, & aliorũ, quando rescindatur contractus.

29 Item aduocatus prohiberur & procurator contrahere cum clientulo lite pendente. l. quisquis. §. præterea. C. de postul. & de quota litis paciscì. l. litem. C. de procura. quod si contrà fiat, rescindetur hic contractus impetratis etiam literis Regiis. Medicus cum ægro, durante infirmitate contrahere prohibetur. l. medicus. de variis & extraordinar. cognitio. ff. & medicos accipe eos, qui alicuius corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur. l. prima. §. medicos. ibidem. l. archiatri. de professorib. & medic. libro decimo. C. quem singul. ponderat Ias. in §. tripli. numero 59. de actio. in institutio. & licet dicta. l. medicus. loquatur, quando medicus compulit. Idem tamen est, quando æger proprio motu & spontaneo promitteret durante infirmitate, vt scribit Hippolytus in l. §. constitutum. numero 4. de sicca. ff. quia semper promittere

Promissio pestiferi quãdo valeat.

30 coactus infirmitate præsumitur. † & idem iudicari vidi in chirurgo, cui tactus pestè, si euaderet, promiserat ducentos aureos: fuit enim ad triginta aureos condemnatus tantùm reus aresto Senatus: & sic illa promissio pestiferi, vel alia debet ad arbitrium boni viri reduci inspecta contagione, & operis quibus caruit vel Chirurgus: & si excederet in modico, non annullaretur, & sic intelligi debet, quod scribit Mathæ. de Afflict. in decisio. Neapol. quæst.

Quadrigarii stipulatio excedés fuit per Senatũ modificata.

31 centesima vigesimatertia. dominus Carolus. † Idem vidi seruari in quadrigario, qui tempore necessitatis fecerat sibi obligari quemdam ad sex viginti libras, vt deferret res Aureliam tempore aduentus Imperatoris Caroli quinti, & tunc esset tutius sine conuentione precij eis res tradere deferendas, & postea arbitrio boni viri soluere eis.

Officialis an durante suo officio contrahere possit cum suis subditis.

32 Officiali annali durante suo officio cum suis subditis contrahere non permittitur. l. principalibus. cum sequenti. ff. si certum petatur. l. non licet, & l. qui officij. ff. de contrahenda emptione. Hodie cùm in hoc regno pauci magistratus sint annales, non rescinderentur tales contractus etiam in an-

nalibus, nisi impressio probaretur. l. si per impressionem. quod metus causa. C. vt scripsi in proœ. ordina.

Transactio non viso testamento rescindi solet.

Non potest hæres non visis nec cognitis verbis testamenti transigere. l. 33
de his. de transact. ff. quod si fecerit, rescindi factum solet. l. prima. §. primo. ff. quemadmodum testamentum aperiant. vbi etiam gloss. idem dicit in sententia. Et hoc probat Roma. singul. cxcv. tu legis. l. &c. tum fauore vltimæ voluntatis, vt facilem sortiatur effectum. l. vel negare. ibidem: tum odio hæredum occultantium testamenta. docto in dicta l. de his. & l. non est ferendus. ff. de transactio.

Alienatio in fraudem creditorum rescinditur.

Item in fraudem creditorum non potest quis alienare, alioqui rescin- 34
ditur contractus, in rubri. ff. quæ in fraudem creditori. & C. & §. item si quis in fraudem. de action. in instit. docto. in l. post contractum. ff. de dona.

Præterea alienationes post iudicium familiæ erciscundæ acceptum inter- 35
dictæ sunt duntaxat voluntariæ, non quæ vetustiorem causam & originem iuris habent necessariam l. alienationes. ff. familiæ erciscundæ.

Prohibiti contrahere per legē, cōtractus rescinditur si cōtrahant.

Prohibetur interdum quis contrahere per legem municipalem, vtpote 36
per statutum, vel cōsuetudinem, vt mulier nupta de consuetudine istius patriæ non potest contrahere, nisi mercatrix publica sit, vt patet in consuetudinibus, maximè per Boër. in consuetud. Bitur. rub. de cōsuetud. iuris status per sonarum. §. quarto.

Et in quibus casibus prohibentur aliqui contrahere, si contra legem etiã 37
municipalem contrahant, nullus est contractus. l. non dubium. de legibus. C. quia lex restitit. Ideo non valet contractus. Bartol. in l. cùm lex, de fideiuss. ff. nec transfertur dominium ex illo cōtractu. l. quemadmodum. C. de agricol. & censi. libro vndecimo. & in hoc tantùm operatur prohibitio consuetudinis, vel legis municipalis, quantum legis generalis: quia tantæ est potestatis in loco vbi seruatur, quantæ lex generalis l. omnes populi. vbi doct. ff. de iusti. & iur. & l. j. C. de summa trini. & hoc casu etiam impetrantur literæ Regiæ, de quibus suprà scripsi.

Cōtrahere prohibiti à iudice & arbitro, contractus rescinditur.

Aliquando prohibentur aliqui contrahere à iudice, & tunc post prohibi 38
tionem non valet contractus. l. is cui. vbi doct. ff. de verborum obligatio. exemplum etiam patet in l. vtrum. de petit. hæredi. l. moris. §. sunt & aliæ. de pœn. Bartol. & alij in l. filius fami. §. diui. de lega. j. & tunc solent impetrari literæ Regiæ vt nullius contractus pronuncietur vel annulletur, saltem quatenus de facto processit, vt superius dixi.

Ab arbitro si prohibeatur alienatio, quæ tamē postea fiat, potest etiam 39
peti contractus rescissio: dominium tamen transfertur post prohibitionem, sicut cum prohibetur contractus, & alienatio per pactum. l. ea lege. C. de contr. ob causam dat. l. si ita quis. §. ea lege, ff. de verborum obligatio. l. non distinguemus. §. nunc de officio. de arbit.

Alienatio facta contra prohibitionem hominus rescinditur.

Prohibitio etiam alienationis cum causa à testatore fieri potest, & si 40
postea fiat, rescindi potest. l. filius famil. §. diui. & ibi amplè doct. ff. de legatis j. & an transferatur dominium ibi disputant: sed quia idem in praxi concluditur, & ferè praxis eadem exercetur, ideo illud relinquo ad ibi nota.

Et ideo

41 Et ideo quando fit prohibitio à testatore, ne domus alienetur, quia vult vt remaneat in familia, si ille qui eam detinet, alienauerit, omnes de familia, vel proximus etiam non restitutio pretio, eam repetere poterit, & contractum rescinderere. l. peto. §. fratre. & l. vnum ex familia. ff. de lega. ij.

42 Si autem prohibitio fiat inter viuos, & tunc regulariter cōtra prohibitionem facta valebit alienatio: sed agi potest contra alienantem ad id quod interest. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo obliga. l. fi. C. de reb. alien. non alienand. Bald. in c. vno col. fi. de aliena. feud.

43 Nisi aliquid super re retineretur, vt sensus in re emphyteoticaria, tunc non valebit contractus, l. fina. C. de iure emphyteo. sed quia in praxi solemus impetrare literas Regias ad annullandum contractum, quatenus de facto processit, ob id eadem ferè est practica siue contractus nullus siue annullandus, vt superius dixi.

Delicti ratione quis contrahere prohibetur.

44 Prohibetur quis contrahere quandoque ratione delicti, & tunc alienatio post delictum facta si in contrarium condemnatio secuta fuerit, non valebit, l. post contractum. ff. de donatio. vbi plenè Bartol. & cæteri, & in l. j. de iure fisci. libr. x. Ideo illa alienata fiscus reuocat, si bona fuerint cōfiscata: qui etiam impetrat literas Regias, vt priuatus, prout vidi obseruari, quæ non solent ei denegrari.

Ratione rei quādocō tractus rescindatur.

45 Quintò, rescinditur contractus interdum ratione rei, vtpote si res sacra, religiosa, sancta: vel quæ non sit in commercio nostro, & alienata sit. Ista enim alienari prohibentur. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligatio. l. sancimus j. & authen. præterea. C. de sacrosanct. eccles. quia istæ res in nullius bonis sunt. §. nullius. de rerum diuisio. in instit. vnde si quis presbyterorum alienauerit rem ecclesiæ, etiam ipse alienans poterit rem alienatam petere, & rescindi per literas contractum quatenus de facto processit. c. si quis presbyterorum. de rebus eccle. non alienan.

Rei litigiosæ dotalis, & publicæ rescinditur alienatio.

46 Adhæc res litigiosa alienari prohibetur. l. j. C. de litigio. & litigiosa res est, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem & possessorem: auth. litigiosa. ibidem hoc interdum rescripto concedi solet, vt alienari possit non obstante vitio litigiosi.

47 Res dotales etiam ius alienare prohibet. l. j. & per totum. ff. de fundo dotal. non alienan. & C. vnde si alienatio rei immobilis dotalis facta fuerit, etiam consentiente vxore, poterit rescindi. authen. siue à me. C. ad Velleia.

48 Item publica res, vel vsibus publicis destinata. l. bona. & l. inter publica. vbi scripsi. ff. de verborum significatio. in his & aliis similibus casibus rescinditur cōtractus, quatenus de facto processit, impetratis (vt sæpius dictum extitit) ad hoc literis Regiis.

Ratione deficientis cōditionis, vel modi rescinditur contractus.

49 Sextò, petitur contractus rescindi ratione deficientis conditionis. l. proinde. ff. de rebus credit. scripsi in l. cedere. ff. de verborum significatio. idem si modus deficiat. l. quibus. §. fina. ff. de conditio. & demonstratio. Bal. con. ciiij. sex sunt, quæ in primo volu. vnde si dedero domum alicui, vt me alat, si non me aluerit, agam vt cogatur me alere, seu vt rescindatur donatio. l. fina. C. de rescind. venditio.

Ratione vitii rescinditur contractus.

50 Vltimò, rescindi contractus petitur ratione alicuius causæ, vtpote

propter vitium, si quis equum habentem vitium latens vendiderit, tunc agam actione redhibitoria intra sex menses: vt rehabeat suum equum, vel actione quanto minoris post sex menses, & intra annum. l. redhibere. & per totum. ff. de ædilit. edic. l. secunda. C. de ædilit. actio. & in his mobilibus non solent impetrari lit eræ Regiæ, sed directa via agi intra tempus à lege vel consuetudine præstitutum, ne plus exponatur in his literis quàm valeat res, per l. mediterraneæ. C. de anno. & tribut. libr. x.

Denunciatio facit vt contractus rescindatur

51 Interdum rescinditur contractus ratione protestationis alicui factæ, seu denunciationis: vt si denunciauerim tibi, vt non emas talem domum, vel per proclama. fuit prohibitum, ne talis res alienaretur, si postea aliena ta fuerit, rescindi contractus petetur, per legem si fundum. C. de rei vendicatio.

Causæ inhonestæ & cessantis ratione rescinditur contractus.

52 Rescinditur etiam propter causam inhonestam. l. si plagij. ff. de verborum obligatio. vel cessante causa, vt in rubric. ff. & C. de condictio. ob causam. vnde si dederim fundum causa matrimonij, cessante matrimonio & non contracto repetere talem rem potero. l. quod Seruius, & seq. de condictio. causa data: & hoc directa via solet fieri etiam sine literis.

Simulatio, læsio, & metus contractus rescindunt.

53 Simulationis ratione rescinditur contractus. in rubric. C. plus valere quod agitur. & per Cæpol. plenè in tracta. de simulatio. contract. scripsi in tracta. de restitu. & releua. in gloss. octaua.

54 Ob enormem lætionem, puta quando quis est deceptus vltra dimidiam. l. secunda. C. de rescinden. venditio. & inferius dicetur articulo primo, in gloss. decimaquarta.

55 Ratione metus rescinditur contractus. nam quæ metus causa gesta sunt, rata prætor non habet. l. j. & per totum. ff. quod metus causa, & articul. j. inferius scribam, gloss. duodecima.

Absentia ingratitudinis, & susceptionis liberorum causa rescinditur ret alienatio.

56 Item rescinditur factum durante absentia illius, qui reipublicæ causa abe-rat. l. j. & per totum. ff. ex quibus causis maior. & dictum fuit in tractat. de restitutionibus.

57 Item si quis non sperans se liberos habiturum donauerit omnia bona sua, si posteà liberos procreauerit, donationem rescindi per literas impetrabit, l. si vnquam. de reuocand. donatio. vbi amplè de Ripa, & domi. Tiraquel.

58 Per ingratitudinem reuocari petitur donatio, si ingratus fuerit donatarius donanti, vel eum non aluerit in eo casu, quo de iure tenetur. l. final. C. de reuocand. donatio. & in casibus ibidem scriptis. & in capitul. final. de donatio. aliis etiam in multis casibus rescinditur contractus, quos longum esset hîc referre, & omnes videntur ferè comprehendi sub casibus præscriptis: ob id, beneuole lector, hæc tam frequentia non aspernaberis.

Retineri res potest, licet cõtractus sit nullus.

59 Notandum est, quòd ex quibus casibus rescindi potest contractus, imò si nullus sit, retineri res in conscientia potest, donec declaretur nullus, teste Panormita. in capitul. plerique. de immunita. eccles. & ideo lucratur quis fructus ante litem contestatam. l. cùm fundus. ff. si certum petatur. scripsi in procemio. ordinat. in gloss. prima. faciunt ea quæ dixi in interpretatio.

interpretatio l. vnicæ, nota primo. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferunt. Ideo in hoc regno iudices non solent condemnare ad fructus etiam super contractu nullo, nisi â die litis contestatæ, vt prædixi, quod est notandum.

Tribus modis cognoscitur contractus.

60 Adde, quòd ex tribus cognoscuntur contractus, in qua specie sunt, scilicet ex forma verborum. l. j. ff. de verborum obligatio. ex parte rerum, vt in l. ij. ff. de rebus credit. & ex vtilitate. l. Lucius. ff. de donatio. iuncta l. prima. de pœnis. Bald. in consilio cccexciij. facti series. in tertio volumine.

Expensæ circa scisso cõtractu repetũtur.

61 Quærò an rescissa venditione, vel contractu expensæ meliorationum repeti possint, quod sic scribunt doct. in capitulo primo, de in integrum restitutio. vt plenius dicetur inferius. vide in l. in fundo. & quæ ibi addidi ff. de rei vendic.

Loys xij. *Article xlvi. des publiées* 1512.

Articulus vnicus.

Item, & affin que les domaines & proprietez des choses ne soyent incertaines, & sans seurté es mains des possesseurs d'icelles, si longuement qu'ils ont esté cy deuant, & que la preuue des parties ne perisse, ou soit rendue difficile par laps de temps, es cas cy apres declairez: nous auons ordonné & ordonnons, que toutes rescisions de contrats, distrats, ou d'autres actes quelconques, fondees sur dol, fraude, circonuention, crainte, violence, ou deception d'outre moitie de iuste pris, se prescriront d'oresnauant, tant en nos pays coustumiers, que de droit escrit, par les laps de dix ans continuels à conter du iour que lesdits contrats, distrats, ou autres actes, auront esté faits, & que la cause de crainte, violence, ou autre cause legitime empeschant de droit, ou fait la pour suitte desdites rescisions, cessera: nonobstant statuts, coustumes, ou vsances quelconques à ce contraires: ausquels quant à ce nous auons derogué & deroguons de nostre certaine science, pleine puissance & autborite Royal.

GLOSSA I.

Summa ordinationis Regiæ, & rationum quæ ve inuentæ sit præscriptio.

HIC articulus diuiditur in duas partes. in prima duæ ponuntur rationes huius legis Regiæ condendæ. in secunda decisiones. secunda ibi, *nous auons*. Prima ratio sumitur ex ratione vsucapionis, bono enim publico introducta est vsucapio, ne scilicet quarundam rerum diu, & ferè semper incerta dominia essent. elicitur ex verbis Iurisconsul. l. j. ff. de vsucapio. Cùm ergo vsucapio & præscriptio sit introducta propter bonum publicum, vt ibi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& à iure ciuili. §. j. instit. de vsucapio capit. quicunque decimasexta quæstione tertia. l. j. de acquirend. rerum dominio. ff. & si ius ciuile non esset, præscriptiones non essent. dicit Bald. in repetitio. l. j. col. iij. C. de emancipatio. libero. etiam est inuenta, vt sit litium finis. l. fin. ff. pro socio. quod etiam publicam vtilitatem concernit. l. properandum. in princip. C. de iudic. Et etiam sunt inuentæ propter libertates subditorum ne de iure suo semper dubitent. text. in authentic. de tempore non solutæ pecuniæ. §. j. collatio. septima. & ibi gloss. in verb. diligentia. quam not. Bald. in §. si quis per triginta. col. ij. si de feudo defunct. conten. fuerit inter domi. & agnat. vassal. scripsi in repetitio. capitul. postulastis. in gloss. retinere. de cleric. excommunicat. ministrante. Et sic statuitur in hac constitutione, vt quis contractus rescisionem intra decem annos petat, ne incerta dominia sint longo tempore apud possessores, sicut olim scilicet ante istam ordinationem text. hic in manibus possessoris, pro apud possessorem accipit, & est phrasis Gallorum sumpta ab Hebræis, vt scripsi in rubric. de nominat. reg. in verb. in manibus. in concordat. §. primo. † Ex quibus infertur non esse inconueniens, si ex causa videlicet publicæ vtilitatis lex ciuilis in quibusdam casibus auferat dominium. l. ius ciuile. ff. de iusticia & iure. l. item verberatum. de rei vendicatio. l. Lucius. de euictio. l. venditor. §. si constat communia prædiorum. l. si priuatus. qui. & à quibus. l. Antiochensium. de priuileg. credito. Bart. in l. omnes populi. in prima quæstio. quartæ quæstio. principal. ff. de iusticia & iure. Felin. plene, & alij in capit. quæ in ecclesiarum. colum. viij. de constitut. Ias. in l. Barbarius. colum. vij. cum sequent. ff. de offic. prætor. Bartor. & alij in l. nemo potest. colum. iiij. de legatis primo. Ioan. Francisc. in tractat. de præscript. in prima parte, quæstione quarta, quamuis dominium sit de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. gloss. in l. secunda. C. de precib. Imperato. offerend. vbi addidi, & in capit. quo iure. viij. distinctio. Scripsi abunde in tractat. de congru. por. in fin.

Lex vel ordinatio ex causa publica dominiũ auferre potest.

Renunciare præscriptioni quis non potest.

Secundo infertur quòd homines non possunt renunciare præscriptioni. Bart. in l. nemo. ff. de legatis primo. Panormit. & alij in rubr. de præscriptio. vbi vidè abundantius. & per Petr. Ferr. in forma rei conuenti. in verb. præscriptionis. Felin. in capit. si diligenti. in secundo corolla. quinta fallent. de foro competent. 4

Et que là preuue des parties ne perisse, ou soit rendue difficile par laps de temps.

GLOSSA II.

ALIA ratio huius ordinationis est, ne probationes partium pereant, vel difficiles ex lapsu temporis reddantur, cùm hominum labilis sit memoria. l. peregre. ff. de acquirenda possessio. Ob id statuitur, vt intra decem annos contractus rescisio petatur, vt sequitur. & an probatio adimi possit, vel coarctanda sit, scribit text. in l. quoniam. 1

niam. C. de hæretic. & ego in concordat. in rubric. de nominatio. Reg. §. vlti. in gloss. fina.

2 Sciendum est, quòd vbi in lege vel ordinatione est scripta ratio, vt hìc, tunc illa constitutio complectitur omnes casus, qui sub ratione expressa comprehendi possunt, etiam si sequeretur iuris correctio: vt plenè scribit Curtius senior consil. ix nume. 50 cum sequen.

Ratio legis cõplectitur omnes casus & extendit legem ad omnia, quæ ratio cõtinet.

Es cas cy apres declarez, nous auons ordonné & ordonnons que.

GLOSSA III.

1 EST SIC ista ordinatio per hæc verba, Es *cas cy apres declarez*, secundum quosdam est limitata in casibus hìc declaratis, quare extendi non debet. l. in agris. ff. de acquirend. rerum dominio. l. secunda. de seruis exportan. & quia est contra ius, ideo etiam restringenda: & si venerit nouus casus, hìc non comprehensus, decidetur secundum ius, non per istam ordinationem per ea quæ plenè scribit Feli. in capit. cùm ordinem. colum. iiij. versicu. limitata causa, de rescriptis. & exprimendo casus sequentes, in aliis videtur prohibere. l. cùm prætor. ff. de iudic. c. qualis. xxv. distin. & quando non mutantur, cur stare alij casus prohibentur. l. præcipimus. C. de appellatio.

Ista ordinatio an habeat locum in casibus expressis.

2 Ego tamen dicerem istum textum limitatum quo ad probationem, vt velit dicere, quòd hoc statuatur ne probatio pereat, vel difficilis reddatur, in casibus postea declaratis: & non quòd velit istam ordinationem loqui tantùm in casibus expresis hìc: quia esset sibi contraria. Nam infrà dicit, *Toutes rescisions, & autres actes quelconques*. nec est verisimile quòd tam citò se corrigeret: vt scripsi in quarto notab. in repetitio. l. vnicæ. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & sic concluisiuè tenebimus hanc legem Regiam non solùm habere locum in casibus hìc descriptis, sed in aliis casibus similibus, & qui verbis text. conuenire poterunt, vt inferius dicetur.

Toutes rescisions.

GLOSSA IIII.

1 QVI TOTVM dicit, nihil excludit. l. à procuratore. C. mandat. & in proœmio Digestorum patet de hoc verb. totum, & per Baldum, consilio trecentesimo trigesimoquinto. quædam mulier. volumine primo scripsi, articulo primo in principio tractatus de literis obligatoriis in primo Tomo constitutionum Regiarum: & quia sic dicit, *Toutes rescisions, & quelconques actes*, tamen intellige quòd omnes 2 rescisiones, & quicunque actus fundari super dolo, fraude, &c. † Ergo si sint alij actus, qui non fundentur super dolo, vel alia qualitate, in textu expressa, non habebit locum hæc ordinatio per hunc textum, sumendo argumentum à contrario, quod est validum. l. j. ff. de offic. ius. Si verò fundetur rescisio eò quòd quis non potuit disponere, non habebit locum hic articulus, vtpote si quis post decem annos velit rescindere

Omnes rescissiones in dolo vel fraude fundatæ hìc cõprehendũtur.

Solennitatis vel potestatis defectu initi cõtractus an rescindi possint vltra decẽ annos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

venditionem decimarum, vel alium contractum super ipsis factum per laicum poterit, nec erit impedimento iste articulus. † Idem si petatur contractum venditionis rescindi ob solennitates omissas, vt scripsi in l. Imperatores. ff. de priuileg. credito. quia iste text. de his non loquitur, & quia verba ordinationis non conueniunt, nec dispositio. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infect. † Vnde si quis non visis verbis testamenti transegerit, & læsus fuerit, poterit etiam post decem annos petere vt rescindatur transactio. argu. l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. triginta anno. nisi dolo factam allegaret, quia tunc hîc comprehenderetur, vt patet infrà.

3

4

Contractus à clericis facti vt alii rescindantur.

Amplia etiam, si essent contractus facti per clericos. nam si agant in curia seculari, vt de consuetudine solent, per literas Regias ad rescindendum huius contractum, tunc intra decem annos petere rescisionem illius debent: secus si ageretur in curia ecclesiastica. Barb. in rubr. de rebus eccl. non alienan. col. xvj. cum seq. vbi dicit curiam ecclesiasticam non teneri seruare leges & ordinationes, per ea quæ notant doc. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. scripsi in præfa. ad ordinatio. Regias in primo Tomo. & quia non reciperetur clericus in hoc regno, si ageret ad rescisionem sine literis regiis, quæ officialibus Regiis dirigi solent, ob id clerici hac ordinatione adstringentur, & post decem annos, in casibus hîc contentis non agent.

5

Corporalium seu incorporalium rerum contractus rescinduntur.

Siue contractus facti fuerint super rebus corporalibus, siue incorporalibus, cùm hîc generaliter loquatur text. Ideo si vendita fuerit dolo seruitus vel redditus, seu ius pascendi, aut aliud ius, rescindetur ista iuris venditio, sicut si vendita fuisset res corporalis, cùm iste text. generaliter loquatur, *toutes rescisions*. facit l. j. §. & generaliter. ff. de lega. præstan.

6

Arestum, quod rescissione pendente seruanda vi cõtractus debet data cautione.

Notandum tamen quòd pendente contractus rescisione cogitur reus soluere id, quod est in contractum deductum, & interim seruatur contractus: ita fuit in hoc Senatu decisum pro quodam scholastico prosequente contractus rescisionem anno 1539. die decimaquarta Iulij, & antè anno 1515. die decimaquinta Maij. fuit condemnatus petens rescisionem contractus ad continuandum, & soluendum redditus lite pendente, licet allegaretur furiosus is, qui redditus constituerat: sed cautio dari debet à recipiente, vt iudicauit Senatus anno 1523. contra viduam Ioannis Texier, vt est in stylo Parlamen. aresto cccx.

7

Si tamen contractus non potest interim seruari, emptor repetet precium cautione data de tradendo, si fuerit dictum postea contractum valere. hoc censuit Senatus anno 1528. die xxviij. Augusti. quia datum ob causam, causa cessante repetitur. l. j. & per totum. ff. de condict. causa data.

8

Arestum.

Des contracts.

GLOSSA V.

Sex sunt quæ firmũ faciunt cõtractum.

IABEO ait contractum vltro citróque obligatorium esse l. Labeo. ij. vbi abundè scripsi. ff. de verborum significatio.

1

Et sex sunt quæ habent solidare contractum, vtor verbis Bald. in consil. ciiij. sex sunt. in primo volumi. videlicet creditor & debitor, sunt enim correlatiua, & vnum sine altero esse non potest, l. j. ff. si cert. peta. l. j. C. de cupres. libr. xj.

Secundò

4 Secundò, res, quæ debet esse talis quæ in stipulationem deduci possit, non res sacra, non homo liber, nec aliæ, quæ in commercio nostro sunt. l. inter stipulantem. §. sacrament. ff. de verbor. obligat.

4 Tertiò, causa, quæ debet esse possibilis. l. non solùm. ff. de actio. & obligat. §. si impossibilis. de inutil. stipul. in instit. & honesta ac rationabilis. l. ij. §. circa. de doli except. ff. & finalis, non perfunctoria, nec impulsiua. l. ij. §. fin. ff. de donat. nec debet esse causa inhonesta. l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de pact. l. j. de condict. ob turpem caus.

5 Quartò, conditionis existentia solidat contractum, quia aliàs si non euenerit conditio, non nascitur obligat. l. cedere diem. ff. de verbor. significat. l. proinde. si certum petatur.

6 Quintò, impletio modi. modus enim impleri debet. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. quibus diebus. §. fin. de cond. & demonstr. l. cum mota. & l. siue apud. C. de transact. alia persequere, vt per Bald. consil. ciiij. vbi quando ista deficiunt in contractu, vel alterum horum, poteris impugnare contractum, & petere vt rescindatur, vt in præf. suprà scripsi. alia suppleri poterunt ex his quæ docui in d. l. Labeo. de verbor. significat.

Distrats.

GLOSSA VI.

Contractus nomine nõ venit distractus.

1 DISTRACTVS dicitur discessio ab actu, vel contractu facto, & quia appellatione contractus non venit distractus in odiosis & vbi non est eadem ratio, &c. Ob id fuit hîc expressum per l. vltimam. si tut. vel curat. interuen. C. & ibi hoc not. Bald. & in l. prima quando liceat ab emptione discedere. Ias. & Gomes. in §. omnium. de act. 2 in instit. † Vnde Bart. & alij in l. ab emptione. de pact. ff. dicunt quòd si debeatur gabella ex contractu, non debetur ex distractu: quod sequitur Porc. in rub. de oblig. in instit. & abundè prosequitur do. Tiraquel. in tract. de legib. connub. in glos. *contracter*. & sic continetur hîc transactio: quæ propriè dicitur distractus: si tamen quis transegerit super matrimonio, & posteà impetret literas Regias ad cancellationem illius transactionis, dicens matrimonio valido renunciasse, ideo petebat illam transactionem cessari, causa fuit remissa iudici ecclesiastico, an fuerit matrimonium validum: & posteà hoc cognito rescindetur transactio, si curiæ visum fuerit. sic censuit senatus anno 1528. die xij. Maij. facit c. lator. de re iud. & c. tenor. eod.

Arestum. Rescriptũ contra trãsactionem impetratũ quando valeat.

3 Non refragatur quod causas vel lites transactionibus legitimis finitas imperiali rescripto resuscitari non oportet. l. causas. C. de transact. nec valent literæ, vel rescriptum impetratum contra transactionem. doct. ibi, quia transactio imponit finem litibus. l. fratris. C. de transact. imò veniens contra transactionem est infamis. & aliis afficitur pœnis, de quibus in l. si quis maior. C. de transact. respon. non valere rescriptum impetratum contra transactionem, si fuerit impetratũ ab inferiore: sed à principe valebit facta mẽtione illius transactionis ex iusta causa, puta si dolo inita sit transactio, & ita loquitur iste tex. & d. l. si quis maior. loquitur in transactionibus iuratis, vbi sunt duo vincula, sed idem hodie in hoc regno, quia impetratur etiã rescisio iuratæ transactionis: habita tamen dispensatione iuramenti. Nam semper intelligitur volun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas superioris excepta.c. venientes. de transactio. & antequam transactio posſit retractari,necessaria est in integ.restitu.quam princeps per suum rescriptū concedit. Alexan. & Moder.in d.l. siquis maior.gl.in l.nec nō.§.quod eis.in verb. non prohibeant.ff.ex quibus causis maior.

Annullata transactio post arestū. Et ideo fuit annullata transactio à senatu comprobando literas Regias,in quibus mandabatur rescindi transactionem factam dolo partis post arrestum obtentum,& non prolatum, quod pars quæ vicerat ignorabat, & arestum 4

Arestum. executioni mandari,ac partes ad talem statum remisit, in quali ante trāsactionem erant,pronūciatum fuit anno 1524.die xxvij.Nouem. pro Huberto de Longuemont contra Marguaretam Legant.

De errore calculi. Quid in retractione calculi, an hic comprehēdatur, videtur quòd non, 5 quia calcularij erroris retractio etiam post decēnij & vicennij tempus admittitur.l.penul.ff.de administratio.rerum ad ciuitat. pertinent.& nota.in l. vna.C.de errore calcu.fortè potest teneri contrarium per hunc tex.*distratz*, & ita seruaretur in forensi iudicio, si dolo facta ferit per verbum sequens, *fondez sur dol*, aliàs non.quod est notandum.de hoc plenè scripsi in l. cognoscere.§.dispungere.de verborum significa.ff.& sic omnes distractus in dolo vel fraude fundati, continentur.vnde actio ex empto, quæ pro euictione datur,quia est personalis,durat triginta annis,qui non incipiunt,antequàm res sit euicta tex.in l.empti. & ibi Salicet. C. de euictio. Io.Franc. Balb.in tractat. de præscrip.in iiij.partis. q.xxvij.col.lvij.& ideo hic non limitatur, quia non fundatur super dolo principaliter.

Ou d'autres actes.

GLOSSA VII.

Actus nomine quid, & an omnes actus cō tineantur. ACTVM quidem verbum generale esse, siue verbis quid agatur, vt in stipulatione, siue re, vt numeratione pecuniæ dicit Iurisconsul. in l. Labeo. ij.de verb. signifi. vbi scripsi. Ideo si- 1 quis accepto tulerit debitori suo cùm conuenerit, vt promissorem daret, nec ille det, condici ei, qui accepto sit liberatus intra tempus decennij debet,per hunc tex. & per legem, siquis accepto.ff. de condictio. caus.dat.& restringe semper per verba sequentia, *d'autres actes fondez sur dol, circonuention &c.* adeo quod si alij actus hic non expressi non peterentur rescindi ratione doli vel fraudis adhibitæ in actu, etiā post decem annos admitteretur rescissio prout de iure,quia de his nō loqueretur hæc lex Regia. † Quæro si fiat cōtractus à muliere sine viri consensu,an post decem 2

Contractus factus ab vxore sine viri consensu an post decem annos annullari possit. annos infringi possit.Boër.in §.iiij.in gl.cōsuetudo.versi. quid si vxor de facto.rub.de consuetud.iuris status persona.in consuetud Biturig.dicit præsumi solennitatem cōsensus interuenisse post decem annos.arg.l.si filius.C.de petitio.hæredi.Ego tamē dicerem vxorē posse petere rescindi : quatenus de facto processit,iustū cōtractū etiā post decē annos,si non allegatur fraudem vel dolū interuenisse,quia isti cōtractus hic nō cōtinētur,& nō expressit hic, non mutantur,ergo stare non prohibentur.l.præcipimus.C. de appellatio.& quia nullus est hic contractus,tum quia mulier de cōsuetudine huius patriæ est prohibita cōtrahere sine viri cōsensu,vnde cōsuetudo resistit:ideo nō valet actus.l.cùm lex.vbi Bar.ff. de fideiussorib.tāquam sit tactus contra legē.l. non du

non dubium.C.de legib.& quia consuetudo vtitur verbo non potest, quod negat potentiam.c.j.de caus.pos.glos.in cap.j.de reg.iur.in vj.hoc plenè scribit domi. And. Tiraquel.in tract.de legib.connubialib.in glos.ij.*ne peut*.vbi etiam dicit induci formam, cuius transgressio actum inutilem reddit.l.cum hi.§.si prætor.ff.de transact.igitur hic contractus petetur declarari nullus & rescindi,quatenus de facto processit, vt superius dixi, & ille consensus cùm videbitur non adesse,non probabitur:vt per doct.in l.sciendum.ff.de verborum obligat.

Quelconques.

GLOSSA VIII.

Generalitas interdū restringitur. 1 IN quibuscunque actibus habebit locum, in quibus agetur de dolo,violentia, & aliis hic positis, vt sequitur, & ista dictio *quelconques*, id est quicunque, est generalis, vt scripsi in l.si cui.ff.de verb.sig.& ista generalis restringitur per verba præcedentia,*és cas cy apres declarés*, ergo in aliis casibus non vultvt hæc ordinatio locum habeat.

Testamēta & aresta an intra decem annos retractari debeant. 2 Quid in testamentis, docui in l.verba contraxerunt.de verborum significat.ff.vbi licet sub nomine contractus non comprehendatur testamentum, tamen sub nomine actus sic,vt in §.sed neque.de testa.in institut.& ideo si dolo quis induxerit testantem ad faciendum testamentum intra decem annos, illius debet peti (quatenus de facto processit) testamenti rescisio per istum tex.& sic comprehenditur is,qui dolo aliquem instituí fecerit, vt in rubric.ff.& C.si quis aliquem testar.prohibuer.

Aresta intra quod rē pus rescindi possint. 3 Quæro quid in aresto dolo partis habito, etiam dixi intra decem annos posse retractari per literas ciuiles: in tract.de lite.ciuil.in glos.ij.in vj.q.per istum text.loquentem de actu generaliter, & sic de quolibet, & qui omnia dicit,nihil excludit.l. Iulianus.ff.de legat.iij.& capitul.solitæ.de maiorita.& obedien.

Fondez sur dol.

GLOSSA IX.

Dolus probari debet, & quomodo. PONDERANDA est ista qualitas, & sequentes. Nam si con- 1 tractus vel alius actus non fundetur super dolo, vel aliis, quæ sequuntur,rescindi post decem annos(prout de iure)poterit,quia hîc non comprehenditur. Nam qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.l.in delictis §.j.ff.de noxalib.& quanuis hîc non faciat mentionem mali,sed doli tantùm, tamen intelligitur ratione materiæ de dolo malo, vt in l.j.ff.de dol.except.qui dolus malus est machinatio studiosa ad decipiendum, fallendúmque alterum adhibita.l.j.ff.de dolo.an excludat culpam vide Bart.in l.quod Neruá.ff.depositi.

Sed quomodo probabitur dolus, respond.ex perspicuis indiciis.l.dolum 2 C.de dolo.scripsi in l.latæ culpæ.ff.de verborum significat.sed si dolum non

Universidad de Deusto
Biblioteca

posit pars probare, sufficiet re ipsa probari, id est sufficiet deceptio. Nam res hoc probabit per l. si quis cùm aliter. ff. de verb. oblig. & ibi plenè doct. allegatur ergo dolus in libello, & probatur posteà deceptio, ex ipsa deceptione probabitur dolus, vt d. l. si quis. facit glos. in l. seruitutes. in magna. ff. de seruit. etiam quia sola deceptio sufficit vt hic exprimitur.

Fundatus super dolo contractus quomodo intelligatur.

Quæro quomodo intelligi hæc verba debeant, *fondez sur dol, fraude* &c. 3
respon. oportet dolum fuisse fundamentum contractus, & alia in hoc text. posita, ob id debent partes intentionem suam super illo dolo fundare, & dicere se dolo partis inductas ad contrahendum, ideo siue dicatur dolum dedisse causam contractui, siue incidisse in contractum, semper contractus ille comprehenditur hîc: quia fundatur & qualificatur dolo. l. & eleganter. ff. de dolo. dixi suprà in præfatio.

Inutilis cõtractus quã do post decem annos rescindi possit.

Et sic non habebit locum, quando contractus diceretur inutilis extra do- 4
lum vel violentiam, & casus hic expressos, vtpote si esset factus à furioso, demente pupillo, monacho, prodigo, dormiẽte, & ebrio: his enim casibus contractus dicimus inutiles ratione personæ contrahentis. Et sic poterit post decennium quis petere annullationem contractus, quod est notandum, quia isti contractus non fundantur super dolo, vel circunuentione, vt dicit iste text. nisi pars illas personas circunuenerit, ideo putarem cùm hæc ordinat. requirat dolum, quòd intelligatur de vero dolo, non de præsumpto. l. quod Nerua. vbi Bart. ff. deposit. doct. in c. bona fides. eo. Ias. in l. si quando. in fin. C. vnde vi. qui tamen reipsa probabitur, vt dictum fuit.

Culpa initus contractus quando debeat rescindi.

Nec culpa sufficeret quo ad hunc text. vt si contractus sit culpa alicuius 5
factus, peti rescisio intra decem annos debeat. arg l. in actionibus. ff. de in litem iurand. nisi fuerit culpa in committendo, quæ dolum saperet: quia tunc grauior est culpa quæ est in faciendo, quàm in omittendo. glos. in l. semel mora. ff. sol. mat. l. semper. §. in hoc. vbi glos. quod vi aut clam. abundè scripsi in l. diuus. ff. ad senatusconsul. Sylla. vel culpa latissima. de qua Bart. in l. quod Nerua. ff. deposit.

Dolo initus contractus, intra decem annos potest rescindi, vltra non.

Et quanuis de iure intra triginta annos agere quis possit, vt actus dolo fa- 6
ctus rescindatur, quia doli actio est personalis. §. præterea. de actio. in instit. & actiones personales præscribuntur triginta annis tantùm. l. ij. C. de constitut. pec. l. omnes. de præscript. xxx. annorum. l. j. de annal. exceptio. Bartol. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. plenè Ioan. Balb. in tract. de præscrip. in iiij. parte iiij. partis. q. j. sed hîc ad decem annos ius restringitur, in casibus in hoc articulo comprehensis.

Praxis petentis rescissionem.

Ideo minor, prodigus, & alij qui post decem annos literas impetrant, ca- 7
uere debent ne exprimat se contraxisse, & dolo tantùm partis inductos fuisse, sed debent dicere quòd ex fragilitate sensus vel ætatis hoc fecerunt, vt in l. j. ff. de minorib. Et hodie in minoribus est statutum, vt in rub. de restit. & releua. & si impetrans literas non adiiciat dolum, reus non allegabit ad excludendum minorem, quia non audiretur volens suam allegare turpitudinem. l. iusiurandum quod ex conuentione. in fin. ff. de iureiurand. Si tamen allegetur dolus, sed rescisio fundatur in aliis, videlicet in ætate, furore & aliis hîc non comprehensis, non nocebit, per §. affinitatis. de nupt. in instit.

Fraude

Fraude.

GLOSSA. X.

1 QVANVIS dolo insit fraus, vt docet iurisconsultus in l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. ff. de pact. tamen hic conditor ad maiorem elucidationem expresit & fraudem. Nam fraudis interpretatio semper in iure ciuili nõ ex euentu dunta xat sed ex consilio quoq; desyderatur. l. fraudis. ff. de regul iur. & in praxi vtrunque solet exprimi, etiam circunuentio ad rescindendum contractum, licet sufficeret vnum: & de hac fraude tractant doct. in rub. ff. quæ in fraudem creditor. & per totum tit. in §. item si quis in fraudem. de act. in inst. ibi alia videri poterunt.

Fraus inest dolo, sed tamen exprimi.

Qualis dolus vel fraus requiratur ad contractũ rescindẽdũ.

2 Notandum est, quòd sicũt in metu requiritur talis metus, qui in constantẽ cadat virum, vt in gloss. xij. infrà: ita in dolo, nempe ad hoc vt propter dolũ & fraudem rescindatur cõtractus, requiritur quòd talis dolus & fraus cadat in prudentem virum. Ideo non omnis dolus annullat contractum vt scribit Innocen. in c. cum dilectus. quod metus causa. Bald. in rubri. C. de rescin. vẽ. circa fi. Alex. in l. & eleganter. in. prici. ff. de dolo in add. ad Bartol. & se obtinuisse in hoc leuiorem dolum in bono viro & simplici requiri, quàm in sagaci, astuto & vafro: quia simplex non cogitat dolum. l. j. ff. de dolo.

Fraus apud Græcos pluribus vocatur nominibus.

3 Notandum quòd apud Græcos fraus pluribus exprimi vocabulis solet. Strophas enim dicunt, hystrophes, paralogismos, paragogas, phenacismos, Sophismata, gœtias, paraphoras, sceuorias, teste Cælio, libro sexto, capit. xxx. sed quocunq; vocetur nomine hîc comprehẽdetur, adeò quòd si ad alienandum fraude inductus fuerim, intra decem annos alienationem irritari petã & rescindi per hunc tex. post hoc verò tempus recipi non potero, excludarque fine non recipiendi, vt dicunt practici.

Circonuention.

GLOSSA XI.

Circunuenire quid.

1 CIRCVNVENIRE est propriè per circuitus & ciuilationes decipere, seu insidiis inuoluere: tractum esse verbum à venetoribus dicunt, qui feras laqueis, retibus. & canibus circunuenire solent, & propriè illi circunuenti dicuntur quos grassatores quasi ex insidiis adoriuntur, vt Cæsar docet in comment. cùm vndique si circunueniri animaduertisset. ideo quando aliquis ex insidiis alicuius decipitur, dicitur circunuentus. l. j. in princ. ff. si quis omissa causa test. l. prima, de dolo.

Circunscribere.

2 Circunscribere verò est causam fraudibus, cauillationibúsque in iudicio exornare, vt obtineas, & vincas: vt docet egregius Spieg. per l. exceptiones quæ. in fi. ff. de excep. & idem est in effectu circunuenire, quod circunscribere. l. & elegãter. ff. de dol. l. item si pretio. §. fi. loca. & ideò circunscribere siue in iudicio, siue etiam extra iudiciũ quis dicitur, & l. exceptiones. allegata nõ probat quod dicatur solùm in iudicio, quia ibi dicitur, quòd pro minore cir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunſcripto,datur fideiuſſori exceptio,ſed minor non erat circunſcriptus in iudicio,ſaltem ibi non dicitur.

Vnde ſi quis circunuentus & deceptus fuerit ab aduerſario,ſiue in cõtra ctibus,ſiue in aliis actibus,illum actum reſcindi petere poterit intra decem annos,poſteà reiicietur,licet de iure ante xxx.annos non præſcribatur huic actioni perſonali,per l.omnes.C.de preſcr.trig.vel quadr.ann.

Crainte.

GLOSSA XII.

Metus quid ſit.

METVS eſt inſtantis periculi,vel futuri cauſa mentis trepidatio l.j.ff.quod met.cauſ.vel eſt opinio magni mali impẽdentis Cic. lib.iij.q.Tuſcu.& quæ met.cauſ.geſta ſunt,rata non habet prętor.d.l.j.quęverba poſuit ſpiritusſanctus in ore prętoris,vt dicit bald.in rub.de controuer.inueſtituræ,in fin.refert barb.conſi.liij.illud afferam.nu.10.in j.vol.& Io.Neuiſa.in ſylua nupt.col.xxxiiij.in magno vol.& dicitur metus eò quòd mentem teneat,ſcilicet liberam,ne ea quæ velit agere poſsit.gl.in c.ad audientiam.quod met.cau.& de iure quod metus cauſa geſtũ eſt,nullo tẽpore,vel modo,prętor habebit ratum.l.ſi mulier.ff. eo. quod met.cau.niſi per triginta annos in actione perſonali.gl.ibi & in l.ij.C.de conſtit.pec.Niſi contra tertium poſſeſſorem:tunc enim per decem annos, vt in l.ſivel metu.C.quod met.cauſ.vbi gl.& doct.hîc etiam per decem annos ſiue contra metum inferentem ſiue contra alium,adeò quòd poſt decem annos non poterit amplius agi ratione metus,& imputetur eidẽ cur intra hoc tempus non egit. 1

Iuſtus metus quis dicatur.

Intellige competere reſciſsionem ob contractum metu factũ,quãdo metus eſſet iuſtus,c.ſi iuſtus.de app.& dicitur iuſtus,quãdo eſt probabilis, & nõ vanus,quia tũc non reſcinderetur,cùm vani timoris nulla ſit excuſatio.l. vani.ff.de reg.iu.requiritur ergo metus mortis,vel cruciatus corporis l. interpoſitas.C.de trãſact.l.cõtinet,in fi.ff.quod met.can.c.j.illo tit.&debet metus eſſe talis qui in virum conſtantem cadat,c.cum dilectus.de his quæ vi metúſve cauſ.fiunt.l.metũ.ij.illo tit.ff.&in hoc inſpicienda eſt qualitas perſonarũ, quia ſi aliquis puſillanimus eſt,& leui metu terreri ſoleat,licet non caderet in conſtantẽ virũ,tamen illi ſuccurretur,argu.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu.& habitatio.etiã minor metus in muliere conſyderatur quàm in viro,cap.j.vbi docto.de his quę vi metúsve cauſ.fiunt.glo.cùm locum.de ſponſa. faciunt not.per gloſſ.in l.j.C.vnde vi,Carol.Ruynus conſil.lx.vol.iij. Hippo.ſingul. cccvij.& ſic metus in conſtantiſsimo requiritur,qui in conſtantiſsimum caderet.l.metum autem.ff.quod metus cauſa.quamuis Deci.in regul.in omnibus cauſis.ff.de regulis iuris.dicat ſuperlatiuum pro poſitiuo poni. quod vix inuenitur.† Ideo intelligerem cõſtantiſsimum metum in homine conſtantiſsimo requiri,in alio conſtante non tam magnus,in muliere,fragilis& leuis pro qualitate mulieris.Et ita conciliari poſſunt iura loquentia de conſtantiſsimo & conſtante,& in omnibus iſtis iuſtus dicitur metus, quando ſubeſt cauſa iuſta periculi per metum autem.in principio.vbi bart. ff. quod metus cauſas.& bald.in l.interpoſitas.column.ſecunda.C.de tranſaction.ſic conſu- 2

Conciliãtur iura de conſtantiſsimo viro & conſtante loquẽtia. 3

conſuluit Albert.Brun.in conſilio lxxxij.ſuper difficultate.colum.ſecunda in materia feudal.vbi plus dicit,alienationem factam in tyrannum dici iuſto metu factam allegat Bartol.in l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam. An dicatur iuſtus metus & ſufficiens relinquitur arbitrio iudicis, ex actibus probatis,teſte Innoc.in c.cum dilect.de his quæ vi metúſve cauſ.fiunt. Deci.in c.fi.de appel.iuſtum metum,odium,& aliàs phraſes innumeras ſcripſi in l.iuſta interpretatione.ff.de verb.ſign.

Requiſita in actione quod metus cauſa.

4 Nota igitur quòd ad hoc vt actio quod metus cauſa competat, requiruntur ſequentia.Primò,quòd ille metus adhibitus caderet in conſtantem virum,vt ſuprà dixi.quod eſt verum vt reuocetur per actionem quod metus cauſa:ſed quando eſt alius mtus extra cruciatum corporis,& metũ mortis in aliquo actu,ille actus reſcindetur per officium iudicis.& eadem praxi vtimur.l.prima.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non dat.l.final. §.ſi fœnerator.quod metus cauſa.l.medicus.de var.& extraord.cognition. Bart.in l.metũ.& in dicta l.fina.ff.quod metus cauſa.Barbat. conſilio lx.ſapienter.in primo volumi.vbi pulchrè ſcribit.& ſic metus etiam filiorum attenditur in l.iſti quidem.ff.quod metus cauſa.& conſanguineorum. in cap. ſciant.de elect.in vj.

Metus in traditione attenditur.

5 Secundum requiſitum eſt,quòd metus in contractu intercedat,& in ipſa traditione,alioqui ſi quis ſponte ſolueret poſt metum adhibitum,illa ſolutio ſpontanea purgaret metum,per l.ſecundam.C.de his quæ vi metúſve cauſa fiunt.Imò recipere à ſponte ſoluente etiam ob metus cauſam non eſt maleficium,quia ſpontanea ſolutio purgat omne vitium,nec eſt iſta turpis acquiſitio,ſed liberalis.l.ſi ob turpem.ff.de condi.ob turpem cauſam.Bald. conſilio xxxiij.in primis.in ij.vol.limitat laſ.in ſex caſibus, in d.l.ſi ob turpem.dicens modicam præſumptionem tollere iſtam,vt docet Pan.in c.ad audientiam.circa finem.quod met cau.

6 Tertium eſt,quòd res ſit tradita,vel obligatio ſit facta per metum,tũc poterit agere ad cancellandum dictam promiſsionem, & ſtipulationis inſtrumentum,vel excipere,vt dicta l.metum.§.ſed quod prætor.& §.volẽti. ff.eodem.

7 Quartò, requiritur quòd alius inferat metum iniuſtè,ſecus ſi iuſtè.l.ſi mulier.ff.quod metus cauſa.quia hunc ſibi metum ipſe infert.text.ibi de ſe ergo quæri debet.nec tunc reſcinditur actus,ratione metus,niſi iuſta adfuerit cauſa.

8 Quintò, quod inferens metum ſit potentior eo,cui infertur,aliàs non eſſet veriſimile. l. fina.ff. quod metus cau.vt ſi cuſtos carceris dicat ſe compulſum per captum.l.qui in carcerem.ff.quod metus cauſa.niſi multitudo captorum hoc feciſſet,vt interdum vidi.

9 Sextò,quòd ſit in tali loco,in quo potuit inferri vis,vt in nemore:ſecus, ſi coram principe,vel in ciuitate,d.l.fi.ff.eod.Iſta.declarat Rofred. in tract. libellorum in hoc tit.quæ omnia reaſſumpſit Vital.de Camb.in clauſula, non vi:verſi.reſtat videre.in ſua clauſula tract.

10 Vltimò requiritur,quòd reſtituens res metu habitas caueat & repromittat de dolo,videlicet quòd nil doli mali adhibuit in illis rebus, quas reſtituit.& hoc probatur in l.metum autem.§.ex hoc edicto.ff. quod met. cau.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actus in dubio spontaneus præsumitur: nisi in interdicto recuperandæ.

Notandum est quòd contractus & alius actus in dubio præsumitur spon- 11
te factus, per l. secundam. C. de his quæ vt metús ve causa. alioqui præsume-
tetur delictum, contra l. meritò. ff. pro socio. Innocen. & alij in cap. causam
matrimonij. de offi. deleg. ideo qui illum allegat, debet probare. l. quoties.
§. qui dolo. ff. de prob.

Fallit in agente interdicto recuperandæ ad suum beneficium, contra 12
quem si obiiciatur spontaneæ renunciationis exceptio, non obstabit: quia
talis renunciatio præsumitur facta metu nulla enim ratio verisimile hoc
reddit, vt quisquam beneficium multis fortè expensis, & laboribus acquisi-
tum, quo sustentari debet, facilè sine magna causa sua spontè resignet. cap.
super hoc, de renunciat. Alciatus in tract. præsumpt. regu. iij. in septima pre
sumpt. fol. 352.

Rescinditur contractus non obstante iuramento.

Et in istis iuramentum etiam non obstabit, quia etiam præsumitur metu 13
extortum: vt docet Innocen. in dicto capitu. super hoc. in fin. vbi Panormi.
& alij & in capitul. verum. de iureiurand. & ideo habita dispensatione pete-
re non obstante iuramento poterit, sed non ante dispensationem, quia iura
mentum valet, in c. ad aures. eod. tit.

Metus quomodo probetur.

Quomodo metus probari potest? Respon. ex indiciis & præsumptioni- 14
bus. Bartol. in l. si ob turpem. ff. de condictio. ob turpem causam. Anch. con-
silio ccxcix. visa. & consilio cccex. ponderata. ratio est, quia metus commu-
niter solet clam inferri, vnde leuior sufficit probatio. arg. cap. fin. de test. co-
gen. Alexand. consilio clvj. viso processu. in quinto volu. & consilio xlviij. in
tertio volumi. & Corn. consilio xlj. col. tertia, in secundo vol. ac per duos te-
stes. Bald. in l. nostram. C. de testamen. Iaſ. in l. interpositas. C. de transaction.
& hoc totum iudicis arbitrio relinquitur. Bald. in l. si quis in hoc genus. C.
de episc. & cler. Barto. & alij in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de no. oper. nun-
ciatio. per l. iiij. ff. ex quibus causis maior. vbi huius rei inquisitio iudicis est.

Quibus testibus de metu deponentibus plus credatur.

† Et plus creditur duobus de metu deponentibus quam centum de libera 15
voluntate, quia de sensu corporis illi deponunt, vt pote quia minas vel ver-
bera viderunt vel audiverunt, hi de libera voluntate deponunt de voluntа-
te, quæ est secreta. Bal. in consilio schismatis. & Dec. in reg. in omnibus cau-
sis. in fi. ff. de regu. iuris. Panorm. in cap. j. quod met. causa. Contractus ergo
metu factus debet peti rescindi intra decem annos, & posteà quis non au-
dietur etiam per officium iudicis, vt alibi dico.

Quomodo annulletur permutatio beneficij & resignatio.

Non tamen impetrantur literæ Regiæ ad annullandum resignationem 16
beneficij, per mutationem, aut alium actum ecclesiasticum, sed procedi iu-
ris ordine seruato debet, vt scripsi in tract. de pacifi. possess. nu. 157. & de resi-
gnatione facta ad præceptum Regis, an metu censeatur facta, & an possit
rescindi, vel sit ipso iure nulla, plenè scribit Dec. consilio cxix. viso puncto.
& scripsi in praxi benefic. in iij. parte. & casus in quibus gestum metu ipso
iure non valet, scribit gl. & doct. in c. Abbas. quod met. cau.

Duplex sententia an debeat intervenire.

Aduertere debet aduocatus quòd & si de iure duę ferātur sentētię in hac 17
actione metus, in j. condemnatur reus ad rei restitutionē. d. §. ex hoc edicto,
& ad fructus perceptos, & percipiendos. l. sed & partus. ff. eod. & si reus non
restituat iussu iudicis, iudex condemnabit illum ad quadruplum. d. l. si cum
exceptione. §. primo. §. hęc autem actio. & per totam legem. ff. eo. Pet. Iac. in
sua practi.

sua practic. eo. tit.

Praxis regi inmetu.

18 Tamen in hoc Regno non vidi duas ferri sententias, sed vnam tantùm, in
qua comprobantur & interinantur literæ Regiæ, & interinando condemna-
tur reus ad rei restitutionem, intra mensem: vel aliud breue tempus facien-
dam, & ad fructus perceptos & percipiendos cum expensis, quia reus si non
restituat, fit ei præceptum. cui si non obedit, aufertur ab eo res manu militari,
& ipse comdemnari solet ad mulctam, iuxta l. qui restituere. ff. de rei vendi-
ca. & nunquam vidi ad quadruplum vel ad istas iuris pœnas condemnari me
tum inferentem, vt scripsi in proœ. ordina. in primo Tomo, per c. fraternitas.
xij. q. ij. sed vim faciens petente Regio procuratore ratione violentiæ solet cō-
demnari ad mulctam fisco applicandam, & quomodo purgetur metus, di-
cam inferius in glo. xx. & seq.

Violence.

GLOSSA XIII.

Violentia multiplex: & de qua intelligatur tex.

1 DE QVA violentia loquatur iste tex. cum sit in iure multiplex,
vt not. gloss. in l. j. & l. extat. ff. quod met. causa. & in l. j. C. illo titul.
gloss. in c. ad audientiam. eo. Iaſ. in l. si quando. C. vnde vi. Primò vo
cant ipsi violentiam compulsiuam, quando quis compulsus est
ad dandum decem, vel ad promittendum, & de ista loqui potest rubri. quod
metus causa. & iste rex. quia si quis compulsus fuerit vendere vel promittere,
agere poterit ad rescisionem illius venditionis, vel promissionis, & si dederit,
poterit petere sibi restitui, & tunc impetratis literis Regiis vt scripsi in proxi-
ma gloss. si autem non dederit si petatur, exceptione vti poterit, etiam sine li-
teris Regiis, quas hoc casu impetrare non debet, imò perpetuò hoc casu exci-
piet. Nam quæ annalia & temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad ex-
cipiendum. l. purè. in fi. ff. de doli excep. c. si autem. & c. plerunque. de reſcri. &
de hoc dixi in proxima superiori gl. Solent tamen quidam practici etiam ex-
cipiendo literas impetrare Regias.

2 Potest etiam intelligi iste text. in violentia expulsiua, nempe si quis me de
domo expellere velit, nisi ei centum promittam, vel vendam fundum ei, vel
locem domum, tunc ille contractus rescindi petetur intra decem annos, siue
fuerit vis armata, siue non armata: vt in rubri. ff. de vi & vi armata. & rubr. vn-
de vi. C. per totum.

Rustico succurritur propter turbationem vēdentem.

3 Item non esset inconueniens etiam intelligere in vi turbatiua. de qua ff. &
C. vti possidet. vnde vidi potentem turbantem rusticū super vna vinea donec
vendidisset ei pratum, quod fuit compulsus rusticus vendere satis iusto pre-
tio, sed post mortem potentis petiit contractum rescindi, tanquam ex violen
tia alterius venditum: quanuis non esset vltra dimidiam iusti pretij deceptus,
quia iste tex. indefinitè loquitur de violentia, ergo de quacunque conuenien-
te tex. nam indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de lega. ij. c. vt circa. de electio. in vj. & quia conueniunt verba, & sic dispositio. l. iij. §. toties. ff.
de dam. infect. c. indemnitatibus. §. prædicta. de electio. in vj.

Vis inquietatiua.

4 Idē dicerē in violētia inquietatiua, quæ parit interdictū quod vi aut clā, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff.eo quod vi aut clam.

Vi ablatiua.

Idem putarem in vi ablatiua,quando quis abstulit à me claues domus, vel § aliam rem,agam ad restitutionem illius rei. Et hoc probatur in hac ordinatione dicente *d'autres actes quelconques fondez sur dol, fraude, violence* &c. & de hac loquitur Rub.ff.vi bo.rapt. † Et in hac repetitione non vidi impetrari literas Regias ad rescindendum, quia nihil rescindi oportet, sed res ablata per vim repetitur, quod fieri potetit coram iudice ordinario rei. & quod hic dicitur violentia, Iurisconsulti vocant vim, vt scripsi l liberationis.ff.de verb.sign. & hæc violentia est legibus inimica in cap. Christianus. in fin.xj. quæstione prima. & hinc omnia mala dependent, dependerunt, & in posterum dependebunt, teste Platone de legib. dialog.x. & intra triginta annos res per violentiam amota repeti poterit,imò à violento semper,quia non comprehenditur hîc,vbi non est opus rescisione.

Praxis in vi ablatiua nõ requirit literas Regias.

Ou deception.

GLOSSA XIIII.

Deceptus citra dimidiam non agit.

NON loquitur iste textus, de omni deceptione, ideſt quocunque 1 modo quis deceptus sit, sed requiritur quòd sit vltra dimidiam iusti pretij partem circunscriptus, vt sequitur in text.sequenti. *outre moitié de iuſte prix*, vltra dimidiam iusti pretij. † Et sic si esset decep- 2 tus citra dimidiam, & vellet agere iuxta cautelam gloss. in l. semper in contractibus.ff.de regu.iu.per quam dicunt docto.quòd deceptus etiam citra dimidiam potest agere contra decipientem, vt suppleat iustum pretium, vel vt restituat rem restituto pretio, ponendo quod emptor est bonus vir,& bono viro non licet aliquem decipere, & interrogatus ille emptor an sit bonus vir, nunquam aliud diceret, & sic capietur. certè dixi istam cautelam nihil valere,tum quia isti positioni non tenebitur respondere venditor,quia est captiosa per glo.in c.si post præstitum. de confessis. in vj.Ias.in l.pen.C. de pact.

Cautela gl. l.semper in cõtractibus reprobata.

Ferrar. in cautel.iiij.reg. in fin. & Petr.Gerard.fin.xxij.Ias.in § sed istæ. numero 115.de act.in inst.Tum etiam si confiteretur se bonum virum, adhuc iudex non cogeret emptorem supplere iustum pretium, vel rem restituere, quia pro hoc non competit remedium de iure. ergo iudex non supplebit. Adhæc quia potest esse, quòd aliquis rem emit satis vili pretio, & tamen est vir bonus,nec in hoc decepit alium,quia ipse plus aliis obtulit,& sic non concluderetur, quòd ipse emptor deceperit illum,sed venditor se decepit, quia & aliis daturus erat simili, imò minori pretio, & vterque sciebat rei pretium, & id temporis plus non vendebatur.

Nec refragatur quod bonus vir non debet decipere aliquem, verum est 3 ex animo, & cum dolo, sed si rem emendo decipiatur venditor, non tenetur emptor, quia tantùm valet res, quantum vendi potest.l.si seruus.ff.de condi. fur. & homini scienti conditionem rei.l.mortis causa capimus.in fin.vbi gloss. ff. de donatio. caus. mortis. vnde si quis emerit à venditore sagace & astuto. potest etiam in conscientia rem retinere, etiamsi pretium sit iniustum, quod etiam supplere non tenetur, vt docet Antoni.Butri. in capitul. quia plerique. de im

de immunita.eccles.Petr.de Ancha.in reg.peccatum.de regu.iur.in vj.refert, & sequitur Pantha.Calder.in repetitio.l.ij.col.xxxviij.versi.septimo. & bene est notandum.C.de rescind. venditio.

D'outre moitié de iuſte prix,

GLOSSA XV.

Media pars iusti pretii quæ dicatur, & quid iustum pretium.

1 MEDIA iusti pretij pars dicitur, si res valeat decem, & vendatur quinque, vel quindecim.gloss.& doct.in d.l.ij. licet quidam (& malè) intelligant dimidiam, quando res valet decem, & venditur viginti, quia tunc non est media iusti pretij, sed est duplum, de quo non loquuntur hæc iura.bene fateor,quòd etiam competeret remedium hoc si res esset vendita, venditor vel emptor esset vltra duplum deceptus,vel ad duplum,sed non requiritur tanta deceptio vt deceptus agat, sed quod vltra dimidium sit deceptus,vt hîc. Nam si res valebant decem, & fuit vendita quatuor, erit venditor deceptus vltra mediã iusti pretij: vel si fuerit vẽdita sexdecim,erit emptor deceptus vltra dimidi ãiusti pretij, quæ deceptio etiam vtriusque partis attenditur vt inferius plenè explicabitur: & iustum pretium dicitur verũ,vt abundè explicui in l.iusta interpretatione. ff.de verborum significa.

Resoluta emptione resolutum est omne onus impositum ab emptore rei vẽditæ.

2 Nota perpetuò quòd quando res vendita restituitur mediante iudicio,& ex iudicij necessitate,tunc si emptor illam obligauerat,resoluetur ius hypothecæ,& obligationis,per l.lex vectigali.ff.de pignoribus. Bal.in d.l.ij.colum na ix.versicu.iuxta hoc quæritur.& ibi Salicet. & Alexand.in l.si res.ff.quib. mod.pignu.vel hypoth.sol.in additio.ad Bartol.vbi Barto.tenet non esse resolutum, quod intellige quando solâ voluntate emptor restitueret, secus si ex iudicij necessitate,quod in inuitum redditur.l.inter stipulantem.§.j.ff. de verborum obligationib. Nec dicitur sola voluntate restitui, licet possit supplere iustum pretium:quia fortè non habet pecuniam,ex qua supplere possit,& sic quodammodo inuitus restituit.Anto.Negusant in tract.de pignor. & hypothecis.in v. parte nu.43.primi membri, quod est notandum,quia vidi dubitari super seruitute imposita ab emptore,qui posteà rem restituit, & sic seruitus fuit resoluta.

Regula de rescindẽda venditione nõ iusti pretii cum ampliationibus & limitationibus.

3 Si velis intelligere quòd remedium l. secundæ competat,breui facias regulam istam,videlicet quod venditor deceptus vltra dimidiam iusti pretij, potest agere,vel vt iustum suppleatur pretium,vel vt res vendita restituatur. c.cum delicti.& c.cum causa.de empt.io.l.ij.C.de rescind. vẽdi.& si elegerit, vt pretiũ suppleat,iustũ pretium supplere tenetur, quatenus res iustè valet. Pau.& alij in d.l.ij.& si is qui eligit supplere iustũ pretiũ interim petat, vt sibi liceat scindere ligna,ex quibus posset supplere pretiũ,nõ debet ei cõcedi, sed fuit denegatũ anno 1515. die vero xiiij.Iunij in magna camera,quia si emptor non posset supplere pretium,venditor esset in damno,ob id prohibitio nem melius est faciendam esse, & suppletionẽ ante rei destructionem vel diminutionem.sic habetur in stylo parla.aresto cclxxiij.per Aufrer.

Arestum.

4 Primò, procedit etiam in emptore.glo.in d.cap.cum dilecti. & d.l.ij. cum eadem ratio in vtroque versetur,& dispositum in vno correlatiuorũ, etiam

In emptore procedit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in alio habet locum.l.fina.C. de indict. viduit.tollen.l.j. & ij. de cupress.libro vndecimo.

In locatione habet locum remedium l.ii.de resc.vend.

Secundò, in contractu locationis,text.in l. si ea pactione,iuncta gloss.C.de vsur. de consuetudine non datur pro locatione ad modicum tempus, secundum Masuer.in rubr. de emt.versicul. item pro re mobili, licet Anton. teneat contrà,in d.c.cùm dilecti.& si hoc à Rege concederetur agi posset. Sed praxis recepit Masuer. sententiam. & ego nunquam vidi agi pro locatione facta ad triennium, vt huius legis remedio rescinderetur prætextu læsionis, etiam vltra dimidiam iusti pretij, nec in alia locatione vsque ad nouem: si verò excedat dicitur ad longum tempus, rubr.C.de lon. temp. præscr. & habet locum huius legis remedium,vt scripsi in compendio alien.rer.eccles. 5

In cõtractibus bonæ fidei remedium l.ii.procedit.

Tertiò, procedit etiam in omnibus contractibus bonæ fidei ex bono & æquo. & propter eandem rationem.gloss.& doct.in l.ij.C. de rescinden. vendi.l in contractibus. ex quibus caus.maio.l. maioribus. communia vtriusque iudicij, Bart. in l.item si in precio.in fin.ff. locat.Guido sing.ccccccxxxvj. lex ij. Romanus consilio cccxxiij. pro pleniori. colum.j. quod intelligerem verum in his quibus potest conuenire,vtpote in contractu locationis, permutationis, vel aliis quibusdam,secus si non possit conuenire, vt commodo tibi librum, nescio videre quomodo quis potest esse deceptus vltra dimidiam vt eidem hoc remedio succurratur,idé in deposito, & super his consydera quando possit conuenire,vel non,quanuis & in his Panta.Cald.in repetit.d.l.ij.colum. vj.dicat etiam hoc remedium dari. 6

In cõtractu do vt facias

Quartò,in contractu do vt facias.l,si olei.C.loc. & etiam in aliis contractibus innominatis,vt si tibi dederim domum,vt mihi des vestem.quæ non erat decem aureorum,& domus erat valoris centum aureorum,& vltrà, tunc hoc agam remedio,vt hic contractus rescindatur per hoc remedium. 7

In cõtractibus stricti iuris.

Quintò, in aliis contractibus stricti iuris.l si quis cùm aliter. ff. de verbo. oblig.sed hi post solutionem differunt à contractibus bonæ fidei:quia in illis datur facta traditione læso cõdictio indebiti, vel actio in factum,seu de dolo, vel condictio incerti, licet in contractibus bonæ fidei detur actio ex illo contractu facta traditione in vtrisque etiam ante traditionem doli exceptio competit.Bar.& alij in d.l.ij.& l.siquis cùm aliter.quia iudex non debet aliter formare sententiam, quàm sit forma contractus stricti iuris Bal. in d.l.ij.in j.col. vij.oppos.sed eadem est praxis ferè quo ad rescissionem perendam. 8

In permutatione an decepto succurratur.

Sextò, in permutatione, vt asserit Petr Iaco. in sua practica rubri.de act.ex vend.fol.96. & Dec. consil.ccx. viso puncto.tum quia est similis emptioni in l.fin.in prin.ff. quib.ex caus. in poss.eat. & l.permutationem.C.de rer. permut. & in l.fin.ff. illo titu. † Nisi in permutatione beneficiorum, quæ non rescinditur ob deceptionem vltra dimidiam iusti pretij, vt abundè scribit Dec.in d.consilio ccx.in primo dubio.& Probus in addi.ad Ioan.Monach in c.fin.de renun.in vj. quia non habet titulum à parte sed à superiore. Ancha & Imol. in d.c.cùm causa. nisi pars dolo decepisset partem, asserendo maiorem valorem beneficij.per c.cùm vniuersorum.de rer.permut.Ant.de burgos in capit. cùm causa.col.penul.qui allegat Panor.in c.ex parte.de restitut.spol. & tunc agi poterit. 9 10

Permutatio beneficii an rescindatur.

In feudo an procedat remedium l. ii. de resc. vend.

Septimò,procedit in feudo dato pro pecunia.cap.ad nostram. de rebus eccles.non 11

cle.non alienan.& ibi glos.Barba.& alij.secus si fuerit concessum pro seruitiis, vt solet communiter fieri: quia cùm illa seruitia sint inæstimabilia pro domini salute.l.si pater.in fi.ff.de donat.in l.seruorum.ff.de pœnis. Ideo non censetur dominus læsus, qui recipit vel recipiet seruitium pro feudo, teste Specul.in tit.de empt.§.nunc dicendum.verfic.sed nunquid.& Albert.Brunus consil.xlj.col.viij.& seq.in materia feudali, & Ant.de Burgos in c.cum causa.col.v.de empt.& vend.

In emphyteosi.

12 Octauò, extende etiam in emphyteosi, in qua quis est deceptus vltra dimidiam iusti pretij habito respectu ad valorẽ iuris emphyteotici, tum quòd hic cõtractus similis sit locationi.§.adeò.instit.de loca.& conduc.tum quòd bonum sit argumentum de feudo ad emphyteosim.Bald.Salic.& Paul.in dicta l.ij. Secus, si sit deceptus habito respectu ad verum valorem vltra dimidiam, tunc non habet locum hoc remedium: quia non fit super directo dominio hic contractus,sed super vtili.Ias.in l.j.col.vj.nu.75.C.de iure emphyteo.do. Ioannes Samson in ordinat. Turo.artic.xxij.per glos.in l.excepto.in verb.fructus.C.locat.Bened.in verb.& vxorem.nu.982.cum seq.c. Raynut. de testa. Ego tamen non vidi frequenter super rescisione istius contractus agi,nisi ab ecclesia.

De re in dotem data.

Æstimatio dotis facta vltra dimidiã iusti pretii, quomodo rescindatur.

13 Nonò,in æstimatione rei datæ in dotem facta vltra dimidiam.l.si circunscriptam.C.sol.matri.l.iure.& l.si res ff.de iure dor.quia hic contractus est similis venditioni.l.j.§.si seruum.ff.depos.it.vbi dicit quòd idem ius haberi debet in eo,quod est simile.Bartol.in disputatione incipien.mulier habens amplum patrimonium.ego tamen non vidi in hoc agi.nam apud Parisien.quia multi amplam promittunt dotem, etiam æstimare solent res, quas tradunt quomodo volunt, & aliquando vltra dimidiam, vt possint dotem promissam persoluere:& quia ita conuenitur inter partes, ideo agi non solet. Nam ob dolum non rescinditur matrimonium: quia omnia ferè rescinderentur, glos.in l.à diuo Pio.ff.de ritu nupt. Ideo tu qui vis vxorem ducere,caue tibi, ne dolis aliorum illaqueeris,vt fit frequentius.

Deceptus in minimo vltra dimidiã, an petat rescissionem.

14 Decimò, etiam si esset læsus in quocunque minimo vltra dimidiam,glos. in d.c.cum causa. Ias.in l.ij.col.xiiij.nu.53.C.de iure emphyteo.quia dicta.l. secunda requirit tantùm excessum dimidiæ, & non requirit magnum excessum. Igitur etiam in paruo habebit locum, nec id est paruum inspecta dimidia.

In minore.

15 Vndecimò,etiam procedit in minore,vt patet per glos.& doct.in d.c.cum causa,& si ab vno remedio erit exclusus, ab altero non excluderetur. Panor. & alij in c.cùm dilecti.de emp.nec cessat restitutio ob hoc: quia plenius prouidet.& tunc remedium extraordinarium non cessat per ordinarium,quamuis contrarium teneat glos.in l.j.C.si aduer.fiscum.Bart.& alij in l.in prouinciali.§.j ff.de noui oper.nuncia. Alex.consil.lxxxix.viso puncto.nu.13.in ij. volu.& consil.lij.visis.in iij.volumi. Et ista est communis conclusio doct.in prædictis locis, sicut si res sit vendita cum pacto de retro vendendo ad tres annos.nam elapso triennio poterit hoc agi remedio intra decem annos, vt hic teste Bartolo. Cæpol.in tract.de simula.contract.in ij.præsumpt.primi casus princip.

De contractu facto cum ecclesia.

16 Duodecimò, procedit etiam si contractus esset factus cum ecclesia.nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

læsus contra ecclesiam potest vti hoc remedio. docto c. cùm dilecti. Paul. & alij in dicta l. secunda. Anto. de Burgos in dicto ca. cum causa. colum. 7. ecclesia enim cùm sit cultrix & nutrix iustitiæ, non patitur aliquid cõtra iustitiam fieri. text. in §. primo. de aliena feud. & ecclesia nõ debet plus recipere, quàm res valeat, glo. singul. in cap. ea enim. §. hoc ius. 10. quæstio. 2. in verb. vt plus. Et hoc communiter tenetur, & ipsi etiam ecclesiæ prodest hoc remediũ, doct. in dicto. cap. cum causa de emptio.

Læsus ratione oneris appositi.

Decimotertiò, etiam si fuerit læsus ratione oneris appositi in venditione: 17 quia onus pars rei est, l fundi. ff. de contrahen. emptio. cap. cùm Ioannes. vbi doct. de fide instrumen. cap. in aliquibus. vbi Panormita. secundo nota. de decimis. Laudimia tamen non faciũt excessum, nec computantur ad rescindendum venditionem: quia emptor illa non recipit: & ita fuit decisum in Se

Arestum.

narũ anno 1542. in mense Augusto, in processu do. *de la chapelle*, sed habendo rationem eius precij, quod pars recepit, & si in hoc interueniat læsio vltra dimidiam, agetur hoc remedio: alioqui contrà, vt aliàs scripsi per l. debet. ff. de ædilit. edic. quod arestum fuit posteà in vigilia nostræ domi. Septembris pronunciatum.

Transactio an rescinda tur ratione læsionis.

Decimoquartò, etiam procedit in transactione, in qua siquis est læsus 18 vltra dimidiam considerato dubio euentu litis, hoc remedio vtetur. glosſ. in l. Lucius. §. fina. ff. ad Trebellia. & Bartol. in dicta l. 2. & in dicta l. siquis cùm aliter. Cardin. & Panormi. in dicto cap. cum causa. quia nõ videtur habuisse animum liberandi. l. tres fratres. ff. de pact item facit tex. in l. in summa. ibi si autem euidens calumnia detegitur. ff. de cõditio. indebi. vbi rescinditur transactio ex euidenti calumnia, sed est euidens quando est deceptus vltra dimidia, iuxta d. l. siquis cùm aliter. ff. de verborum obligatio. ergo &c. Item quia errauit, & transactio ad non cogitata non extenditur, l. cum Aquiliana. ff. de transactio. Secus si esset deceptus considerato valore rei vero. & ita potest intelligi opinio contraria, quæ est communis teste Ias. in dicta l. siquis cùm aliter. per text. in l. sub prætextu. C. de transactio. ego tamen vidi comprobari literas, in quibus impetrans dicebat se deceptum vltra dimidiam valoris rei, & ita in forensi iudicio seruatur.

Transactio ne læsus vltra dimidiã quarepotius est restituendus, quàm qui per sententiam.

Nec obstat, quòd transactio & sententia æquiparãtur, l. 2. ff. de iureiuran. 19 & l. 1. C. de condi. indebi. sed siquis sit læsus ex sententia non potest agere, l. sub specie. C. de re iudica. ergo nec ex transactione. Respon. quia à sententia appellare pars potest, secus in transactione. Et ista est æquior, & sic in iudicando & consulẽdo tenenda, teste Fabia. in quæstio. 8. tracta. de emptio. & Calda. in repetitio. l. 2. in 10. exten. Dec. cõsil. 551. planè. colum. 2. & consi. 597. superiori in fine. & eam audiui multis arestis curiæ confirmatam. Et eam approbat Alexan. consi. 89. nume. 13. in secundo volumi. & cons. 118. in septimo volu. & Soci. in tract. fallen. Reg. 436.

Si in instrumento donatur quod plus valet.

Decimoquintò, etiam si in instrumento venditionis diceretur, si plus va- 20 leat, illud dono, quia intelligitur modicum tantùm donare. l. cùm filius. §. pater. ff. de lega. 2. & ibi glosſ. & l. si libertus ita. ff. de oper. liberto. l. hæc adiectio. ff. de verborum & rerum significatio. l. cùm fuerit. de in litem iurand. quia ignorauit verum rei valorem. Ideo non videtur remittere. l. mater. ff. de inofficio. testamen. secus, si in instrumẽto diceretur omne & totum quicquid valet

quid valet, plus remitto. l. si quis donationis. ff. de contrahend. emptio. vel si diceretur sciens valorem rei ex tunc, videtur etiam magnum remittere, quia in genere cogitauit. l. sub prętextu specierum. C. de transactio. Bartol. in d. l. si quis cùm aliter. Boër. in decisio. suis, q. cxlij. alia super. & q. seq. ego tamen dicerem contrarium, quia sunt verba notariorum, & de his clausulis notarius non est rogatus, sed solent poni ex stylo notariorum, etiam ea facilitate qua fuit inductus quis ad vendendum vili pretio, ita ad apponendum illas clausulas. Bartol. in l. fi. §. idem quæsiit. ff. de condictio. indebi. Ideo possunt impetrari literæ Regiæ releuamenti ad rescindendum contractum non obstan. his clausulis, etiam si diceret, sciens valorem rei per prædicta. Et vidi sæpius agi non obstantibus prædictis, & in forensi iudicio obtineri, vide l. Imperatores. ff. de publica. quamuis Bald. consil. iij. in tertio volumi. & Alexand. consil. cxxv. in primo volumi. & consil. xxviij. numero 4. in quinto volumi. & consil. j. & consil. cv. in sexto volu. ac Soci. in tracta. fallen. Reg. cccxxxviij. & consil. xlviij. viso instrumento. col. ij. in quarto volumi. contrarium teneat.

Renunciãs an rescissionem petere possit.

21 Decimosextò, etiam si renunciasset omni legum auxilio, etiam si ille esset sagax & astutus, quia renunciatio ad modicum etiam extenditur, & non vltra dimidiam. Bartol. in dicta l. si quis cùm aliter. in fine. Paul. & alij in dicta l. secunda. & quia notarius ex stylo hoc solet apponere, ac eadem facilitate qua vendit modico precio, renunciat. ob id istis renunciationibus non obstantibus solent literæ Regiæ impetrari & comprobari & interinari. vide Barba. consilio quadragesimosecundo, colum. quinta, in primo volumi. & consil xxj. in quarto volumi. Etiamsi speciatim huius legis beneficio renunciasset, & hoc patet ex prædictis, & quia hoc remedium ex humanitate procedit, d. l. secunda, ibi humanum, & humanior est opinio sequenda: & quia partes de hac enormi læsione non cogitarunt, & si cogitassent, tamen humanum est illis succurri, & senatus Parisiens. istam seruat, quicquid in contrarium disputetur, & concludant doct. dicentes renunciationem specialem admittendam, quod tamen non seruatur.

De contractu facto à procuratore an rescindi possit.

22 Decimoseptimò, etiamsi contractus fuerit factus à procuratore, argu. l. si voluntate. C. de rescinden. venditio. quia ad illicita non videtur constitutus, l. si procurator. ff. de condictio. indebi. & tunc si dominus non possit consequi à procuratore, poterit actionibus cessis hoc remedio agere. Panormita. in dicto cap. cum causa. quamuis contrarium teneat Bartol. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. vbi dicit sufficere, si sit læsus in sexta parte, per l. vnde Nerua. ff. pro soc. quæ non obstat: quia loquitur in arbitratore, qui eligitur vt bonus vir, & non potest etiam lædere in dimidia. glos. in l. semper in contractibus. ff. de regulis iuris. Idem si ratificauerit contractum, & in illa ratificatione vltra dimidiam læsus sit, quia etiam potest hoc remedio vti. Bald. in l. j. per illum text. C. si maior fact. & in forensi iudicio seruatur, quod hoc remedio succurratur, etiam si res sit vendita per procuratorem habentem potestatem vendendi pro precio, quod inuentum esset.

De contractu in re aliena facto.

23 Decimooctauò, etiam procedit, si quis venderet rem alienam sine mandato, prout potest. l. rem alienam. ff. de contrahenda empt. licet non transferat dominium. l. traditio. ff. de contrahenda emptio. Baldus & Caldericus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicta l.secunda. Nam cùm ipse de euictione teneatur, per totum titulum de euictio. nō est mirum, si hoc remedio agere possit, si vltra dimidiam sit deceptus, maximè quando ignorans rem illam esse alienam, eam vēdidit: & tunc is qui eam emit, non potest supplere iustum pretium, sed tenetur rem restituere, quod probatur in sequen. ampliatio.

Suppleri quando non possit iustū pretium.

Quādo res vendita nō exta.ert

24 Decimononò, etiam habet locum, si res vendita non extaret, quia tunc præcisè agam, vt suppleatur iustum pretium. Panormita. in cap. dilecti in fine, de emptio. quia re vna ex debitis alternatiuè perempta remanet obligatio in altera, l.si emptione. §.fin.ff.de contrahen.empt.l. Stichum.de solutio. Francisc.de Crema.singul.lxxxiiij. volo te docere, quod valet ad centum ducatos secundum eum.

Grauatus rem vendere an hoc remedio vtatur.

25 Vigesimò, amplia etiam si venditor grauatus fuisset vendere rem propriam à testatore non adiecto pretio, secus si adiecto pretio: quia tunc voluntatem defuncti exequi tenetur. l.si fideiussor. §. meminisse, & ibi docto. ff. de legatis primo, nisi & testator errasset in pretio, credens illud esse iustum. Bald. in l. Imperator. §. si centum, in fine. ff. de legatis secūdo. Ias. & alij in dict. §. meminisse. quod non est præsumendum, si res erat testatoris: alioqui contrà. l. quisquis. C. de rescin. ven.

Diuisio hæreditatis an ex læsione rescindatur.

26 Vigesimoprimò, etiam procedit in diuisione hæreditatis facta, in qua succurrit vltra dimidiam decepto. l. si maior. C. communi diuidun. & l. maioribus, communia vtriusque iudi. nisi diuisio facta sit per sortem teste Philippo Franc. in rubri. de appella.

Praxis diuisionis rescindendæ.

27 Hodie etiam ex communi vsu curiarum Franciæ, solet deceptus per diuisionem literas impetrare: quibus concludit vt diuisio rescindatur, vel ad æqualitatem reducatur, per dictam l. maioribus, & non attenditur deceptio vltra dimidiam, sed sufficit quòd læsus sit in notabili quantitate, & ita vidi sæpius iudicari. veruntamen si opponatur decretum, minor ab illo decreto appellare debet id temporis, quo ei obiicitur, cùm de nouo perueniat ad notitiam suam.

Cessionarius an habeat hoc remedium.

28 Vigesimosecundò, procedit in cessionario, cui etiā præscribitur decem annis, sicut vero creditori. Bald. in l. per diuersas. quæstio. x. C. mand. & idem Bal. in tracta. statut. in verb. capere. quæstio. ix.

Fideiussores re euicta an liberentur.

29 Vltimò, etiam habet locum si hic venditor dediſſet fideiussores de haben-
do firmum & ratum contractum, qui promiserunt in casu euictionis interesse. Nam si per remedium huius legis euincatur, liberantur fideiussores: vt docet Iacob. in l. prima. C. de fideiussorib. minor. quia resoluto contractu principali, & fideiussorum regulariter censetur resolutus contractus. l. lex vectigali. ff. de pignore. & idem dicerem, si venditor obligasset expresè rem venditam: rescissione eius contractus facta ius reale etiam censebitur extinctum, per l. cùm principalis. & regulā accessorium. ff. de regul. iur. Bart. & alij in l. in diem. ff. de aqua pluuia.

Thesaurus in re empta inuentus nō inducit deceptionem.

30 Primò, limitatur in thesauro, qui applicatur domino soli, quando inuenitur per eum. §. thesauros. institut. de rerum diuisio. & venditor ratione huius thesauri non poterit hoc remedio vti contra emptorem, qui illum inuenit: quia si res fuisset diminuta post emptionem, hoc emptoris periculo cederet. l. prima, & per totum. ff. de pericul. & commod. rei vendi. Et secundum

dum naturam rei est eum pati incommoda, quem sequuntur commoda. l. secundum. ff. de regul. iur. thesaurus enim donum fortunæ creditur. l. si is. §. j. & §. quod si seruus. ff. de acquir. pos. etiam quia venditor non sibi acquisiuisset, nisi dimidiam partem, l. vna. C. de thesaur. lib. x. ergo ob hoc non potest agi tanquam deceptus. hoc firmant Areti. & Claud. Seicel. in d. l. si quis cùm aliter, licet Roma. contrarium consuluerit & obtinuerit, vt ipse asserit ibidem. Tamen primam opinionem sequitur Soci. consil. xlviij. viso instrumento, in ij. col. volu. iiij. hodie non rescinderetur contractus in Francia propter thesaurum inuentum: quia inuentor, si non sit secretus, parum ex inuentione emolumenti habet, cùm fiscus velit totum occupare.

Læsus per sententiam non impetrat rescissionem.

31 Secundò fallit, si quis læsus esset per sententiam. l. Iulianus. ff. de condi. indebi. l. sub specie. C. de re iudic. quia imputatur ei qui non appellauit, posset tamen restitui, si ex instrumentis falsis condemnatus esset impetrando literas in forma requestæ ciuilis, si à Senatu condemnatus esset, vt scripsi in tracta. de lite. ciuilib. seu (vt dicunt) in primo tomo forma supplica. ciuilis impetra per l. diuus. ff. de re iudica. & rubr. C. si ex fal. instru. posset etiam restitui, quando quis fuisset impeditus producere iura sua, & instrumenta. Bartol. in l. prima. C. de sentent. aduers. fisc. latis. libro decimo. Idem, si sententia lata fuerit ob præsumptas probationes, quia nouis apparentibus in contrarium sententia retractabitur. l. si quis adulterij. C. de adulter. Et quando pars confiteretur eam iniustam. Innocen. in ca. quia plerique. de immunita. eccles. & in casibus in quibus sententia non transit in rem iudicatam, quos ponit Hippoly. in l. vna. C. de rapto. virginum. scripsi in secundo notab. l. quod iussit. ff. de re iudic.

Quādo sunt plures res venditæ, rescindi vnius rei emptio an possit.

32 Tertiò, quando plures essent res venditæ vna venditione, & quis esset in vna læsus. nam non poterit agere, si aliæ res suppleāt, iuxta notata in l. si merces. §. vis maior. ff. locat. Ias. per illum textum, in l. scire debemus. de verborum obligatio.

Ex contractu pœnali deceptus, hoc nō vtitur remedio.

33 Quartò, quando læsus esset ex contractu pœnali, quia imputet sibi, cur in pœnam incidit, l. cum pœna. ff. de arbit. Per. de Vbal. in d. l. ij. & Pantal. Calder. ibidem limita. xxvij. vnde si emerim domum centum aureis pacto apposito, quòd nisi soluam illa centum intra annum, promitto centum pro pœna, & sarcire omne id quod intererit: si non soluero, incido in pœnam, quæ soluta licet excedat iusto rei pretio dimidiam, tamen nō succurretur, per istum text. quia sua culpa incidit in pœnam.

Decepto in re mobili non succurritur.

34 Quintò, non procedit in re mobili. glos. & doct. in d. l. ij. & istud seruatur de consuetudine, teste Masuer. in §. item pro re immobili. de emptio. nisi in minore. Nam fuit contractus venditionis factus super mula vel equo rescissus ad vtilitatem domi. *Corbin* consiliarij magni consilij anno 1528. die decima Decemb. in senatu Paris. eò quia id temporis erat minor, & deceptus quando emerat.

Arestum.

35 Item si dolus interuenisset in contractu, sicut in rebus immobilibus, daretur actio de dolo. l. & eleganter. ff. de dolo.

36 Idem in mobilibus preciosis & magni valoris. l. lex quæ tutores. C. de administratione tutorum, facit glos. in verb. tractatu. capitul. tua, de rebus ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clef. non alienand. vbi in pretiosis mobilibus requiritur solennitas, vel si ageretur de venditione vniuersorum mobilium, tunc etiam impetrari solent literæ rescissionis, si deceptus sit in illis vltra dimidiam, & ita scriptum est in consuetud. Bitur. articul. xxxiij. rub. *des iuges, iugemens, rescissions.* & ita iudicatum. *Arestum.* cauit senatus Parisiens. pro domino Daiglure, qui emerat adamantem, & gemmam quatuor mille libris à domi. Petro bine, anno 1510. die vigesima prima Iunij, & emptio fuit rescissa.

Res per subhastationem vendita nõ repetitur per deceptionem.

37 Sextò fallit, nisi res esset vendita per subhastationem, quia tunc vendita præsumitur iusto pretio, glos. in l. j. in verb. magni pretij. ff. de iure fisci. & glos. in l. si minori. C. illo tit. lib. x. text. in l. j. C. de præd. curial. lib. eod. Angel. in l. sciendum, in princip. ff. de verbo. obligat. Soci. in reg. ccccxxxvj. & reg. ccxxvj. in tract. fallen. Barba. consil. lxv. col xiiij. in iiij. volu.

38 Contrarium tenet Bartol. in l. prima. C. de præscript. triginta vel quadraginta annor. per l. si quos. C. de rescindend. venditio. quia non sequitur, est vendita ad præconium & incantam, ergo iusto pretio. & ista est communis sententia quam tradunt iuris interpretes in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcidiam, quæ etiam seruatur in forensi iudicio, vt scripsi in tracta. de præco. & subhasta.

De decreto iudicis.

39 Septimò, derogatur, quando res esset vendita per decretum iudicis, quia tunc cessat præsumptio enormis læsionis, & sic hoc remedium, per text. in l. j. C. de præd. curial. libr. x. & ibi Bart. & in l. si quos de decurio. eo. libr. Angel. Alexand. & Vincen. in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid.

40 Contrarium tenet Panor. in d. cap. cum causa. Roma. & Imol. in d. l. si quis cùm aliter. Alexand. & Iacob. in l. pacta nouissima. C. de pact. per glos. singul. in l. j. C. de fide instrument. & iure hastæ fiscal. lib. x. alias sequeretur, quod l. ij. non haberet locum in re ecclesiæ, quæ etiam cum decreto vendi solet, & decretum prætoris iuri non debet derogare, l. j. ff. de fer. Nec quis debet decipi sub clypeo prætoris, l. j. in fi. C. de his qui veniam æta. impetr. & eadem facilitate, qua est decepta pars, & iudex: ideo hoc decretum operatur, quòd facit præsumere rem venditam iusto pretio: ideo pars decepta tenetur probare læsionem, & non præsumitur dolus ratione iudicis. Posset etiam procedere, quando per maiores iudices decretum esset appositum: secus per minores. Bald. in l. tutores. ff. de confirmand. tuto. & etiam quando cum causæ cognitione esset interpositum, alias esset nullum. l. magis puto. §. si æs alienum. ff. de rebus eorum. Ias. in l. ij. de edendo. Et prima opinio fuit confirmata aresto *Aresta.* senatus Parisiens. anno 1516. in vigilia Pentecostes pro Matthæo Machæo hostiario parlamenti contra magistrum Petrum Danes. idem anno 1539. die vndecima Iulij, contra domi. du Bouchage, qui impetrauerat literas in forma supplicationis ciuilis, dicens se læsum: & non fuit admissus, eò quòd res vendita esset per decretum Senatus. vidi tamen appellari à decreto ab inferioribus iudicibus interposito, & malè interpositum fuisse iudicari: & ista est tutior praxis, vt minor factus maior, si videat se læsum vltra dimidiam in venditione facta per decretum, quòd appellet ab illo decreto cum inde secutis: posteà impetret literas Regias à cancellaria, vt eidem facere hoc permittatur.

Octauò,

41 Octauò, non procedit in datione in solutum iudicis authoritate facta exequentis sententiam, l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. Bartol. in dicta l. j. Bald. in l. ordo. de execu. rei iudica. C. secus in datione in solutum facta sine forma iudicij. Oldrad. consilio xxxvij. ad primam quæstionem, per text. in l. si prædium. C. de euictio. quia etiam quando iudex confirmat contractum, hoc remedium cessat, vt de aliquo operetur confirmatio. Bartol. in l. si quos. C. de decu. libr. x. Paul. in d. l. ij. Soci. in tract. fal. Reg. ccxxvj. in reg. ccccxxxvj. in forensi iudicio vix seruaretur, si hac sententia appellaretur. *De datione in solutum.*

42 Nonò, quando læsus iurasset non venire contra venditionem, non poterit tunc petere illius rescissionem, gloss. & doct. in dicta l. ij. & Anton. de Burgos, & alij in cap. cùm causa. de emptio. Bald. in l quæ sub conditione. §. primo. ff. de conditio. institu. Alexand. consilio xlij. super præmisso. in primo volumi. nume. 16. & sequen. Ias. consil. lxxvj. visis. in fine, volumi. primo. Et ista est communis conclusio, vt firmat Soci. consi. cxxxvj. præstantissime, in fine volumi. primo, & consil. xlviij. viso. in fine. volumi. quarto, & in tracta. fallen. Reg. ccxxvj. vbi tradit xij. limita. vidi tamen impetrari literas Regias, vt habita dispensatione iuramenti posset venire, ne iuramentum sit iniquitatis vinculum: & ita tenet Rota, vt refert Cassand. decisio. vnica. de emptio. & hoc seruatur in Franciæ curiis passim. Quanuis Panormi. consilio lxxj. in hac causa, colum. penulti. dicat absolutionem non debere concedi, in primo volti. sed praxis contrarium seruat. *De contractu iurato.*

43 Decimò, quando ex proprio & non ex alterius facto esset quis læsus, etiam vltra dimidiam, vtpote in hæreditatis aditione, tunc ei non succurretur, si iuris beneficio & inuentario vsus non est, per l. fina. §. primo. C. de iure deliberandi. Bald. de Vbal. in dicta l. secunda. Idem in actu liberationis, nempe si de bitorem meum liberauero, non potero ad rescissionem agere, tam fauore liberationis, argu. l. si intra. ff. de pact. quàm quod ex facto meo proueniat: & quia succurritur minori in hoc, ergo non maiori. l. patri. §. penul. ff. de minorib. & l. ius singulare. de legib. *De hæreditatis aditione.*

44 Vndecimò, non procedit in infirmo vendente rem medico, vel donante durante infirmitate. hoc enim casu datur eidem officium iudicis ad rescindendum venditionem, vel aliam promissionem seu donationem, per l. medicus. ff. de variis & extraordina. cognitio. Panormita. in cap. quia plerique, colum. penulti. de immunita. eccles. Hippoly. in l. lege. §. constitutum. ff. de fisca. & de Ripa in tract. de peste, in paruo volu. fol. 130. & hoc casu fortè posset intra triginta annos agi, cùm hîc non comprehendatur, si medici non probetur dolus. *De contractu medico facto.*

45 Duodecimò non procedit in eo, qui consentit alienationi & venditioni, quia non datur ei hoc remedium, sed tantùm venditori: quia aliud est vendere, aliud consentire. l. aliud. ff. de reg. iur. argu. l. si pater. ff. de manumis. vind. etiam si de pretio participauerit. Bald. in dicta l. ij. quæst. xx. quod potest esse frequens ad vxores, quæ frequenter consentiunt alienationibus factis à maritis, vt solus maritus hoc remedio agere possit, sed ipsa restitui etiam posset ex illo consensu, si esset grauiter læsa. *Cõsentiens alienationi an iuuetur hoc remedio.*

46 Decimotertiò, quando læsio superuenit post contractum. l. habitationum, in princi. ff. de pericu. & commodo rei vendi. & ibi gloss. vnde si fulgu- *Læsio post cõtractum non rescinditur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, vel igne dimidia res sit perempta, non rescindetur ob hoc venditio: quia sicut valor tempore contractus debet inspici, ita & læsio. l. iij. §. diui. ff. de iure fisci. nam si res periret, periculo emptoris periret. l. j. & per totum. ff. de pericu. & commod. rei vendi. & ita asserit Soci. consil. xlviij. viso instrumento, col. ij. in quarto volumi.

Emptor rei incertæ, ratione læsionis nõ patitur rescissionem.

Decimoquartò, non procedit quando emeretur actus fortunæ, siue quid incertum, vtpote iactus retis à piscatore, tunc si nil capiat piscator, non rescindetur contractus, etiamsi vltra triplum pretij, vel etiam si nil consequatur: quia læsio ex natura rei prouenit, cùm dubius vendatur euentus, text. in l. nec emptio. ff. de contrahenda emptio. l. si iactum retis. de actio. empt. & idem in venatione vidi aliquando obseruatum, facit l. ex conducto. §. primo. ff. locar. vbi non succurritur conductori ex damno proueniente ex natura rei. dicunt tamen quidam inspiciendum esse dubium euentum: sed hoc fortè non seruatur in praxi: nam nec hoc casu agitur deceptionis ratione, si dolus non insit. 47

Hæreditatẽ emẽs ea lege vt omnia onera subeat, non restituitur.

Idem dicit Bald. in l. per diuersas. colum. iij. manda. in eo. qui vendit hæreditarem implicitam multis & debitis & creditis, nolens teneri de euictione, tunc etiam non vtetur emptor, vel venditor istius legis beneficio. vide Pantha. Calde. in xxxvj. limita ad istam legem. 48

Deceptus in pignore an rescissionem petat.

Vltimò, non procedit in decepto in pignore constituendo in locum alterius pignoris, vel cautionis, text. singul. in l. si rem. §. omnis. ff. de pignorati. actione. Roma singu. cccclij. ego legi, quia creditor potest agere ad debitum. l. creditor qui non idoneum. ff. si certum peta. Ideo hoc remedio non vtetur, cùm ordinarium habeat remedium. l. in causæ. ff. de minorib. alias limitationes tradunt doct. maximè Anton. de Burgos in dicto cap. cum causa. de empt. & vendi. & Petr. de Vbal. & Panta. Calde. in dicta l. ij. C. de rescind. vendi. sed per superiores omnes aliæ comprehensæ sunt, & istæ tangunt pragmaticos, ob id eas conscripsi. 49

Se prescriront.

GLOSSA XVI.

Sciẽs decepisse an præscribat.

ETIAM cum scientia, quia Rex post decem annos hic denegat suum auxilium, & restitutionẽ, l. prima. C. si aduersus venditionem, vbi minor vigintiquinque annis non restituitur de iure Codicis, quando iurauit: quia Imperator ait neque perfidiæ, neque periurij me authorem futurum sperare tibi debuisses, & ibi gloss. quod prætor suum non tuum tibi denegat auxilium. idem magna gloss. in l. siue apud. C. de transactio. secus si aliis verbis vteretur, de quibus infrà dicetur. & quia pars quæ vili vendidit, vel quæ maioris emit, dum non agit intra decem annos, videtur huic renunciare remedio, & nolle eo vti: ob id altera pars videtur in bona fide esse, quandiu altera non agit: & ideo præscriptio potest currere cum mala fide contra eum cui nondum nata est actio: teste Ioan. Fabr. in l. cùm notissimi. & ibi alij doct. C. de præscrip. triginta annorum. Felin. in rubric. de præscript. scripsi in interpreta. l. vnicæ, in nota. primo, numero 54. C. de senten. quæ pro eo quod interest. 1

Quæro

Impetratio post decẽ annos non valet.

2 Quæro an valeret impetratio post decem annos, si Rex concederet literas rescissionis? Respon. non: quia impetratio contra constitutiones non valet: sicut rescripta contra ius elicita debent ab omnibus iudicibus refutari. l. rescripta. C. de precibus Imperato. offerend. ita & contra ordinationes: nisi diceretur in literis, non obstante ordinatione in contrarium disponẽte, per gl. in l. vltima. C. si contra ius. & ibi plenè doct. & in l. ratas. de rescinden. vendit. Tamen etiam si diceretur non obstante ordinatione, non reciperentur, nec comprobarentur tales literæ ratione ordinationis Regiæ, quæ fuit publicata anno 1389. die decimaquinta mensis Augusti, per quam Rex prohibet aduocatis, partibus, & aliis ne de cætero impetrent literas in præiudicium, & derogationem ordinationum Regiarum. & si impetratæ fuerint, decreuit no illis iudices obtemperent. hoc docet Ioan. Gallus, in quæstio. per aresta, quæstio. cxv. Item fuit publicata, quamuis contrarium teneat Chassa. in consuetudi. Burgund. in gloss. prima, numero 6. rubri. *des fareſtz*, quæ opinio potest de iure procedere, sed nos seruamus, vt non recipiantur literæ nec comprobentur tanquam inciuiles contra iustam ordina.

Praxis iudicum cũ opponitur contra literas post decem annos impetratas. Arestum.

3 Et ideo si pars opponat illas literas post decem annos impetratas, iudex debet partes ex tempore reiicere, & à literis eum excludere: sed si partes ad probandum facta contraria statuar, malè pronũciasse iudicauit Senatus anno 1543. die vigesimaoctaua Iunij, per ordina. Reg. in Rubric. *quels procez ſont dits par eſcrit.* articu. iij. Nam de his quæ constant, statim pronunciare debet, de aliis partes ad probandum inducere, & postquam istud tempus præteriit irreparabile est teste Bald. in cap. plerunque. col. j. de rescrip.

D'oreſenauant.

GLOSSA XVII.

Ad præterita non extenditur hæc ordinatio.

1 IDEST de cætero, & sic non extenditur ad præterita, per glo. in verb. de cætero, in procœ. sexti decretal. & doct. in ca. fin. de constitu. Iaſ. in l. iubemus. col. ij. C. de testib. Curtius in l. causas. de transactio. vnde si tempore huius articuli publicati aliquis non impetrauerit literas rescissionis contractus intra viginti annos, adhæc poterit intra decem annos petere à die publicationis computãdos: & si quis non petat rescissionem intra decem annos etiam de cõtractibus factis post decem annos, non poterit posteà, per glo. & doct. in clem. vna. de testa. & l. de vsuris. vbi Bart. C. de vsur. Feli. & alij in c. fi. de reſcri.

Tant en nos pays couſtumiers que de droit eſcrit.

GLOSSA XVIII.

Ordinationes generales vbique seruari debent.

HAEC verba causa vberioris expresionis & elucidationis ponuntur, non quòd sint valde necessaria. Nam sicut leges omnes ligant subditos. l. leges, vt generales ab omnibus æqualiter in posterum obseruentur. C. de legib. cap. primo, vbi gloss. de constitutionibus. ita & ordinationes, & sic subditos Regis Franciæ leges tenent istæ, siue resideant subditi in patria iuris scripti, siue in patria

Universidad de Deusto
Biblioteca

consuetudinaria, quia omnes Regis sunt subditi, vbicunque morentur in regno suo: & ideo ordinationes generaliter vel indefinitè loquentes, generaliter sunt in regno obseruandæ, nisi ordinatio excipiat, vel differentiam faciat inter patriam iuris scripti, & consuetudinariam, vt sæpius faciunt in rubric. de appellatio. & in aliis multis locis, quos inferiùs videre poterimus per hunc librum ordina.

Par le laps de dix ans.

GLOSSA XIX.

Limitationes quando post decem annos quis ad rescissionem actus agere possit.

COMPLETOS & finitos, quia dictio per, hîc posita denotat temporis continuationem, & perfectionem. l. vrbana §. pernoctare. ff. de verborum significatio. & ibi scripsi, etiam hîc dicitur *par le laps*: ergo oportet quod lapsi decem anni sint. Regula ergo erit quòd petens rescisionem contractus, vel alterius actus ratione doli, fraudis, violentiæ, circunuentionis, & deceptionis vltra dimidiam iusti pretij intra decem annos agere debet: & posteà non audietur: quamuis de iure posit deceptus vltra dimidiam petere rescisionem vsque ad triginta annos, per gloss. & doct. in dicta. l. secunda C. de rescinden. venditio. & in cap. cum causa. de emptio. quia actio personalis ex vendito datur, quæ durat triginta annis, sicut aliæ, l. omnes. & l. sicut. C. de præscript. triginta ann. vt superius fuit dictum. 1

Limitant quidam nisi probetur mala fides, quia malæfidei possessor nunquam præscribit. c. vigilanti, & c. final. de præscriptio. Corne. consil. xvij. circa col. v. & seq. in quarto volu. sed in hoc casu non agens huic renunciare videtur remedio, vt superius in gloss. xvj. scripsi. 2

Secundò, non procedit in tertio, qui rem emit ab isto emptore decipiente. Nam is tertius erit tutus post decem annos cum titulo & bona fide, & sic deceptus agere de iure debebat intra illud tempus: aliàs posteà de iure non audiebatur, nec sibi oberat mala fides authoris, si venditor sciebat alienationem, per text. in authenti. malæfidei. C. de præscript. longi tempo. Ioan. Francisc. in tract. de præscript. in quarta parte quartæ partis quæstio. xxvj. colum. lvj. sed hodie. hîc statuũtur decẽ anni omnibus, siue decepto, siue tertio & omnibus. 3

Tertiò, non procedit hæc ordinatio in actibus in quibus non est dolus, circunuentio, vel metus, vt superius in gloss. quarta dictum fuit. 4

Quartò, in transactione, prout dixi in glo. sexta, suprà eo. 5

Quintò, in rescisione calculi ratione erroris, vt docui in glo. vj. suprà eod. 6

Sextò, in contractibus factis per vxorem sine mariti consensu, vt abundè tractaui suprà in gloss. septima. 7

Septimò, in contractibus factis à furiosis, dementibus, prodigis, minoribus & aliis id genus hominibus, vt concluſi suprà in gloss. nona. 8

Octauò, non procedit in contractu iurato. intellige tamen vt scripsi in glo. nona, & in gloss. xv. suprà. 9

Nonò, vitiatur in resignatione beneficij dolo vel metu facta, vt abundè firmaui in gloss. xij. & xv. superius. 10

Decimò, non procedit in eo qui non est deceptus vltra dimidiam: vt 11 plenè

plenè probaui in gloss. 14. suprà eo.

12 Vndecimò, in contractu facto à valetudinario medico suo: vt in gloss. 15. circa finem dixi.

13 Duodecimò, valeret processus post decem annos, si non opponeretur: quia hîc non annullatur: vt docet Guido Papæ in statuto siquis per literas. in verb. etiam absque violentia. colum. vlti. per text. in clemen. sæpe. in fin. de verbo. significatio. ibi, si tamen in præmissis casibus solennis ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus obseruetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus. Ang. & alij in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. Imol. in c. fin. nume. 27. de præscriptio. Et ideo si post decem annos comprobarentur & interinarentur literæ à iudice, statuto huius ordinationis non expresso, valeret sententia, per l. 1. §. item cùm contra. quæ senten. sine appellatio. rescindan. Bal. & Ange. in l. sequitur. si viam. ff. de vsucapio. hoc expresse docet Guido Papæ in statuto siquis. in verb. etiam absque, in fine. *Processus post decem annos an valeat.*

14 Decimotertiò fallit, si aliquis litem cõtestaretur intra decem annos. tũc enim quia perpetuatio fit ad triginta, vel quadraginta annos poterit prosequi litem intra illud rempus. l. nam & posteà. C. si is qui temporali. ff. de iureiuran. Et ideo si aliquis cœperit litem contestari super contractu per metum facto, & lite contestata mortuus fuerit, poterunt eius hæredes processum intra quadraginta annos prosequi, vt plenè scripsi in tracta. de effectibus litis contestatæ. *Lite contestata post decem annos, prosequitur processus.*

15 Decimoquartò, siquis impetrauerit literas subreptitias, & nullas ante decem annos, & illæ nullæ pronunciatæ fuerint, nunc deceptus vult alias impetrare post decem annos, arbitror hoc fieri posse: quia anni decem elapsi non fuerunt continui, vt requirit ista ordinatio, & sic vbi verba non conueniunt nec dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & quia nõ fuit negligens, & contra negligẽtes non currit præscriptio. c. quia diuersitatem. de concess. præben. gloss. & doct. in c. 2. ibidem. *Post decem annos an secundæ literæ impetrari possunt.*

16 Item per hanc literarum impetrationem & earum comprobationem interrupta est hæc præscriptio. l. cùm notissimi. §. 1. C. de præscrip. triginta anno. & quia hæc decennalis præscriptio succedit in locum præscriptionis triginta annorum. quæ per solam conuentionem interrumpitur, dicto. §. 1. ideo eodem iure regi debet. Bald. in l. superuacuam. C. de tempo. in integ. resti. peten. refert Calca. consi. 75. statuimus. nu. 6. Imò, iudicauit Senatus interruptionem esse per citationem nullam factam coram iudice incompetente, vt docet Aufrer. in stylo Parlamen. aresto 376.

17 Nec refragatur c. dispendia. de rescrip. in 6. vbi annullatis literis omnia annullantur. Respõ. ibi est casus diuersus, nec ibi deciditur an is, qui impetrauit subreptitias literas, possit veras posteà impetrare: ob id non obest. nẽpe doct. in c. cæterum, & in c. ex tenore. & ca. super literis. de rescrip. cõcludunt eum nõ prohiberi impetrare literas veras, qui falsas vel subreptitias, à quibus fuit excluſus, impetrauit: igitur post decem annos impetrabuntur literæ rescissionis verè, siquis reiectus fuerit ab obreptitiis & subreptitiis. *Aresto.* *Non cõputatur tempus non valenti agere.*

18 Decimoquintò, idem si pars decepta promiserit non agere intra decẽ annos, vel durãte vita patris, seu patroni. nam si pater aut pattuus viuat decem

Universidad de Deusto
Biblioteca

annos & vltrà, tamen posteà poterit deceptus literas rescisionis impetrare, cùm durante tempore conuentionali agere non posset, & non valenti agere, non currit præscriptio. l j. in fine. C. de annal. exceptio. & isti decem anni non computabuntur ei, nisi à die, quo agere potuit. l. quarta §. penulti ff. de precatio. facit l. sicut in annos. quibus mod. vsusfruct. amitta. Bald. expresè docet in l. sicut. col. j. C. de præscript. triginta anno. & Ias. in dicta l. nam & posteà. §. si is qui temporali. ff. de iureiurand. & consi. ccxxvj. in præmissa. volu. ij. Iacobi. in l. fi. cõl. vlti. C. de repud. hæredita.

Agi debet intra triennii si actio amplius nõ duret.

Decimosextò, actiones quæ durant vltra decem annos, hîc limitantur, sed illæ quæ non tantum durant, sed per triennium, vt in l. fina. C. de repud. hæredita. vel per aliud breue tempus extinguuntur: quia hæc ordinatio, quæ inducta est ad diminutionem, non operatur augmentum, l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. & sic oportet agere intra illud tempus, intra quod actio breuius durat. not. in insti. de perpe. & temporal. actio. & l. fi. C. de dolo. 19

De iniuria & delictis.

Decimoseptimò, non habet locum, si quis dolo intulerit mihi iniuriam, vel aliud delictum commiserit, vt hoc in text. comprehendatur: quia iste tex. loquitur in contractibus, vel distractibus, & sic non procedit in delictis, maximè in vsu loquendi. l. omnem. vbi doct. ff. de iudic. 20

Annullitas comprehendatur.

Arestum.

Decimooctauò, de nullitate contractus agi potest post decem annos vsque ad triginta, vt nullus contractus declaretur. l. & eleganter. ff. de dolo. glos. in l. sicut. C. de præscript. triginta annorum, & l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex. sic censuit Senatus anno 1534. die decimanona Martij. facit quod scribit Ioan. Francisc. balb. in tracta. de præscriptio. in quarta parte quartæ partis, quæstio. 32. colum. 66. de sententia nulla quanto tempore nulla dici possit. 21

Decimæ post decem annos petuntur.

Decimonono, non procedit in laico, qui se emisse dicit decimas à sacerdote. Nam si sacerdos velit rescisionem post decem annos petere, eidem permittetur ratione incapacitatis laici. c. causam. de præscript. vnde si dolo inductus curatus vendiderit decimas laico, & non egerit ad rescisionem intra decem annos, posteà agere poterit, etiam is qui alienauit: quia hic casus non comprehenditur hic, c. si quis presbyterorum. de reb. eccles. non alienan. 22

Hæredes an post decem annos agere possint.

Vigesimò, non habet locum in hærede ignorante alienationem & læsionem, cui si currit tempus, saltem restitueretur. Bartol. in l. 1. §. si quis autem. ff. de itine. actúque priuato. plenè Ioan. Francisc. balb. in tracta. præscript. in quarta parte quartæ partis, quæstio. 28. & sequen. & ita fuit visum curiæ magnæ Neapol. vt est in decisio. Neapolit. 37. quædam altruda. colum. 2. abundè Tiraquel. in tract. de vtroque retractu, in prima parte. §. 35. gloss. 4. nempe qui in alterius locum succedunt, iustam ignorantiæ causam habere dicuntur. l. qui in alterius. ff. de regul. iuris. facit l. genero. ff. de his qui not. infamia. ita consuluit Alexand. in consilio 138. Lanzelotus. colum. 2. in secundo volumi. inchoata tamen contra defunctum curret contra hæredem. gloss. in l. j. C. si aduersus vsucap. Bartol. in l. fin. in quibus caus. in integrum resti. non est necess. Ias. consil. 226. in præmissa. colum. 2. in secundo volumi. sed vix in hoc regno post decem annos restituetur, vt rigor ordinationis seruetur: & ne quotidie lites oriantur, & suscitentur. 23

Euictionis obligatio an præscribatur.

Vigesimoprimò, non habet locum in euictione, de qua possum agere etiam 24

etiam post x. ann. contra venditorem, si res à me sit euicta, quæ actio non nascitur nisi re euicta. l. qui rem. & l. si post. C. de euict. glos. in l. empt. actio. C. de euic. Panor. consil. xxij. quidam Ioan. col. ij. in ij. vol. & plenè scribit Ioan. Francis. in tract. de præscrip. in v. parte v. partis. q. iij. etiam quia iste tex. loquitur de rescisione contractus vel actus, vt non possit agi ad aliud non prohibet, vt pote ad hanc euictionem.

De contractu simulato.

Vigesimosecundò, in contractu simulato non habebit locum: quia post decem annos, & etiam perpetuò poterit agi, quia nunquam fuit animus obligandi, vt in rub. C. plus valere quod agitur. nec hîc comprehenditur. Bald. in c. si cautio. col. j. de fid. instru. allegat corruptè. sed vult allegare glos. sing. in l. si voluntate. C. de dot. promis. contractus enim simulatus nõ potest dici contractus, sicut dixi in instrumento in tract. de lit. oblig. in glos. ix. verfic. vj. opponitur. plenè Cæp. in tract. de simu. contr. Bal. consil. cccxxij. vtrum. in j. vol. 25

De exceptione non numeratæ pecuniæ.

Vigesimotertiò, non habet locum in exceptione nõ numeratæ pecuniæ, quæ etiam poterit opponi & probari, ac peti instrumentum rescindi post decem ann. Fel. & alij in c. si cautio. de fid. instru. abundè scripsi in tract. de chir. recog. quia non comprehenditur hic casus in hoc text. 26

De capto non valente agere.

Idẽ in minore.

Vigesimoquartò, si iusto fuerit impedimento detentus per decem annos, puta quia fuit captus, & sic nõ potuit agere, quia non valenti agere non currit præscriptio. l. j. C. de ann. except. Bart. in l. senatus. ff. de offic. præsi. Ias. in §. rursus. nu. 24. de act. in instit. Ioan. Francisc. Balb. in tract. præscript. in j. parte sextæ partis, in xxij. casu. Et ideo minor hîc non comprehenditur, vt in l. fi. C. in quibus causis in integ. restit. non est necess. hoc scribit Cornel. consil. xxxv. semper. col. ij. in iij. volu. 27

Solutio fieri debet pendente processu.

Arestum.

Vigesimoquintò, siquis impetrauerit literas rescisionis contractus vel transactionis, non tenetur pars procedere super verificatione literarum, nisi prius facta solutione, & hoc debet iudicari per iudicem, cui literæ diriguntur, quod per modum prouisionis soluat & impleatur contractus, nisi incontinenti appareret contractum rescindendum, vt fuit dictum in hoc senatu anno 1514. die v. Iulij inter Raoul Vernon, & Ioachin Gillier, vt abundantius scripsi in tract. de sen. prouis. & suprà in glos. iiij. 28

Excipit quis perpetuò.

Vigesimosextò, non procedit in exceptione: nam perpetuò excipere quis poterit, vnde si dolo me induxeris ad vendendum, & ego dolo te ad maius pretium dandum, in quo sis deceptus, si agas. ergo perpetuò excipere potero, quia temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, per l. purè §. fi. ff. de dol. excep. doct. in c. plerunque. & c. si autem. de rescrip. Iac. in l. si ex falsis. col. pen. C. de transac. & superius dictum fuit. 29

Cautela Chas. reprobatur.

Vltimò, non valet cautela quam posuit Chas. in consuet. Burgun. in rubr. *des forests.* §. viij. glos. j. circa finẽ, quæ talis est, vt is qui præscripsit, impetret rescriptum continens hanc clausulam, quòd iudex, cui directæ sunt literæ, procedat cum summa æquitate, tunc quia naturalis obligatio nõ est per præscriptionẽ sublata, non poterit opponi exceptio præscriptionis, quæ est iniquum præsidium teste Bal. in l. j. C. de præscrip. xxx. ann. Soc. consil. lxxxvj. consiliis. col. pen. vol. j. & in cõsil. clxvj. in caus. col. pen. in ij. vol. & Fel. in rub. de præscript. col. ij. sed quia per præscriptionem est ius quæsitum præscribenti, quod non potest iudex tollere in vim huius clausulæ: & ideo in praxi non seruа-

Universidad de Deusto
Biblioteca

retur. Alias limitationes quilibet per se colligere poterit ex his maximè quæ in sequentibus dicentur, & in præcedentibus scripta sunt.

Continuels.

GLOSSA XX.

Continuum tempus requiritur, et an interruptum coniungatur.

NON ergo habebit locum, si quis primò possederit per quinque annos, posteà interrumpatur, & demum per alios quinque annos possederit: quia non coniunguntur tempora, cùm hîc dicatur continuos annos, & non dicitur continuum, quod est interruptum, & non se tenet, vt probatur in l. continuus. ff. de verb. obliga. scripsi quando coniungantur tempora in tract. nominatio. q. xj. nu. 7. quia hoc tempus continuum est de forma expressum hîc: ergo si interruptum fit, non coniungetur, quia non est continuum. Bart. in l. fi. §. quoties. ff. de publica. Ias. in l. si idem. ff. de iurisd. omnium iud. Alexand. consil. xxxiiij. in v. volu. abundè scripsi in concorda. Franciæ, in rub. de mandat. §. j. in glos. decem. & Chassa. in consuetud. Burg. in rub. *des iustices.* §. ij. & glos. *par l'espace.* Et quando dicatur continuum, vide quæ scripsi in l. notionem. §. continentes. ff. de verbor. significat. 1

Si tamè aliquis possederit post emptionem factam per sex annos, & postea moriatur relictis filiis impuberibus, qui possideât per quatuor annos, tunc fiet coniunctio, & accessio huius temporis, quia non est interruptio ad excludendum venditorem: itaque post decem annos agere venditor non poterit per l. Pomponius. ff. de acquirend. possess. Ioan. Francisc. Balb. in tractat. de præscriptio. in ij. parte tertiæ partis principal. q. xij. & ego abundè scripsi in tract. de pacific. possessoribus nu. 267. cum seq. 2

A *conter du iour que lesdits contrats, distrats ou autres actes auront esté faits.*

GLOSSA XXI.

Decem anni à quo tempore cõputentur.

HIC declaratur quando tempus computetur, videlicet à die contractus, vel actus facti, si tamen fiat venditio cum pacto de retro vendẽdo ad tres annos, tempus computabitur à die vltima trium annorum, quia tunc contractus est factus, quãdo habet perfectionem. l. rei appellatione. §. opere. ff. de verbo. signifi. l. ij. §. versum. ff. de in rem verso. & suprà dixi in glos. 1

Ideo computatur etiam tempus à die maioris ætatis, quia illud tẽpus subducitur, & sic à die xxv. anno. hi decem anni computantur, vel ab illo die quo consuetudo reputat illum maiorem, vt tantum operetur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero. l filio. ff. de liber. & posthu. Vide tamen quæ dico artic. ij. in tract. de resti. & releuament. glos. v. vbi certum præstituitur tempus agendi, videlicet xxxv. anni, intra quos agere debet minor, & si beneficio ætatis non egerit, habebit decem annos iure maioris, si fortè sit deceptus vltra dimidium iusti pretij, vel alia ex causa maior rescindere posset contractum, poterit & hic maior factus. 2

Quid si hodie fuerit cõtractus factus, sed conuentũ fuit quòd non vtatur eo ante talem diẽ, an ante illum diem computetur tẽpus, videlicet si in mense Ianuario 3

Ianuario sit factus contractus, & dictum fuit quòd hoc anno non tradetur res ei, sed anno futuro, tunc decem anni incipient anno futuro, & non antè, quia non dicitur anteà contractus factus & perfectus, l. j. C. de peric. & com. rei ven. & l. j. & ij. quando liceat ab empt. discedere.

Transactio confirmata per arestũ, an rescinda tur.

4 Item quidam egit ad rescindendum transactionem, quam mecum inierat, dicens se læsum, licet non esset: ego tamen reus eram læsus, licet ignorarem, confirmata est transactio per arestum, postea volo ego reus agere, sciens læsionem, & dicere me læsum ex illa transactione, quã ego defendi. quæritur an possim, & post decem annos, quia volo subducere tempus processus de medio, quid iuris? quæstiones hæ pendent in senatu, eas nunc nõ decido: expectans tempus quo operæpretiũ erit, & quo matura deliberatione senatus decidantur. Itẽ vidi tempus cõputari à die sayſinæ, seu inuestituræ per dominum factæ, & ita censuit senatus in anno ad retrahendum rem venditam per consanguineum, vt docet Aufrer. in styl. parl. arẽsto cccxxxviij. cum domina. *Arestum.*

In text. requisita.

5 Requisita in hoc tex. not. Primũ requirit iste tex. cõtractum, distractũ, vel alium actũ, quia oportet quòd sit id, quod debet rescindi, nã quod nõ est, nõ rescinditur, l. nã & si sub cõditione. §. post defectum. ff. de iniust. & rupt. test.

6 Secundò, requiritur quòd contractus, vel alius actus fundetur super dolo, fraude, metu, violentia seu deceptione vltra dimidiam, alioquì si aliter esset, non comprehenderetur hîc, vt superius dictum fuit.

7 Tertiò, requiritur quòd lapsi fuerint decem anni à die celebrati contractus, antequàm quis conquestus fuerit, ibi *Par le laps.* vel à die quo cessat metus vel aliud impedimentum, vt sequitur in glos. seq.

8 Quartò, requiritur quòd illi decem anni completi fuerint, & sic incœpti non sufficiunt. l. qua ætate. ff. de test. c. cùm in cunctis. in princ. de elect.

9 Quintò, quòd illi decem anni sint continui, vnde interpollati non prosunt. l. iij. ff. de min. dixi superius in glos. præcedenti.

10 Sextò, requiritur quòd decem anni sint elapsi, non solùm à die celebrati contractus, verùm etiam à die quo cessat metus & impedimentum, vt sequitur in glos. seq.

Coram iudice rescisio contractus petatur.

11 Sed quæritur de ista rescisione coram quo iudice peti possit, an coram iudice rei sitæ, an domicilij, & super hoc video tres diuersas sententias. Prima est, quòd debeat tractari coram iudice domicilij & non rei sitæ, per text. in l. quoniam. ibi, eius adire te prouinciæ præsidem, in qua domicilium habent, quos conuenis. C. vbi & apud quem cog. in integ. agit. sit. quia actio ex vendito datur ad rescindendũ. l. ex emp. §. si quis virginẽ. ff. de act. emp. doc. in d. l. ij. & actio ex vẽdito est personalis, ergo corã iudice domicilij intẽdi potest.

12 Secunda, quòd coram iudice rei sitæ, per l. fin. & per totum. C. vbi in rem act. exer. deb. cap. sanè. de for. comp. facit l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procu. alioquì iudex domicilij non posset mandare sententiam executioni, & sic esset elusoria, contra l. si prætor. ff. de iud.

13 Tertia opinio erat, quòd in electione actoris sit, coram quo iudice agere vellet, vel coram iudice domicilij, vel corã iudice rei sitæ. quia quando agitur de contractus rescisione, agitur de actione personali in rem scripta. Ideo illa electio actori remanet, in l. fi. C. vbi in rem act. & l. j. vbi de hære. agit. Bart. in l. forma. ff. de censib. Bald. in l. fi. col. j. & ij. C. de longi temporis præscrip. Inno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudicia rescindens & rescissorium cumulantur.

in c.ex parte.& c.postulasti.de for.compe. Panor.in c.fi.nu.43.ibid. † Et quia 14
causa euitandi circuitum iudicium rescindens & rescissorium cumulantur in
eodem iudicio in Francia, & ex æquitate: vt concludit Guido Papæ in decis.
Delphinal.q.cxliij.an prætendens se læsum.Ioan.Fabr.in §.rursus de actio.in
instit.imò hodie non habemus iudicium rescindens.dicit Gomes.in d.§.rur-
sus.col.iij.verum est separatum à rescissorio, sed adhuc in vtroque concludi-
tur, vt dixi in tract.de restit.& releua.artic.ij.glos.v.& doct.in l.ab hostibus.

Iudex retractus quis sit.

§.sed quod simpliciter.ff.ex quibus caus.maior. † Et quãuis de iure episco- 15
pus esset iudex iudicij præparantis, tamen hodie iudex laicus, cui diriguntur
literæ rescisionis.& qui est iudex iudicij præparati, est iudex iudicij præpa-
rantis.l.ordinarij.C.de rei vendic.vbi Bald.& istam sententiam in retractu

Arestum.

seruandam approbauit senatus anno 1544. die xxiij.Decembr.in pronun-
ciatione natiuitatis. † Sed hodie seruatur prima opinio, vt rescisio fiat co- 16

Arestum.

ram iudice domicilij.vt fuit decisum anno 1544. die Martij decima, quod
est notandum.etiam vltima sententia quo ad electionem non reprobatur, vt
dictum fuit superius.

Et *que la cause de crainte ou violence.*

GLOSSA XXII.

Durãte metu nõ cõputatur tempus.

SVPERIVS dictum fuit hos decem annos computandos à die 1
contractus celebrati & perfecti.quod est verum,quando nullum
fuberat impedimentum, sed quando subest impedimentum iu-
ris vel facti, tunc computatur ab illo die, quo cessat impedimen-
tum per istum text.iuri conformem.

De vxore verberata vtrem venderet, quãdo agatur.

Et sic quandiu durat metus,vel violentia,nunquam præscribitur. Vnde si 2
vxor fuerit verberata per virum, vt venditioni rei suæ cõsentiret,tunc quan-
diu durabit matrimonium,nõ cessat metus, quia iterum verberaretur si age-
ret,ideo à morte viri habet vxor decem annos ad rescindendum contractum.
l.si per impressionem.C.de his quæ vi metúsve causa fiunt.doctor.in l.inter-
positas.C.de transactio. Bartol.in l.penulti.in fin.ff.de cond.ob turp.caus.li-
mitatur per Felin.in c.causam matrimonij.de offic.deleg.& Francisc.in d.l.
interpositas.in fi.

Extra carceres an duret metus.

Item qui metu se in carceribus obligauit ad soluendum decem sub pœna 3
carceris,soluens postea extra carceres præsumitur per metum,quia non præ-
sumitur purgatus metus, quando semper instat.l.pe.ff.quod met.caus.l.qui
neque.§.solutum.de verb.sig.sic consuluit Calca.consil.cxiij. Primò nun-
quid & decis.consil.ccxix.viso puncto.col.iij.

Probare quis debet ex eadem causa metũ interuenisse.

Notandum etiam cẽsent doct.quòd si quis probauit verba, vel metum, 4
debet probare interuenisse ex eadem causa, videlicet vt faceret illum contra-
ctum,de quo agitur, nec sufficeret probare simpliciter verba interuenisse,
vt videtur innuere Innoc.in c.accedens.de conuersio.coniugato.& in c.cùm
locum.vbi etiam Ioan. Andræ.de sponsal.ideo si quis alium in carceres de-
trusit.vt pecuniam ab eo extorqueret,si alium contractum faciat,valet: quia
ob illum contractum non fuit adhibitus metus.l.qui in carcerẽ.ff.quod met.
caus.l.qui à latronibus.de testa.& ista opinio fuit approbata in magno con-
sil.Neapolit.vt habetur in decis.ccxlvj.quidam maritus.

Ista sentẽtia est subtilis & pulchra,sed nõ seruatur in forẽsi iudicio in Frã- 5
cia,

ciæ,quia metus adhibitus in vno actu, præsumitur in aliis durare.d.cap.acce-
dens.nisi fuerit purgatus.l.j.§.quæ onerandæ.ff.quarum rer.actio.non det.l.
metum.magna, quod met.caus.& d.l.si per impressionem.Panor.in c.j.in fi.
quod met.cau.& in c.causam matrimonij.de offic.delegat.

Metus officialis quãdo cessare dicatur.

6 Vnde scribit Cyn.in l.ij.C.de his quæ vi metúsve caus.fiunt.quòd si semel
officialis mihi metum intulit,durabit ille metus,quandiu erit in officio.Bald.
in l.nouissimè.quòd falso tut.author.gestum est.Alexãd.consil.j.in ij.volu.
vbi etiam dicunt paria esse fieri aliquid coactè,vel timore coactionis.& idem
operatur probabilis suspicio tormentorum,quod ipsorum illatio.Dyn.in d.
l.nouissimè.Bald.in d.l.interpositas.C.de transs.& qui soluit nulla coactione
adhibita,sciens tamen se posse cogi,dicitur inuitus soluisse,teste Ioann. And.
in regu.bona fides,in princ.de reg.iur.in vj.refert & sequitur Ias.in l.penulti.
col.fi.ff.de cond.ob turp.cau.Ideo quando probantur verbera iniustè illata,
licet non ex illa causa, tamen ex simili iniusta, quia in alia causa inest timor
adhuc illorum verberum,& in ista causa de qua agitur,timet verberari, sicut
in alia causa, ideo sufficit simplex illa probatio verberum, & ita seruatur in
actu iudiciario,quicquid in contrarium de stricto iure dicatur.

7 Imò fortius dicerem, quòd si pars aduersa vellet probare verbera ex alia
causa interuenisse, non reciperetur, cùm sufficiat metus seu suspicio metus
per suprà dicta, nisi vellet ex alia iusta causa & diuersa interuenisse, vtpote
quia vxor fuerat inuenta in adulterio, & ob id verberata, ista verbera non
probabunt metum in alia causa.

Soluẽs partem spõte an videatur purgare metũ in toto.

8 Et sic spontanea solutio purgat metum.l.ij.C.eo.quid si metu promisi
decem,vel metu vendidi rem,an soluens partem,videatur metus purgatus in
residuo.& breui cõsiderandi sunt sequentes casus. Primus est,quòd si solue-
ro quicquã ratione contractus,vel alterius actus indiuisibilis præcedẽtis,tunc
soluẽdo partem,totum actum & contractum approbare videor, vt si fueris
coactus emere domum meam,si sponte partem pretij solueris,reliquum sol-
uere teneberis:quia totum approbare videris.l.j.ff.de poll.l.cùm eiusdem.ff.
de ædil.edict.quia pars contractus nõ censetur approbari, cùm pars hoc non
dixerit, ideo totum approbasse videtur,cùm non appareat, de qua parte l.j.
C.de fideicommis.& ibi doct.

9 Secundus casus est, si solutio partis pecuniæ respiciat ipsam solam sti-
pulationem pecuniæ,non aliũ contractum,tunc soluendo partem,non videtur
in reliquo purgatus metus,tũ quia non potest præsumi donatio de eo quod
nõ est solutum, quia non videtur quis iactare suum.l.cùm de indebito.in fi.
ff.de prob.& actus agentium non operantur vltra intentionẽ eorum.l.non
omnis.ff.si cert.pet.& quia non censetur de reliquo cogitatum.l.cum aqui-
liana.ff.de transs.& in diuisibilibus vna pars alteram non probat,reg.vtile.de
reg.iur.in vj.l.pecuniæ.de vsur.ff.maximè in eo,qui soluit pro eo,pro quo nõ
tenebatur.& pro hoc est tex.expressus in l.fi.C.ne vxor pro marito. Secus si
teneretur,vt in parte,in d.l.sed Iulianus in fi.ff.ad Maced.& solutio vnius rei
non purgat metum in alia.l.voluntariæ.C.de excus.tut.

10 Non refragatur d.l.sed Iulia.§.fi.ff.ad Mace.vbi si paterfa.cœperit solue-
re partem, vel filiusfa.effectus paterfa.ratum censetur habere totum contra-
ctum,& ideo cessat senatusc on.except.respon.dicunt quidã Iurisc on.ibi nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

exprimere quod habeat ratũ in reſiduo, quod non ſoluit, ſed melius dici poteſt, quod ibi pater approbauit, vel filiusfa. illud ad quod efficaciter & ex æquitate naturali tenebatur, quia res data erat. Sed in caſu metus is qui ſic promiſit, nihil recipiet, ergo ex bono & æquo non tenetur, ob id ſoluendo partem non videtur totum approbare, niſi quatenus ſoluitur, & vbi eſt ſaltem naturaliter debitum ex cauſa non odioſa, ſolutio partis probat aliam partem, vt dicit glo. in d.l. fi. C. ne vxor pro marito.

Soluẽs vni ſponte purgat metum quo ad aliũ.

Tertius caſus, ſpontanea ſolutio facta vni, purgat metum etiam quo ad alterũ. vnde ſi per metũ duobus promiſerim, & vni ſoluam ſponte metus etiã quo ad alterũ cẽſetur eſſe purgatus. argu. l. cui fundus. ff. de cõd. & demonſt. glo. & doc. in l. non dubiũ. C. de teſt. quia inſpicitur ſpontanea ſolutio, & res, non perſona. per d.l. fin. C. quod met. cauſ. ideo ſufficit ſi vni ſolutũ ſit, quanuis Iaſ. hoc cogitandum reliquerit, in l. ſi ob turp. ff. de cond. ob turp. cauſ. 11

Ou autre cauſe legitime, empeſchant de droit ou fait la pourſuite deſdictes reſciſſions, ceſſera.

GLOSSA XXIII.

Duplex impedimentum.

ET SIC duplex eſt impedimentum, iuris videlicet & facti. & dicitur cauſa legitima hic, quia à iure probata, impedimentum iuris eſt, ſi à iure probatum fuerit impedimentum, vt in filiofa. qui ſi non agat intra decem annos viuente patre, poſtea mortuo patre audietur: quia in vita patris agere non potuit patre nolente conſentire: & quia nihil habebat ad agendum, & quia ei erat dedecori inuito patre agere contra eum: ideo filiofam. in omnibus caſibus in quibus habent res, quæ patribus minimè acquiruntur, nullam temporalem exceptionem opponere poſſe ſtatuit Imperator, niſi ex quo mouere actionem potuerunt, ideſt poſt quàm manu paterna, vel eius in cuius poteſtate erant conſtituti, fuerint liberati: quis enim incuſare eos poterit ſi hoc non fecerint? quod ſi maluerunt minimè adimplere, l. obuiante valebunt. l. j. in fi. C. de an. excep. l. in rebus. C. de iur. dot. ibi ea mulieribus ex eo tempore donantur, ex quo poſſunt actiones mouere. & iſta eſt naturalis regula, Vbi non eſt negligentia, ibi non debet eſſe pœna. Bald. in auth. niſi. C. de bon. mat. Iaſ. conſil. cxviij. contra donationem, in fin. vol. iiij. & conſi. cxxxviij. in præſenti. in fi. ibi Bar. in l. ſenatuſconſulto. ff. de offi. præſi. non enim negligentibus ſubuenitur, ſed neceſſitate rerum impeditis. l. non enim. ex quib. cauſ. maio. 1

Excõmunicatio iniuſtè non currit tempus.

Item ſiquis fuerit excommunicatus, eſt iure impeditus agere. c. intellexi-mus. de iud. c. j. vbi doct. de præſcr. & melius in ea quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. ideo non currit tempus ſi iniuſtè, vel ſaltem reſtituetur. Pan. & alij in c. cùm inter. de excep. Aufr. in deciſ. Tholo. quæſt. lxxvj. 2

Idem ſi prætoris copiam non habuit. l. j. in fi. ff. de diuerſ. & temp. præſcriptio. l. j. §. dies. quando appellandum ſit. 3

Præſcriptio non inchoatur contra minore, ſed inchoata perficitur.

Idem iuris eſt in minore, vt non inchoetur præſcriptio in perſona ſua, ſed inchoata perfici poteſt, ſed ipſe reſtituetur. tex. in l. ait prætor. § ſed quod ſimpliciter. vbi gloſſ. & doct. ff. ex quib. cauſ. maio. Aufrer. in deciſ. Thol. q. xcij. l. AEmylius. ff. de minorib. 4

Idem in furioſo, amente, & aliis qui facto valetudinis ſuæ aduerſæ impediuntur, quia iſti pupillis æquiparantur. l. in negotiis. ff. de reg. iur. 5

Impedi

Facti impedimentum quid ſit.

6 Impedimentum verò facti eſt, quando de facto quis experiundi poteſtatem non habet, vt pote quia ab hoſtibus captus ſit, non computantur ei iſti decem anni, niſi ab eo tempore quo reuerſus fuerit. l. j. l. item ei. & l. ſeq. & per totum. ff. ex quib. cau. maio.

7 Idem ſi reip. cauſa abſit. d. l. & per tot. ff. ex quib. cau. maio. niſi affectaquerit. l. item hi. cum l. ſeq. ibid. §. item tria. de excu. tut. in inſt.

8 Idem ſi in vinculis detentus longo tempore fuerit. l. j. & l. ait prætor. ff. ex quib. cau. maio. & l. ſuccurritur. vide quę ſcripſi in l. qui neque. ff. de ver. ſig.

9 Vel ſi tempeſtate in aliquo loco vel regione retineatur, vt neque experiri, neque mandare poſſit. l. j. ff. de diuerſ. & temporal. præſcr. intelligite vt in l. ij. ff. ſiquis cautio.

10 Idem ſi à valetudine impeditur, vt mandare non poſſit, etiam experiundi poteſtatem habere non cenſetur. d. l. prima. de diuerſ. & dicta l. ſecunda. ſi quis cautio. alia impedimenta ſcripſi in glo. concordat. in §. j. in verbo impedimento. rub. de col.

11 Etiam hoc procedit in præſcriptione ſtatutorũ & ordinationum, vt conſuluit Panor. in conſil. xxij. quidam Io. col. ij. in ij. vol. quia ſtatutum vel ordinatio debet intelligi ſecundum iuris interpretationem. l. ij. C. de nox. ca. cùm dilectus. & c. ad audientiam. de cleric. non reſid.

12 Intellige ſiue impediantur de iure, ſiue de facto, ſiue de iure & de facto ſimul, quoniam miſtum in hoc eſt fortius ſimplicibus: ideo comprehenditur. l. certi condictio. §. quoniam. vbi gloſ. & doct. ff. ſi cert. per. doct. in l. ij. de verbor. oblig.

Impedito, ſi poſſit impedimentũ tollere, cur vti præſcriptio.

13 Limitantur prædicta, quãdo ille impeditus potuit remouere impedimentum, tunc currit idem tempus. gl. & doct. in c. quia. de conceſ. præb. per l. qui poteſt facere. ff. de reg. iur. Fel. plenè in c. ex trãſmiſſa. de præſcr. Alex. in l. fi conſtante. §. j. in fi. ff. ſol. ma. & abundè Io. Fran. Bal. in tract. præſcr. in j. parte ſextę partis, in xxij. caſu. vbi alia videri poterunt.

Praxis volentis agere ad contractus vel actus reſciſſionem.

14 In practica notandum eſt, quòd agere volens ad contractus, vel alicuius actus reſciſſionem, debet facere ſequentia.

Primò, literas impetrare debet, in quibus facti veritatem inſerat, & precibus ſuis manifeſtè rem narret principi. l. precibus. C. de impu. poſtquàm conſuluerit peritos, vt ſcripſi in proœ. ord. in j. Tomo.

Abſolutio iuramenti ſine cauſæ cognitione an dari debeat.

15 Secundò, abſolutionem à iuramẽto petere debet ab epiſcopo, vel eius vicario. c. j. vbi doct. de iureiur.

16 Sed cùm hæc petitio abſolutionis à iuramento ſit quædam reſtitutio, nõ eſt admittenda ſine expreſſione cauſæ, nec valet abſolutio ſine cauſa, vt docet Inno. in c. cum inter. de renun. gl. in c. iij. de iureiur. glo. Panor. & alij in ca. non eſt. de voto & vot. redempt.

17 Et ideo requiritur ante conceſſionem ipſius cauſæ cognitio, teſte Inno. in c. ad aures. de his quæ vi metúſve cauſ. fiunt. Fed. conſi. ccc. factum tale eſt, de bitor promiſit. Anch. conſil. cxciiij. prædictis. Fel. plenè in c. eccleſia. col. ix. de conſt. refert Hipp. in l. j. §. præterea. nu. 101. de quæſt. ff.

18 Sed hoc iure nõ vtimur in Francia: nam ſufficit epiſcopo ſeu eius vicario oſtẽdere litteras Regias, & ipſe ſtatim diſpẽſat ſine alia cauſæ cognitione, vel alterius partis vocatione, vt plenè ſcripſi in interpret. l. quòd iuſſit. in fi. ff. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

re iudi. Nam si iudex, qui de literarum veritate cognoscit, videt dispẽsationẽ factam cum falsa causa, impetrantem commodo literarum priuat & reiicit, & in expensis condemnat, & sic illa dispensatio non proderit impetranti, nisi vt nõ sit periurus petẽdo rescisionem, sed ob hoc nõ fiet literarum approbatio.

Tertio literis impetratis debet pars citare aduersarium suum ad viden- 19
dum literas comprobari, seu vt practici dicunt interinari, quia in omni negotio citanda est pars l. de vnoquoque. ff. de re iud.

Petitio & conclusio in literarũ approbatione.

Quartò, actor debet in prima comparitione suas petere literas approba- 20
ri, & solent sic practici dicere. Primò in iudicio rescindenti concludunt sic: *Ie conclus à l'interinement des lettres Royaux, & en enterinant lesdites lettres, que ledit contract soit cassé, rescindé & annullé.* Nunc sequitur iudicium rescissorium: *Et en ce faisant, l'acheteur soit contraint à rendre & restituer ladite maison vendue, & laisser iouyr ledit vendeur comme de sa propre maison, offrant rendre audit defendeur le sort principal, & loyaux coustemens de telle vendition, ou à tout le moins que ledit defendeur soit contraint à supplier audit demandeur le iuste pris de ladite vendition, qui est tel.* Quod pretium declarabit venditor. Ista est communis praxis Franciæ, quæ probatur in d. l. ij. C. de rescin. vendi. alia dico in tract. de excep. q. vltima.

Quintò, videtis in conclusione duo peti, videlicet vt contractus rescinda- 21
tur vel alius actus, & rescisione facta reddatur res, & restituatur. Bald. in d. l. ij. & si reus opponat exceptionem litis finitæ, vel transactionis, & sic ad fines non recipiendi tẽdat, & iudex dicat illum defendere debere literis, si appellet,

Arestum. malè appellatum iudicauit curia in conuentibus iuridicis Molinis habitis anno Dom. 1540. die xvj. Septembris: quia respondere debet pars, & se defende re contra literas: & rationes allegare, cur comprobari non debeant.

Sextò debet offerre actor pretium, quod emptor tradidit cum expensis, & 22
vt dicunt *les loyaux couſts.* l. intra. §. vendentibus. ff. de mino.

Septimò, petit vt saltem iustum suppleatur pretium, quod probatur in d. 23
l. ij. & c. cum causa. de emp. & si pretium suppleatur ex illa pretij parte, laudi-

Arestum. mia debentur, quia est pars pretij: & ita censuit senatus, & isti processus rescis- sionum iudicantur per commissarios ex decreto curiæ, licet ordinatio de his non loquatur.

Octauò, illud declarare venditor debet. Hæc in summa in hoc libello con- 24
tinentur, quæ sunt notanda in praxi, quia multa alia superflua scribunt doct. quæ omitto: quia non seruantur in praxi, ista tamen vidi præcipua, & tanquã pupilla oculi hactenus seruata, ob id ea tibi bone lector offero, quæ si grato animo exceperis, alia tibi præstare tuus me coget bonus genius. De prædictis interim ago & perpetuò agam Deo Opt. Max. & Reginæ cælorum immensas gratias. Amen.

Spes mea Christus.

Ad lectorem tetrastichon.

Qui cupis extemplò varios ediscere iuris
Flores, huc adigas lumina bina citó.
Nil nisi delectum promit siquidem hortulus iste,
Lectori semper munera grata ferens.

TRACTATVS DE MERCATORIBVS & negotiatoribus, & quibus mercari sit prohibitum.

Rubri. Des marchans, & à qui est prohibé marchander.

IN primis dicendum esset hic, qui dicantur mercatores, & qui negotiatores, quíve artifices, ac mechanici, verùm quia tractatui de Mercator. minutatim venden. inferius conuenire maximè vidi: ob id ibidem illa pertractabo, vltimam rubr. partem nunc prosequens videlicet.

Quibus mercari, & negotiari sit prohibitum? Respon. de iure canonico *Mercari à iure quibus est prohibitum.* clericis maximè, in rubri. ne clerici, vel monachi negot. seculari. se immis. & in c. canonum. xiij. q. quarta. & dicit Diuus Hieronymus, negotiatorem clericũ ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge, can. negotiatorem. lxxxviij. distinctio. & c. sequen. ibidem. & Sanctus Paulus ij. ad Timoth. ii. Nemo deo militans implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Et isti mercatores vendendo multoties iniquum petunt, vt æquum ferant (vt adagio dicitur) & per arestum fuit dictum, quòd Archiepiscopus Tholosanus moneret clericos, ne mercaturam exercerent, alioqui *Arestum.* eos non defenderet, vt not. Aufre. in stylo parlamen. aresto clxxxiij. item dictum fui

Secundò, prohibetur nobilibus. l. nobiliores. C. de commer. & mercator. a- *Nobiles & milites negotiari prohibentur.* lioqui amittunt nobilitatem. Barto. in l. prima. C. de digna. lib. xij. & scripsi in dicto tract. de mercator. minutatim venden. quomodo sic amissam possint recuperare.

Tertiò, mercari prohibetur militibus. l. milites. C. locati. & l. j. C. negotiator. ne milit. lib. vij. ne omisso armorum vsu ad negotiationes se conferant. d. l. milites. vbi etiam dicit, Armis autem & non priuatis negotiis occupentur. Sunt autem alij prohibiti, de quibus extat super hoc lex Regia, Ioann. olim Franciæ Regis artic. sexto, vt sequitur.

Iean, Article 6.

Item pource que nous auons ouy & entendu que aucuns de nos officiers marchandent, & font marché de diuerses marchandises.

Articulus primus.

GLOSSA I.

NON est prohibitum mercatori in diuersis rebus negotiari, sed *Mercator in pluribus rebus negotiari potest.* alteri sic: vt hic. & l. legatis seruis. §. si vnus. ff. de lega. iij. vnde mercatori pannorum non est prohibitum, sed laudandum propositum, vt libris cudendis laborem & pretium statuat, vt inferius probabitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parquoy marchandiſe eſt fort empirée, & noſtre peuple greué: ſi auons ordonné par meure deliberation de con ſeil, que nuls de nos officiers.

GLOSSA II.

Officiales Regii negotiari prohibentur.

QVANVIS hîc prohibeat generaliter, vt nullus officium obtinens Regium poſsit mercaturam exercere, & exempla non reſtringant regulam. l. nam quod liquidè. ff. de penu. leg. tamen hîc text. poſteà reſtringit ad eos, qui hîc enumerantur per verbum *c'eſt à ſcauoir*, vbi quos vult enumerat: maximè quia ordinatio eſt odioſa & correctoria: ob id non extendetur per l. cûm quidam. ff. de libe. & poſthum. Alexan. conſil. cxlj. in ſecundo volu. & Paul. Piccus in rep. in l. in quartam. col. xxxviij. ff. ad leg. Falc. vnde officiales Regij parua habentes officia, hîc non comprehenduntur.

C'eſt à ſcauoir gens de noſtre grand conſeil.

GLOSSA III.

Magni conſilii officiales mercari prohibiti.

Gens du Roy nomine, qui veniant.

PROHIBET Rex gentibus magni conſilij ne mercaturam exerceant, & eſt phraſis gallici ſermonis, in quo dicitur, *les gens du Roy*, & communiter in curia intelligimus aduocatos, & procuratorem Regios: *gens du parlement*, præſides & conſiliarios parlamenti: *gens du conſeil*, Conſiliarios magni conſilij, nec non magiſtros libellorum, & Cancellarium. hîc igitur comprehenduntur non ſolùm conſiliarij magni conſilij, verùm etiam aduocati & procuratores Regis in illo conſilio, ſed non alij, qui non ſunt Regis officiales, vt procuratores, aduocati, aut ſolicitatores priuatorum. de hoc conſilio dicitur in titulo, *du grand conſeil* ſuprà, ideo hîc alia non tractabo.

Item hîc præmiſit conſilium magnum parlamentis, quia Regi proximũ: & an curiis parlamentorum ſit præferendum: plenè ſcribit Io. Montagne, in tract. de author. præſtand. ſacri magni conſilij, & ibi Boëri. in addi. ad eum. alibi dixi ſe habere tanquam excedentia & exceſſa.

Gens de parlement & des requeſtes.

GLOSSA IIII.

Gẽs de parlement.

SVB his comprehenduntur præſides, magiſtri libellorum, conſiliarij, Aduocati Regij & procuratores: itidem etiam notarij quatuor ibidem præfecti, cum ſint gentes parlamenti: vnde Claudius tribunuſplebis legem aduerſus ſenatum tulit, ne quis ſenator ſenatoriſve pater maritimam nauim, quæ pluſquàm trecentarum eſſet amphorarum, haberet: eam enim ſatis eſſe ad vectandos fructus ſuos ex agris, nam quæſtus omnis patribus viſus eſt indecorus, vt author eſt Liuius, & refert d. Tiraq. in tract. nobil. c. xxxiij. ſic prohibetur hîc ſenatoribus ne mercaturam exerceant, non tamen hîc comprehenduntur apparitores illius curiæ.

Mercatura parlamẽtis prohibita.

Ou maiſtres

Ou maiſtres de noſtre hoſtel.

GLOSSA V.

Magiſtri hoſpitii Regis mercari prohibiti.

MAGISTRI hoſpitij Regis ſunt prohibiti merces & negotiationes exercere, quia ſatis ſunt occupati circa Regis curam: ob id non debent ſuſcipere aliam curam, videlicet mercaturam: ne dum ad vtrumque feſtinarent, neutrũ bene peragerent. l. fi. C. de aſſeſſor.

Les maiſtres des contes.

GLOSSA VI.

Cõputorum magiſtri ne gotiari prohibẽtur & eorũ officiũ

In quibus ſunt ſupremi magiſtri computoriũ

& à quibus non appelle tur.

Areſtum.

MAGISTRI computorum (quorum officium tractatur in rubric. *de la iuriſdiction des maiſtres des contes*) circa receptorum & theſaurariorum publicorum rationes expungendas, & audiendas verſantur inter fiſcum & officiales nummarios cognoſcentes: ſecus ſi agatur inter theſaurarios & priuatos: nam tunc cognitio ad iudicem regium ordinarium ſpectat, & horum magiſtrorum iuriſdictio ſuprema eſt in definitione computorum, tamen extra lineam computorum (vt dicitur) non ſunt ſupremi iudices, ſed ab illis ad ſenatum appellatur: & illa appellatio deciditur in magna camera, vt centies ab eis vidi appellatum. & hîc cenſuit ſenatus ann. 1384. idem dicens in libellorum magiſtris, vt ab eis ad ſenatum appelletur, teſte Aufrer. in ſtylo Parla. areſto cxliij. Item nota quòd à dominis tamen ad eos appellari non poteſt, ſed ipſi per oppoſitionem vel per citationem cognoſcunt, vt vidi ſæpius obſeruari. Item ſi ab eis erratum fuerit in calculo, reuiſio ſpectat ad cameram conſilij, ſi verò concluſæ fuerint rationes, & aliquis remaneat debitor, commiſsiones ad capiẽdum & ſayſiendum bona illius, expedientur à generalibus iuſtitiæ, vel à camera theſauri, & ſi appellationes ob dictas commiſsiones emittantur, deuoluuntur ad generales, quod ab ipſis emanatum eſt, ſi vectigalia reſpiciãt. Si verò Regis patrimonium, ad cameram patrimonij, quam vulgus *la chambre du domaine* vocat. Et hi computorum magiſtri non cognoſcunt de appellationibus, vnde ſenatus annullauit ſententiam illorũ, quia cognouerant de appellatione ad eos emiſſa ratione decreti de capiendo ab eis concepti anno 1544. die xij. Decembris. & iſta ſeruient ad intellectum dicti tit. & hi vocantur magiſtri, & quare, ibidem ſcribo, & in l. quibus. ff. verb. ſig. vbi dico olim conſiliarios parlamentorum vocari ſolitos magiſtros, vt eſt in libris curiæ ſcriptum.

Areſtum.

Threſauriers, receueurs, collecteurs.

GLOSSA VII.

Quæſtores mercaturã non exerceant.

Iudices vectigalium mercari prohibẽtur.

ITRES ferè in idem conueniunt. Apud Romanos lex Clodia quæſtorum etiã ſcribas negotiationes exercere prohibebat. Vnde Sueto. Domitianum quoſdã quæſtores negotiãtes venia donaſſe refert. Tiraquell. vbi ſuprà. Itẽ generaliter prohibuit Rex Frãciſcus omnibus magiſtratibus vectigaliũ negotiari in hæc verba: *Item deffendõs à tous nos officiers des aydes & tailles, qu'ils ne ſe meſlent ou entremettent par eux ou par autres de faire aucun faict de marchandiſe, en quelque maniere que ce ſoit, ſur peine de priuation de leurs offices, & de reſtitution des gaiges, qu'ils auroyent prins durant le temps qu'ils auroyent exercé le faict de ladite marchandiſe.* Iſta habentur in rubrica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

des ordonnances des generaux, art.xlij.ibi plenius dicetur. Etiam in rubric. *des aydes & tailles* ordi.ij.arti.xxxviij.est alia prohibitio in hæc verba, *Item, enſuyuant les ordonnances anciennes, inhibons & defendons à nos grenetiers, & contreroolleurs de n'exercer par eux ne par autres aucun fait de marchandiſe de ſel en leurs greniers n'ailleurs, en quelque maniere que ce ſoit, ſur peine de priuation d'office, & d'amende arbitraire.* Tamen iſtis alia mercimonia ibi non prohibentur, vt videtis.

Maiſtres des eaux & foreſts.

GLOSSA VIII.

Magiſtris nemorũ & aliis officialibus mercaturã prohibetur.

ISTA prohibitio facta magiſtris nemorum Regis, ampliatur etiam ad cuſtodes nemorum & ſiluarum illius, & ad illorum apparitores, ne mercari & negotiari habeant, vt ſcribitur in titul. *des eaux & foreſts*, ordin.v. artic.lxxxiiij. ſic dicens, *Item qu'aucun verdier, maiſtre ſergent ou autre ſergent des foreſts, ne puiſſent marchander és points, ny és mettes de leurs offices, ny en leurs gardes*: extrà ergo non prohiberentur.

Nos eſchancons, ſommeliers, bareliers, panetiers, maiſtres d'eſcuyries.

GLOSSA IX.

ISTA ſunt officia quæ Regi ſeruiunt in pane, vino & aquis, & illa melius dignoſcere officia quiſque poterit ex his, qui iſta exercent in hoſpitio Regis.

Et maiſtres des monnoyes, gardes & contregardes, & officiers d'icelle.

GLOSSA X.

Monetarii officiales mercaripro hibiti.

ET SIC magiſtri cuſtodes, & alij officiales monetarum ſunt hîc prohibiti negotiari: alij verò monetarij non obtinentes officium à Rege non prohibentur per iſtũ tex. de quibus monetariis habetur in l.j.C.de murilegul.lib.xj. & idem Rex Franciſcus ſtatuit in rubr. *des monnoyers*.ord.vij.artic.vij.ibi, *auſsi eſt expreſſément defendu*.ibi alia vide.

Maiſtres des garniſons.

GLOSSA XI.

ISTI magiſtri præſidiorum cùm curam reipubl. habeant, ſunt etiam prohibiti, in l.j. & per tot.C.negot.ne militent.lib.xij. & quia ſtipẽdia ratione officij ſufficientia habent.

Seneſchaux, Baillifs, Preuoſts.

GLOSSA XII.

Gubernator Montiſpeſſulani quare ſicnominatus & datus.

QVANVIS hîc loquatur tantùm de iſtis, tamen comprehenditur etiam hîc gubernator Montiſpeſſulani, qui parem cum iſtis habet iuriſdictionem & dignitatẽ. Nam cùm olim de finibus iuriſdictionis diſceptaretur inter Seneſchallum Nemauſ. & Carcaſſonen. Rex pendente proceſſu illis locis controuerſis dictum gubernatorem præfecit, qui nomine Regio illic gubernaret, iuriſdictionẽmque exer

exerceret. Et adhuc illam iuriſdictionem retinet nomine Regio, & hodie nullus conqueritur: cùm ciuitas Montiſpeſſulani mereatur habere gubernatorem, qui in iuriſdictione concurrat cum Seneſchallis.

Nos procureurs.

GLOSSA XIII.

Procuratores Regii à mercatura ſubmouentur.

PROCVRATORES ergo Regij negotiari non debent, ſed curam Regiorum negotiorum tractare, ſiue ſint præpoſiti curiis ſupremis, ſiue curiis generalium iuſtitiæ (quos vocamus) aut computorum, ſiue magno, aut intimo conſilio: vel inferioribus, vt Seneſchalliis, Bailliuatibus, præpoſituris, aut aliis Regiis negotiis. Hi ergo non poterunt negotiari, ſi officium habeant à Rege, vel dimittant officium, aut mercaturam. De his procuratoribus & aduocatis Regiis ſcripſi in titu. de electio. derogat. in concord. vbi eos multis decoraui priuilegiis.

Secretaires, & clercs des marchans de Paris quant au fait de l'eau: Chaſtelains, ou autres iuges de nous, ou d'autres ſeigneurs.

GLOSSA XIIII.

Officium memoriale celeberrimũ vacat, & ei non prouidetur.

ET ſic Iudices negotiari, & mercari ſunt prohibiti: ſiue ſint Iudices generales cauſarum, ſiue vectigalium, vt electi (quos Eſleus vocamus) de quibus eſt expreſſum in ordinationibus Regiis rubric. *des ordonnances des generaux*.artic.xlij. & ſuperius dixi. his omnibus officiis Regiis enumeratis hodie vacat officium, quod olim erat celeberrimum, & eſt valde his temporibus neceſſarium. Officium illud erat vocatum Memoriale, ſeu à memoria: hi enim conſcribebant eos, qui vel ſcientia, bello, aut alibi pulchrè, ac cum laude ſe geſsiſſent, eósque Imperatori commemorabant: vt ex hoc præmiis dignis afficerentur. Sed hodie hi qui præclara geſſerunt facinora contemnuntur: & quidam ſtolidi multoties euehuntur, excitetur cum effectu hoc officium, & omnia bene habebunt.

D'oreſnauant par eux, ou par interpoſees perſonnes, ne marchandent, ne facent marchander, ne s'accompagnent, ou participent és marchandiſes.

GLOSSA XV.

Per ſe & per alios mercatura prohibetur.

LICET clerici ſint de iure prohibiti tabernam per ſe exercere. cap. vno. de vita & honeſta. cleric. in vj. Tamen ſi per alium exerceant, non perdunt priuilegium clericale. gloſ. & doct. in c.j. illo titul. facit text. in c. vlti. ne clerici vel monach. in vj. Alberic. in l. humilem. C. de inceſt. nupt.

Imperator Pertinax per alios mercaturã exercebat.

Vnde etiam apud laicos Imperator Pertinax mercaturam per homines ſuos exercebat: vt ſcribit Iulius Capitol. & multos enumerat domi. Tiraq. in tractat. nobilit. Et hodie etiam plerique magni principes mercaturam exercent, & maritimam & terreſtrem, vt omnibus eſt obuium: ob id negotiationem nobilem reddunt, nihilominus iſte text. prohibet perſonis ſuperius no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minatis, tam per se quàm per alium mercaturam exercere, cui prohibitioni stándum est. nam qui suo nomine exercere quicquam prohibetur, id nec per interpositam personam agere debet. l. ij. §. j. ff. de adminis. rer. ad ciuit. pertinent.

Triplex mercaturæ prohibitio.

Et sic nota, quòd triplex est hîc prohibitio. Primò, quòd nominati in hoc text. nullo modo per se mercaturam exerceant. Secundò, nec per interpositas personas: nam vt superius dictum fuit, qui per alium facit, perinde est ac si ipse faceret. l. j. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. & reg. iur.

Item & tertiò, quòd non iungant se mercaturæ, seu negotiationi, vel partem habeant aliquam, & sic nec minimam, per glos. in cle. vna. in verb. aut earum aliqua. de foro compet. scripsi in auth. habita. C. ne filius pro patre. sed si secretè fiat, quis hoc proclamabit? nullus nec ego.

Sur peine de perdre la marchandise, & d'estre punis à nostre volonté.

GLOSSA XVI.

Pœna duplex cõtra mercaturã exercentes.

DVPLEX hîc imponitur pœna, prima amissionis mercaturæ, quæ tamen non imponitur ipso iure, sed est quædam comminatio, vt dicit glos. in cvno. de sagitta.

Secunda pœna est, vt puniatur grauiter ad voluntatem Regis: debet tamen intelligi de voluntate iusta, & iuri consona. text. in cap. j. dist. j. scripsi in glos. voluerint. §. statuimus. j. de colla. in concord. Et an duplex pœna pro vno facto imponi possit. Respon. posse: quando vtraque per eandem legem apponitur, vt hîc, & in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. scripsi abundè in §. monemus. in verb. suspendemus. de colla. in concor. Francix.

Grauissima pœna quæ dicatur.

Item hîc conditor limitat illam doctrinam, quòd vbi constitutio apponit grauissimam pœnam, tunc infligi potest pœna mortis. text. iuncta glos. in l. vna. C. ne liceat signum saluator, & in l. j. de Eunuc. & in l. iij. C. de his quæ ex publica colla. illata sunt non vsurpan. lib. xj. No. Corset. in sing. incip. pœna, in x. & Barb. in c. prudentiam. §. adiicimus. circa fin. de offic. deleg. & in c. iij. col. iij. de fideiuss. quod non procedat, quãdo in constitutionem illam grauem vel grauissimam pœnam declararet vt hîc: vbi grauiter puniri vult exercentes mercaturam istam prohibitam, & contra istam grauissimam declarat pœnam & voluntatem nostram: & quamuis dicat ad voluntatem, tamen intelligitur de voluntate secundum arbitrium boni viri: vt dixi. nec iure posset Rex pœnam mortis pro primo facto imponere, id est pro prima mercatura.

Et ne donnerons lettres, ne ferons grace au contraire: & renonceront à leur office, ou à la marchandise.

GLOSSA XVII.

Literæ permittentes mercari an valeant.

HIC protestatur se non daturum literas in contrarium, vt descriptæ hîc personæ possint negotiationem exercere: sed si datæ fuerint literæ in contrarium, valebunt, si facta fuerit mentio istius ordinationis, & clausulæ prohibitiuæ, per ea quæ notat Bartolus, & alij in l. si quis. in principio. ff. de legat. tertio. Oportet ergo,

go, quòd is qui vbicunque exercet, vel negotiationi, vel officio renuncier. Nam qui duos venatur lepores, vix vllum consequitur, vt communi fertur prouerbio, & confirmatur in l. fin. C. de assess. Et quia illis Regiis officialibus honestum non esset sic mercari, & negotiari.

Et si aucuns en y a qui sur ce ayent impetré lettres, ou graces de nous: icelles nous tenons & reputons pour nulles & de nulle valeur, sur quelques formes de parolles qu'elles soyent octroyees: & si aucuns s'efforcent d'vser desdites lettres contre nostredite ordonnance, ils seront punis si comme dessus est dit, & auecque ce perdront leur marchandise.

GLOSSA VLTIMA.

ITERAE ergo impetratę in contrarium non valebunt. Intellige, nisi esset clausula expresse derogatoria huius constitutionis. l. fi. C. si contra ius. vbi glos. & doct. Feli. in c. nonnulli. de rescript. Et quia nulli vel pauci sunt hodie, qui velint istas impetrare literas, ob id ad alia pertranseo.

Articulus secũdus.

Item, & pource qu'auons esté aduerti, que plusieurs Seigneurs & gentilshommes mettent par chascun iour leuages & nouueaux subsides sur les marchandises, qui se mettent sur les riuieres & fleuues nauigables, à la grand charge de nostre peuple: pour ces causes auons ordonné & ordonnons qu'en chascun fleuue, ou riuiere nauigable, les marchans frequentans lesdites riuieres & fleuues, pourront faire bourse commune, & imposer sur leurs marchandises, aucunes sommes de deniers, pour la tuition & defense de leurs marchandises: le tout en forme & maniere de la bourse establie par les marchans frequentans la riuiere de Loyre.

GLOSSA VNICA.

Vectigalia nullus extra principem imponit.

HIC recitat aliquos nobiles imponentes super mercibus vectigalia contra mercatores: ideo Rex ipsis mercatoribus permittit, vt ab his impositionibus se tueantur, & posse inuicem collectam imponere, & ad contributionem cogere: quò facilius possint procedere contra præfatos imponentes noua vectigalia. Nam certum est, quòd non solent noua vectigalia inconsultis principibus institui. Ergo exigi aliquid, quòd illicitè poscatur competens iudex vetabit, & id quod exactum videtur, si contra rationem iuris extortum est, restitui iubebit. l. non solent. C. vectigalia noua instituj. nec quidem decreto ciuitatis. l. vectigalia. ibidem. Nec curia Parlamenti potest imponere nouam collectam generalem. text. in l. vna. C. de super. in dicto libro decimo. Et Guido Papæ in decis. Delphin. quæstio. cxcvij. domini mei. Nam hoc est de regalibus. l. j. C. de indictio. lib. x. & in titul. quæ sint Regalia in feu. Sed solus princeps potest concedere vt imponantur hæc noua vectigalia ex causa, aliàs in bulla cœnæ domini ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicantur imponentes. Ideo hic ratione defensionis concedit mercatoribus aliquid imponere super suis ipsorum mercibus, nec tamen temere illud possunt.l.j.C.vecti.noua institui.vide do.de Ripa in lib.ij.responso.de rescript.c.iiij.& sequent.Ideo si ciuitates vel alij velint aliquid imponere, solent impetrari literæ à Rege hoc permittente.alioqui nihil poterit imponi nec exigi,& ita vidi seruari.

Quilibet in officio publico delinquens in solidum tenetur.

Item si plures admittantur ad communionem officij publici, & simul in officio delinquant, quilibet insolidum tenetur, sed omnes pro sua parte præstabunt, nisi ab vno exigi non posit : quia forte non est soluendo.l.si multi. ff.de publica.Bald.in c.edoceri.col.ij.nu.3.de rescript.vide abundè per Boër. in decis.Burdegal.q.cccx.si plures.

Artifices statuta facere & mercatores possunt, & super quibus.

Et sic videmus mercatores posse inter se facere statuta : artifices etiam statuta inter se habere solent, quæ authoritate magistratuum roborantur, & censentur à iure communi confirmata. §. final. in authentic. de fideiussor. colla.ij. Et ideo seruanda sunt in singulis curiis, & secundum ea iudicandum, tam in curia mercatorum episcopali, quàm seculari, vt not. in l.ex ea.ff.de postulan. Socin.consil. clxxxviij. col.v. versic. minúsque obstat.in secundo volu. Quod est verum, quando respicerent actus illorum. Secus si dicatur quòd procedatur summariè, quia intelligitur in curia eorum, teste Bald.in tractat.statut.in versic.curia,quæst.vlti. Et inter illos iudicari ex bono & æquo debet.Bartol.in l.quintus.ff.mandat. Cur.in l.bona fides, depositi.Angel.consil.lxxvij.plures creditores.columna secunda & non ex rigore iuris.Bertrand consil.cclxiij.non potest.col.vlti.in secundo volumi.ex prima editio.

Iudicandi inter mercatores ex bono & æquo.

Tamen non valebunt statuta eorum, in quibus disponunt id quod est naturaliter iniustum.l.ambitiosa.ff.de decret. ab ordi.faciend. & not.in l.j. C.quæ sit longa consuet.hoc docet Bald.in tract.de constitut.colum.iij. & doct.in l.fin.C.de iurisdict.omn.iudic.Ideo non valent statuta eorum disponentia,quòd pater pro filia teneatur, nisi filius mercator acquirat patri. Bald. in l.receptitia.colum.vltim.C.de constit.pecu.facit.l.prætor.§.ij.ff.de edend. quia illud statutum est contra ius gentium, quòd vnus pro alio teneatur, vt in rubric.C.ne filius pro patre.& pœna suos tenere debet authores.l.sancimus.C.de pœnis. Nec possunt statuere contra ius publicum totius ciuitatis, videlicet quod in depositis mercatorum non possit opponi exceptio banni, vt docet Albert. Brun.in verb.mercator.in tract.statuto. plus dicens, non posse etiam statuere inter alios sibi non subiectos.& Bald.in dicta.l.secunda colum.vltim.reliqua ibidem videri possunt & in l.fi.C.de iurisdictio.omnium iudicum.

Articulus vltimus.

Item pource que par cy deuant plusieurs marchans par cautele, ou malice, ont prins es foires de Lyon & ailleurs, grand quantité de marchandises à creance, en intention de frustrer les vendeurs du pris desdites marchandises, ou de partie d'icelles, & pour leur malice mettre a execution, mucent icelle marchandise en diuers lieux, & puis se sont absentez, ou mis en franchise : a cause de quoy leurs creanciers pour

pour ne perdre le tout, ont esté contraint venir a composition & quitter vne partie de leurs debtes, & du surplus donner longs termes de payement, a leur grand perte & dommage : Nous pour obuier ausdits abus, auons enioint & enioignons aux conseruateurs de nosdites foyres, & autres, ausquels en appartient la cognoissance, de proceder sommairement & de plain, a toute diligence, a l'encontre desdits marchans, & a la punition d'iceux, qui s'entremettront, receleront, ou ayderont a receler lesdites marchandises, tellement que ce soit exemple a tous autres.

GLOSSA VNICA.

1 STATVIT Rex tam contra mercatores, qui recipiunt merces in nundinis crediti nomine, eo animo vt eos intercipiant,& furentur à creditoribus, vel partem illarum, quàm contra occultantes merces: vt conseruatores nundinarũ eos puniant, vt pœna vnius

Voluntas ex tribus dignosci potest.

2 exemplum sit multis, prout scribitur in l.j.C.ad legem Iul.repetun. † Sed cùm Deus solus sit scrutator cordium.c.erubescant.xxxij.distin.& c.j.ne sede vacan.quomodo hoc sciri potest ? Respon.intentionem probari ex præcedentibus & sequentibus.l.hæredes palam.§.sed si notam.ff.de testament.l.si seruus plurium.in fi.vbi glos.optima.ff.de legatis primo.

3 Hic tria ponit subsequentia declarantia voluntatem & intentionem debitoris volentis fraudare creditorem.

Primò, si illas merces occultet. Nam occultans bona, perdit beneficium cessionis.l.j.vbi glos.& doct.C.de ces.bono. Iason in §.fi.col.iij.nume.8.de actio.in instit.

4 Secundò,si se absentet post acceptas merces.l.ij.ff.ex quibus causis in possessio.catur.Ibi, potestatem autem sui non facit, qui id agit, ne aduersarius eius copiam sui habeat. Ergo latitantis bona iubet possideri : quòd si latitet, sed absens non defendatur, nónne videtur potestatem sui non facere? Angel. consil.lxj.quæritur.col.j.

5 Tertiò,si intra ecclesiam, postquàm recepit merces immunitatem quærat. Nam sicut ob delictum confugitur ad ecclesiam.l.j.& per totum.C.de his qui ad eccle.confug.ita & pessimi debitores, sed nulla gaudent immunitate, vt in rubric.de cessio.bon.artic.ij.scriptum est.& in tract.de immunit.eccle-

Pacta cum mercatoribus quando nõ valeãt. Mercatores foro cedentes possunt torqueri, & quære.

6 sia.† Imò cùm isti se occultant,& coguntur creditores cum istis componere pacta facta cum istis fallitis (quos vocant) non valere, si appareat eos esse soluendo.dicit Boër.in decis.Burdegalen.q.cccxv.incarceratus.nu.8.dicens non obstantibus pactis creditores posse totum exigere.

7 Quartò,dicit Paris de Puteo in tract.sindica.cap.an in causa pecuniaria.in prine.per cap.j.de depositio.quòd mercatores cedentes foro, seu falliti sic eos vocat cessantes,& fugitiui poterunt torqueri: vt indicent pecunias, vel res sibi datas in depositum, vel in societatem ad mercandum, quas nunc denegant habere, vel illas perdidisse dicunt : vt refert Hipp.in l.diuus.colum.iij.numero.6.ff.de quæstio.& in pratic.crimina.§.expedita.numero 42. Et hoc est ratione furti, quod iste mercator committere affectabat, & malæfidei, maxime

cùm ipſæ merces quas accepit adhuc extent, vel pretium illarum: quam-obrem ſi vellet, poſſet ſe eximere à debito. ſequitur Paul. Grilland. in tract. de diuer crimini. in fi. † Et quòd tales contugientes ad eccleſiam non gaudeant immunitate eccleſiæ. dico in tract. immuni. eccleſi. nec bonis cedere poſſunt, vt docet Boër. deciſ. Burdeg quæſt. ccxv. incarceratus, col. ij. & iij. vnde † ſtatuit egregius Impetrator Carolus quintus Bruxellis anno 1541. in menſe Septembri, quòd mercator, qui acceperit merces, & poſteà ſe abſentauerit, non facta ſolutione, & clàm merces receptas tranſtulerit & celauerit, habeatur pro latrone publico, & graſſatore itinerum, & puniatur pœna mortis ſine aliquo priuilegio, & fauore his verbis concepta eſt ordinatio,

Mercatores occultãtes merces nõ gaudent immunitate

Mercator recipiens merces, & eas occultãs pro latrone publico habetur.

8

9

Conſtitutio Caroli quinti Imperatoris.

Nous voulans en ce pouruoir, auons ordonné & ſtatué, ordonnons & ſtatuons que tous marchans & marchandes, & autres debiteurs de quelque condition, ou qualité qu'ils ſoyent, qui s'abſenteront du lieu de leur reſidence, ſans payer ou contenter leurs crediteurs, & clandeſtinement tranſporteront ou celeront leurs biens pour iceux defrauder, ſeront tenus & reputez pour larrons publics: comment aggueteurs de chemins, & ennemis du bien publicq, & tels les auons declaires, & declairons. Ordonnons à tous nos officiers & iuſticiers de les apprehender, en quelque part qu'ils ſoyent trouuez, ſans qu'ils puiſſent iouir de quelque priuilege, franchiſe, ou liberté, quelle qu'il ſoit. Et apres les auoir apprehendez, qu'ils procedent contre eux ſommairement ſans figure de procés. Et que les iuges pardeuant leſquels ils ſeront accuſez, ou calengez, s'ils leurs appert de ladite fuitte, & fraudulent tranſport, ou recellement de leurs biens, les condamnent au dernier ſupplice par la corde, ſans port, faueur ou diſſimulation: à peine que ſi noſdits officiers, ou iuges, ou ceux de nos vaſſaux fuſſent trouuez negligens, ou refuſans, qu'ils ſeront tenus & obligez, & pourſuyuables pour l'entiere debte deſdites banquerottes, & fugitifs.

10

Receptatores quomodo puniantur.

Quintò, excitat conſeruatores nundinarum, vt diligenter contra hos mercatores, & ſummariè procedant, ac contra occultatores & receptatores mercium: & quando puniri debeant non dicit hic text. ob id habemus text. in l. j. ff. de receptato. vbi ſic ſcribitur, Peſſimum genus eſt receptatorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt. & præcipitur, vt perinde puniantur atque latrones, & hoc probatur in l. final. §. quòd ſi res mobiles. C. de his qui ad eccleſi. confug. Ideo ſtatuit idem Imperator, vt iſti receptatores teneantur pro his fugitiuis ſoluere, & ſi non ſint ſufficientes, pœna fuſtigationis puniantur laici, & eſt conſtitutio d. Caroli. ſic concepta & edita, vbi ſuprà. † *Semblablement) tous ceux qui en ſauant aſsiſteront leſdites banquerottes, & fugitifs à eux ſauuer, & tranſporter leurs biens, & marchandiſes, empeſcheront leur apprehenſion en quelque maniere que ce ſoit, ou les celeront, & garderont ſans declairer au iuge du lieu, enſemble ceux qui ſe meſleront, ou conduiront les affaires deſdites banquerottes & fugitifs, en leur abſence, par faueurs ſu ſociete, ou autrement: ou qui ſeront, ou receuront d'eux contrats, tranſports, ou ceſſions ſimulees, ou pour plus grande ſomme que leur vray deu ne porte: ſeront tenus, & obligez à payer & ſatiſfaire entierement tous les debtes deſſuſdits, banquerottes & fugitifs, & pour iceiles pourſuiuables comme leſdictes banquerottes & fugitifs. Et ſi les deſſus nommez ne fuſſent ſuffiſans de payer & ſatiſſaire auſdits debtes: nous voulons que les gens lais ſoyent punis par fuſtigations, gens d'egliſe par*

11

Cõſtitutio Caroli quinti cõtra mercium receptatores, et fautores ſu ſociete, ou autrement: ou qui ſeront, ou receuront d'eux contrats, tranſports, ou cegittuorum.

ſaiſſiſſe

ſayſiſſement de leur tẽporel, & miſe de garde manears a l'exemple d'autres, ou autrement arbitrairement ſelon l'exigence du cas.

13 Supereſt his addamus deciſiones quotidianas, & quæ pulchrè huic materiæ cõgruere videtur. Primùm, quòd mercatores exteri & cauſæ eorũ debent in regno expediri ſummariè, & de plano: vnde cùm præpoſitus & Bailliuus Beluacen. contrariũ obſeruaſſent, ordinariè procedendo in cauſa mercatoris Tholoſani, fuerũt citati ad cõparendum perſonaliter inſtãte procuratore Regio, & proceſſus eorum fuit annullatus anno 1531. die xiij. Maij.

Mercatorũ exterorũ cauſæ ſummariè tractari debent.

Areſtum.

14 Secundò, non debet remitti vnus mercator Regni ad defendẽdum alium mercatorem exterum extra Regnum, ſed ſimpliciter debet in Regno condamnari ad indemnitatem dicti mercatoris exteri, prout in ſpecie iudicauit Senatus Pariſ. Cùm quidam mercator Pariſien. fuiſſet conuentus, vt defenderet exterum mercatorem cõuentum in Flandria pro quibuſdam mercibus Pariſ. venditis. & præpoſitus Pariſ. condemnaſſet dictum mercatorem ad ſuſcipiendam Flandriæ defenſionem pro illo extero, perperam iudicatum pronunciauit Senatus anno 1533. die xij. Maij.

Mercator Regni ad iudicem extra regnum non remittitur.

15 Tertiò nundinæ non debent fieri nec mercatus diebus feriatis ſolennibus l. dies feſtos C. de fer. & hoc ſæpius fuit dictum in Senatu.

Areſtum. Nundinæ & mercatus diebus feſtis & in cœmeteriis fieri non debent.

16 Quartò, prohibitum fuit in eccleſiis, & cœmeteriis mercatum exercere. c. decet. de immunita eccleſiarum. in ſexto cùm ſit bonum argumentum de tempore ad locum. clemen. ad noſtram. vbi gl. de cenſib. Iaſ. & alij in l. vinum. ff. ſi cert. petat. & quia decet donum Dei ſanctitudo, non mercatura. d. c. decet.

17 Quintò, valeret prohibitio ne quis auderet portare pannum, niſi talis valoris ſub pœna, & ita vidit proclamari authoritate Regis patruus meus magnus Iacob. Rebuffus in l. ij. C. de teſtib. Holob. lib. xj. quia Regis intereſt ſubiectos habere locupletes. ff. ſi. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. ſcribo conſtitutionem in tract. de pannis aureis. arg. feric. & purpura. in fi. Sed in hoc non eſſet imponenda lex pauperi, vt deferret veſtẽ talis, aut talis coloris, quia eam emere non poſſet: ideo permitti debet quòd vtatur & fruatur illa veſte quam habet: alioqui nudus incederet more beluarum, quod non eſt faciendum. c. j. de reſti. ſpoliato. in vj.

Prohibitio panni talis valoris poteſt fieri.

18 Sextò, vt omnibus artificibus via fraudũ occludatur, bonum eſſet, vt præter eos, quos iuratos vocamus, & in eorum negligentiam, qui nihil agũt duo probi eligerentur in quolibet artificio, quibus cura totius artificij, & negotium committeretur, ne artifices in ſuis artificiis aliquam fraudem committerent: & ſi fraudem aliquam inuenirent, quòd nunciarent magiſtratui ordinario loci, & procuratori Regio: vt eſt ſtatutum in conſtit. Neapol. rub. de fide inſtru. vbi dicit iſtos electos pro prima taciturnitate pœna pecuniaria: pro ſecũda pœna manus: pro tertia pœna mortis puniendos, & fortè metu iſtarum pœnarum eſſent & diligentiores, & paulò magis prompti ad veritatem deferendam.

Duo probi viri in quolibet artificio eligendi.

19 Septimò, ſi dedero mercatori pecuniam ad lucrum, & damnũ, ſi patiatur damnum per caſum fortuitum, debet illud mihi intra annũ nunciare: alioqui poſt annum nõ audierur, vt docet Bar. in l. ij. C. de naufrag. li. xj. & Ang. conſi. xc. pro deciſi. col. ij. ſequitur Iacobi. in l. ſingularia. col. ff. ſi cert. pet.

Mercator damnũ paſſum intra annum nunciare debet.

quia ſingulis annis debẽt mercatores inuicem rationem reddere. l. neminem. C. de ſuſceptor. li. xj. l. j. C. pro ſocio. vbi doct. & Rom. ſing. cxx. quæro quãdo. Et ſi non redderent, tamen hæc denunciatio fieri debet. Si tamen non eſſet facta in conſcientia, non eſſet liberatus mercator, cui non eſt denunciatum.

Conueniri ibi poſſunt mercatores, vbi tabernas habent.

Octauò, mercatores ibi conueniri poſſunt, vbi habent tabernas, vel officinas, ſeu factorem, & ibi libros habere debent ſuarum rationum. text. in l. hæres abſens. §. proinde. verſic. at ſiquis. ff. de iudic. vbi Iacob. niſi tempore nundinarum. Id enim temporis nec conueniri, nec areſtari poſſunt. l. j. C. de nundin. 20

Intereſſe permiſſum eſt duodecim pro centum.

Nonò, prohibet Imperator omnibus mercatoribus, ne recipiant pro centum vltra duodecim annis ſingulis, ſoluendo ſecundum diſtantiam, & terminos harum nundinarum, vt ſi ſint quatuor nundinæ quolibet anno, ſoluentur tres aurei pro ſingulis nundinis, & hoc recipiunt pro lucro ceſſante, de quo ſcripſi plura in interpreta. l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. nec hoc recipitur pro vſura, ſed pro intereſſe, hoc eſt ſtatutum in dict. ord. Brucellis publicata. 21

Conſtitutio Imperator. Caro. quinti de vſuris.

† *Item pource qu'aucuns marchans hantans & frequentans noſdits pays poſtpoſans leur honneur & ſalut, s'auancent pour nourrir leur auarice faire ſeulement marchandiſe d'argent, le donnant à gain fors exceſsif, ſans faire diſtinction entre l'intereſt, qui eſt permis aux bons marchans, ſelon le gain qu'ils pourroyent raiſonnablement faire, & vſure defendue à tous Chreſtiens, au treſgrand preiudice de la choſe publique, de ſorte que ſans y pouruoir, auecq' ſucceſsion de temps, tout le fait de marchandiſe ſe conuertiroit en vſure, qui cauſeroit la perdition des ames, & enorme preiudice à la choſe publique, ſignamment és pays de pardeça: nous en ce voulans pouruoir tant pour le ſalut deſdites ames & conſeruation de noſtre foy Chreſtiene, que pour euiter leſdits inconueniens, auons ordonn & ſtatué, & par ceſtes ſtatuons & ordonnons, que nulz marchans hantans & frequentans noſdits pays, ne pourront donner argent à frais, ou gaing plus haut que à raiſon du denier douze pour cent, vn an, & au deſſous, ſelon le gaing que vrayſemblablement ils pourroyent faire, en empliant ledit argent en marchandiſe, en declarant tous contracts & obligations par leſquelles on prendroit plus grand gaing que dit eſt, vſuraires, & comme tels nulz & de nulle valeur, & defendons à tous nos ſubiets, de quelque condition ou eſtat qu'ils ſoyent, non ſe meſlans du fait de marchandiſe, & non ayans ſocieté a gaing & perte auecq' marchans, de bailler leur argent auſdits marchans pour auoir gaing certain chacun an, en p ine de confiſcation dudit argent, & par deſſus ce, d'eſtre tenus & reputez vſuriers publics, & comme telz punis & corrigez.* 22

Et ſic hæc nouiſsima conſtitutio corrigit alias conſtitutiones contrarias.

Vendere vinum ex proprio habitu non eſt mercaturam exercere.

Decimò, vendere ex propriis vineis vinum, vel frumentum, aut ex abbatia ſeu beneficio, non eſt exercere mercaturam: ideo nec tenentur vendentes ad ea quæ impoſita ſunt mercatoribus, vt ſæpius à Rege & à ſua ſuprema curia fuit declaratum, quod probo in tract. de mere. minuta. in gloſſ. j. 23

Læſi mercatores nõ reſtituuntur.

Vndecimò, mercatores læſi in ſuis mercibus, non reſtituuntur in integrum. per text. in l. j. C. qui & aduer. quos. vbi Bartol. & Iacob. expreſſe hoc docent. 24

Inſolidũ an poſſit quilibet mercator conuenri vel agere.

Duodecimò, ſi ſint plures mercatores ſocij vnius mercis, vel plurium, quilibet eorum poterit agere inſolidum contra debitores eiuſdem mercis. per l. ſi vnus. in princip. ff. de pact. nec poterit ei obiici, quòd non habeat mandatum, 25

datum, & ſic quòd non poſsit agere niſi pro ſua parte, vt dicunt Iac. & Iaſ. ibidem, quicquid ſcribat Bar. in l. eandem. q. vij. ff. de duobus reis. & opinio contra Bart. ſeruatur, ſi is cauere velit de rato: ſicut dicitur in mercatoribus habentibus officium, vel conductionem de publico: quia ſicut ſolent inſolidum conueniri, ita & conuenire. l. j. cum gl. ff. de loco public. fruend. alibi dico abundantius. Ideo hîc non proſequar.

Nudo pacto mercatores obligantur.

16 Decimotertiò, mercatores nudo pacto obligantur, licet in aliis regulariter contrà. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact. Barrol. & alij in l. quintus. in fi. ff. manda. quia inter eos agitur ex bono & æquo, vt ſuperius ſcripſi. Tamen ſine cauſa non obligantur, vt conſuluit Pet. Pariſ. conſi. xcvj. quamuis. col. ij. in tertio vol. per l. cùm de indebito. in fin. ff. de prob. & l. ij. §. circa. de doli excep.

Frumẽtum deferre & alias res ad Barbaros prohibentur.

27 Decimoquartò, prohibentur mercatores deferre frumentum, vinum, oleum, loricas, ſcuta, arcus, ſagittas, ſpathas, gladios, vel alterius cuiuſcũque generis arma, vel tela, ferrum factum vel infectum ad Barbaros & Turcas ſub pœna confiſcationis bonorum, & capitis: proditioni enim proximum eſt Barbaros, quos indigere conuenit, telis, vt validiores reddantur, inſtruere. l. j. & ij. C. quæ res exporta. non debeant. Item deferentes ſunt excommunicati in bulla cœnæ domini, nec poſſunt abſolui ab alio quàm à Papa. cita quorundã. de Iudæ. & in bulla cœnæ domi. artic. v. ſcripſi decem pœnas quibus tenentur.

Principes mercatores exteros ſine cauſa expellere non poſſunt.

28 Vltimò principes, & domini locorum mercatores exteros ſine cauſa expellere non poſſunt: & ſi cum cauſa eos expellant, non debent ab eis diſcedentibus bona auferre, quia mundus eſt omnibus communis patria, ex qua expelli non niſi ex qua cauſa relegari poſſunt. nam expellere & interdicere eſt pœna, quæ ſine cauſa imponi non debet. l. relegatorum. ff. de interdict. & releg. hoc expreſsè docet Bal. in c. vno. de forma fidelit. quem ſequitur Corſet. in tract. de poteſtat. Regia. quæſt. lxxxiij. & Petr. Gerard. ſing. lix. domini terrarum. alia de mercatoribus poterunt ſupplere ex titulis & tract. ſeq. Tu lector beneuole, iſta (vt ſoles) boni conſule, & gratias mecum Deo Optimo Maximo agere non recuſes per ſecula, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAROLVS DE MONCEAV DO. PETRO
Rebuffo eximio iuris vtriuſque doctori, comiti, & ordinario iuris Canonici profeſſori Pariſ. necnon ibidem in ſuprema curia patrono celeberrimo.

Infelix ſeclum doctis, & tempus acerbum:
Quòd ſua virtuti munera nulla refert,
Dulciſonasq́ dolere ſinit mœrore iacentes
Muſas, vt memores vix ſinat eſſe tui.
Sed tua fama volat totum diffuſa per orbem:
Vnde tuum nomen Muſa tacere nequit.
Cui laudes primas in iure Tholoſa, Cadurcum
Dant, Monſpeſſulus, & Pictauis, & Bituríx.
Dum quibus obſcuri docuit reſponſa Aphricani,
In primo nondum flore Rebuffus erat.
Pariſios venit cauſas tractare forenſes,
Pontificum necnon iura docere ſacra.
Praxim, iuſque ſimul ſectatus, vtrumque docebunt
Gallorum hic nodis iura ſoluta ſuis.
Quódque magis mirum, qui tanta volumina profert,
Qualia vix hominis tempora ferre valent.
Aſſiduéque ſimul tres, qui & triginta per annos
Nos Sophiæ legum dogmata ſancta docet.
Bartolus in medium veniat, vel pulcher Iaſon:
Si ſtudiis vllis talia protulerint.
Parca decus tibi virtutis fortuna reliquit:
Nec priuare potens, addidit ipſa nihil.
Herculeos igitur num vis limire labores?
Virtutis merces eſt (ais) ipſe labor.
Nobilis hæc mens eſt, & pulchro munere digna:
Omnes arte foues, nemo referre valet.
Verùm ſorte tua contentus plura recuſas,
Quæ non eſſe tui proſpicis officij.
Namq́ ſacrum ſacra, tranquillum tranquilla requirunt:
Hæc quoque qui præſtent, ſunt tibi diſcipuli,
Et præſtantes, queis ciuilia iura dediſti,
Quorum nullus adhuc qui tulit auxilium.
Vnicus optatum tibi det contingere, cardo
Romanæ ſedis num Lotharingus erit?
Sunt que alij Regis geniti qui ſtirpe coruſcant,
Quos tibi commiſſum iura docere diu.
Omnibus hi poſſunt melius penſare laborem:
Qui ſunt experti qua probitate vales.
Interèà quod habes, ſummi moderator olympi
Augeat, atque tua ſorte fruare precor.

TRAC

TRACTATVS DE MERCATORIBUS minutatim vendentibus, & artificibus, & intra quæ tempora debita petere debeant.

Loys *xii. Artic. lxviii.*

Item auons ordonné & ordonnons.

GLOSSA I.

Articulus primus.

QVIA hic de mercatoribus, & de artificibus tractatur, ob id videndum erit, qui dicantur mercatores & negotiatores, quíque artifices, & quia ad petendum illorum debita certum eſt præſtitutum tempus, ſicut omnibus communiter ad contractuum reſciſionem: ideo hunc tract. poſt tractat. de reſciſ. contract. locandum duxi, adiecto prius generali tractat. de mercatoribus & negotiat. *Summa totius tractatus.*

2 In primis ſciendum eſt eos mercatores dici, qui negotiandi opus exercent, à verbóque mercari deduci. mercari autem non ſolùm emere ſignificat. l. eum qui ædes mercatus eſt. ff. de vſucap. & l. ij. §. final. de dol. excep. Sed etiam emendi vendendíque mercaturam exercere, vt in l. j. & l. licitatio. §. fi. ff. de publi. l. legatis. vbi Bart. de le. iij. l. annonàm. de extraord. crimi docco in l. mercis. ff. de verb. ſignific. *Mercator quis.*

3 Notandum eſt quòd quidam ſtatuunt ſequentia neceſſaria, antequàm quis dicatur mercator.

4 Primò, quod in albo ſeu matricula deſcriptus ſit. nam antequam aſſumatur in collegium, immunitatem non habet. l. ſemper. §. hoc circa. & §. hæc idcirco. ff. de iure immu. Chaſſa. in §. j. in gl. *ſi elle n'eſt marchande*, rubr. *des droits des gens mariez.* in conſue. Burg. Sed hodie hoc non recipit communis mercatorum vſus, cùm mercatores communiùs in Francia non ſoleant librum, in quo ſcribantur habere, ſi forté habeant, hoc ſeruari poterit. *Antequã quis dicatur mercator, quæ neceſſaria.*

5 Secundò requiritur, quòd exerceant artem. l. ſcriniarios. C. de milit. teſtamen. & melius probat l. ne quidam. ibidem. & l. ſemper. §. negotiatores. ibi quandiu in huiuſmodi actu ſunt. ff. de iure immunit. vnde cum ann. 1521. die vij. Ianuarij, quidam aduocatus non exercens aduocationis officium impetraſſet literas De committimus, fuit eis priuatus, & ad ordinarium quidam Perdriel conuentus remiſſus. *Exercere artem oportet enim, qui vult vti priuilegio artis.* *Areſtum.*

Si tamen ad tempus ratione infirmitatis, belli, aut alia cauſa deſtiterit, animo tamen poſteà exercendi illam artem, non deſinit nomen habere mercatoris, nec priuilegia perdit. Panor. & Feli. in proœ. Decr. Greg. in fi. & in dubio non præſumitur animus dimittendi artem. §. pauonum. in inſt. de re. diui.

6 Tertiò, quòd maiorem partem habeat fortunarum in illa negotiatione. l. nauicula. ff. de mune. & hono. l. ſemper. §. licet. de iure immu. ibi, cùm neque nauigent, neque plurimam ſubſtantiæ partem in mercatura habeant. ff. de iure immu. & in §. negotiatio. pro incremento facultatum exercenda eſt. & in rub. C. de nauic. lib. xj. Alexand. conſi. cviij. in quarto volu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maior pars fortunarum an debeat esse in minoribus.

Hodie etiam si non habeant maiorem partem, dicitur mercator, qui 7 negotiationem exercet, nisi in fraudem hoc fieret, & hoc dicunt doct. si descriptus in albo aliorum fuerit. l. si quid. in fin. ff. de ædilit. edict. in l. rogasti. col. ij. ff. si cert. pet. superius scripsi. & §. licet. loquitur in mercatore deputato ad annonam reipubli. ministrand. vt visum est de Ripa. in c. j. in fine de iud.

Ars per se exercenda

Quartò oportet quòd per se artem exerceat, non per institores. l. fin. ff. de 8 excus. tuto. quem sing. dixit Roma. sing. lxiiij. an exercens. sequitur Aret. in d. l. scriniarios. quod Alex. & alij reprobant in l. diem functo. ff. de offic. assess. col. vij. nu. 23, vbi dicunt. d. l. fi. loqui in vili officio, & nō extendi ad magnum. & sic mercatores dicuntur siue per se, siue per alios exerceant: alioqui sequeretur, quòd senio confectus, qui per se non posset exercere, non diceretur mercator, quamuis contrarium sit verum.

Mercatoribus priuilegia cōceduntur propter pericula.

Nec refragatur, quòd priuilegia mercatoribus conceduntur propter peri- 9 cula. d. l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immuni. Sed nullum subest periculum, qui per alium exercet. ego respon. quòd licet nullum subeat periculum personæ, rerum tamen contrà: & in d. §. negotiatores. dicitur, remuneranda sunt pericula eorū: quinetiam adhortāda præmiis meritò placuit, vt qui peregrè muneribus quidem publicis cum periculo & labore fungerentur, à domesticis vexationibus & sumptibus liberarentur. Cùm non sit alienum dicere etiam hos reipubl. causa dum annonæ vrbis seruiunt abesse. ecce text. loquentem de periculo non personæ tantùm, sed de omni periculo, & personæ & bonorum: ideo si qui per alios negotiationem exercent, subeunt periculum rerum, ob id etiam priuilegiis vtentur. vnde scribit Horatius: Impiger extremos currit mercator ad Indos. Ideo mercatoribus dantur priuilegia miserabilibus personis concessa, teste Inno. in c. significantibus. col. ij. de offic. deleg. quæ tradidi in artic. vltimo. in tract. de senten. prouisio. in primo Tomo constit. Reg. quod est verum in aliquibus, & donec sunt in itinere: secus si domi. vide de Ripa in c. j. in fin. de iudi.

Mercator ex pluribus dicitur actibus, nō vno solo.

Quintò, quòd plures negotiationes exerceat, nempe ex vno actu nō iudi- 10 catur quis mercator. l. j. §. licet. vbi gloss. in verb. omne. ff. de tributo. actio. & in proœ. insti. §. cúmque hoc Deo. Bald. in rubr. C. de consti. pecu. in fin. plenè Panor. & alij in c. j. de iudi. Bertach. in tractat. de gabel. in septima parte. q. xxv. † nempe nomina verbalia significantia officium, artem, vel alium 11 actum licitum, non respiciunt tantùm vnum actum, sed plures, secus si sint nomina delictum significantia, vt raptor, qui etiam ex vnico actu dicitur, & punitur, ac receptator, vt in c. final. de rapto. l. j. ff. de receptato. Bart. in d. l. legatis. & in proœ. ff. Anch. de Perus. in c. vno. de vita & honesta. cleric. in vj. Lucas de penna in l. j. col. ij. de deferro. & Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. col. vj. ff. de noui operis nunciat. † Nec prohibetur quis plures 12 mercaturas, & in diuersis rebus exercere, sed laudandus est. argu. l. legatis seruis. §. si vnus, ff. de lega iij. l. procuratoris. §. si plures. de tribut. hoc docet Bald. in tract. de constit. q. penult. & Signoro. consil. xcv. q. col. j. Et tunc debet conueniri, si agatur de re pannaria coram iudice pannorum, & decidi causa statutis illorum, si de alia materia secundum statuta illius artis. si autem negotium est extra vtramque artem, ad forum commune pertinet

Nomina verbalia quid denotent.

Plures exercere, mercēs laudabile.

cognitio.

Vsurarii mercatores priuilegia perdunt.

13 cognitio. text. in l. iij. §. eodem modo. ff. naut. caup. † sed mercator qui vsuras exercet, statim perdit priuilegia: abominabilis enim est qui vsuras committit, vt docet Bald. consil. cccl xxxij. in q. col. pen. in v. volu. plus dicens, vsurarum voracitatem in bonum virum non cadere.

4 Sextò, requiritur quòd emat, vt vendat, alioqui si semper emeret sui vsus gratia tantùm, non diceretur mercator, aliàs omnes essent ferè mercatores, quia omnes emunt sibi necessaria, si possint: mercaturam ergo sic definiuit Signo. consil. xcv. q. iij. nu. xxv. est officium, quod ratione quæstus exercetur, in rebus mobilibus comparandis, illis quoque distrahendis. ibi vide.

Mercatura quid.

Requisitæ conseruatoribus nundinarū antedictā cognoscunt inter mercatores

15 Sed tria requiruntur de communi vsu antequàm Conseruator nundinarum possit cognoscere. Primò, quòd debitum sit pro facto nundinarum factum. Secundò, quòd contractū fuerit inter mercatores frequentantes nundinas, & frequentare dicuntur etiam per institores. Tertiò, quòd solutio sit destinata ad nundinas, & hæc tria præbent conseruatoribus nundinarum ius cognoscendi, alioqui non, vt sæpius audiui in palatio iudicari. de hoc conseruatore dicitur in §. fi. in rub. de Merca. vbi cognoscit etiam contra mercatores occultantes merces, & contra receptores earum mercium, vt ibidem dicetur. possunt etiam cognoscere in dependentibus & connexis, l. si quis ex argentaris. §. rationem, & ibi Alex. ff. de edend. cle. dispendiosam. de iud. quia 16 connexorum idem esse debet iudicium, c. translato. de constit. † Inde mercatus participium dicitur emptus, nomen autem verbale mercatus significat locum in quo res venduntur, & tempus quo venduntur, l. vna. C. de nund. mercatum in neutro vtitur ius canonicum, in c. j. de empt. & vend. vbi non debent carius homines vendere transeuntibus, quàm in mercato vendere possunt.

Conseruatores nundinarū de dependentibus & annexis cognoscere possunt.

Mercatus quid.

Mercalis vxor.

17 Mercalem vxorem, venditioni expositam vocat Imperator, in l. mercalem te habuisse vxorem proponis. C. de cond. ob turp. caus.

Mercatorū scopus.

18 Et hi mercatores circa duo maximè consistunt, videlicet vt ex pecunia consequantur pecuniam, vt in cambiis. de quibus dicendum est prout in tract. de cambiis habetur, vt ex pecunia rem consequantur, seu è contracto, vt in emptionibus & venditionibus, de quibus propriè loquitur hic text.

Mercatorum duo genera.

19 Sciendum est mercatores hos in duplici esse differentia: quidam sunt, quos vocant grossarios, qui merces sine diuisione emunt, & vendunt, & hi sunt honorabiles. hos Bud. in titul. de offi. q. in annot. solidarios negotiatores dicit. ob id (vt existimo) quia solidas & integras merces vendant.

20 Alij sunt minutarij, qui res frustatim, seu minutatim vēdunt: de quo verbo loquitur iste tex. & iureconsi. in l. cùm hi. §. in causa. ff. de transi. ibi aut si à pluribus ei alimēta relicta sint, & minutatim singulos cōuenire difficilè ei sit, inferius alios tex. adducā. hos Budę. ibidē etiā vēditores & propōlas appellat, hoc est, nō sua vēdētes, sed à negotiatoribus emptitia pluris posteà vēditātes,

Nobilitas mercaturā amittitur. & quomodo postea rehabeatur.

21 Sed aduertendum est, quòd nobilis exercens mercalem artem, perdit nobilitatem, quandiu eam exercet. l. nobiliores. vbi Bald. C. de comm. & merc. Bart. & alij in l. j. de dignit. lib. xij. sed si exercitiū artis omittant, vidi impetrari literas Regias, vt nobilitate iterū gaudere possint, licet non sint multùm necessariæ, quia ipso iure reassumunt eam, desistendo, per l. ingenuum. ff. de stat. hom. & facit clem. fin. de vit. & honest. cle. Masuer. in titu. de taliis. §. item illi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui sunt nobiles. Bene confiterer aliquem de nouo nobilitatũ, si posteà exerceret negotiationem & mercimonia, debere impetrare literas, quia amissa esset sua nobilitas. Ioan. Fabr. in l. falsò. C. de diuers. rescrip. Diuersum est in eo qui ex parentibus nobilibus natus est, tũc natura produxit eum nobilem. Ideo quod est naturale, amitti non potest. §. sed naturalia. de iure natural. in inst. l. ius agnationis. ff. de pact. & l. iura sanguinis. de reg. iur & hi tenẽtur ad soluendũ collectas, sicut plebeij, teste Guido Papæ in decis. Delph. q. 196. nobiles. & q. 391. quid autem. & in hanc sententiam inclinat Calca. consi. 8. in causa. Sed hoc iure vtimur in Francia, vt passim literæ à Rege impetrentur, vt negotiatio & exercitiũ negotiationis nõ noceat nobili, qui exercuit mercaturam, & hoc docet Do. Tiraquel. in tract. de nobilit. q. 27. nec putarem hãc negotiationẽ obesse filiis, quominus nobiles dicere se possint, licet nati sunt ex nobili exercente negotiationem: vt docet Bonus de curti. in tract. suo nobi. in 3. parte. † Annotandum est eos artifices vocari, qui rem emunt, & mutata forma illam vendũt, vt si quis emat ferrum, ex quo ballistas, vel enses faciat, seu cutellos, quos posteà vendit. cap. eiiciens 88. dist. vbi sic scribitur, Quicunque rem comparat, non vt ita integrã & immutatã vendat, sed vt materia sibi sit inde aliquid operandi, ille non est negotiator: qui verò rem compãrat, vt integram & immutatam vendendo lucretur, ille est mercator, qui de templo eiicitur, & sunt verba Chrysostomi ibidem.

Artifices qui sint 22

Vnde dicantur artifices.

Vel artifices dicuntur, qui circa vilia opera negotiantur, & qui arti alicui 23
dediti sunt, vt in rub. de excusat. artifi. lib. 10. l. laicus. ff. de acqui. rer. do. & communi idiomate hos *Artisans* vocamus, *& gens de mestier, ac mechanques.* rubric. *des Confrairies*, artic. 1. & communis loquendi vsus attendi debet, qui artificum nomine veniant, vt firmat Feli. in proœm. Decretal. col. 3. nu. 9. & in §. 4. in glos. 4. de consuetud. iur. stat. pres. in consuetud. Biturig. & hi omnes mercatores minutarij ac artifices, vt aurifices, Pharmacopolæ, & alij declarantur comprehendi sub ordinatione Regis de vestimentis prohibitis. rub. *des draps d'or &c.* in fi. Sed grossarij non comprehenduntur sub mechanicis: quia mercatura si tenuis est, sordida putanda est, vt dicit Cicero 1. offic. Item opificũ ac forensium & mercenariorũ praua est vita, nullúmque virtutis opus quæ tractat multitudo. Aristot. el. lib. 6. Politi. c. 4. & lib. 8. c. 2. sic ait: Itaque artes illæ quæcunque deterius disponunt, corpus & cuncta mercenaria exercitia, sordida nuncupantur: mentem enim occupatam, & vilem reddunt. Nec existimandũ est mechanicos dictos à verbo mœchari, vt putat Florent. in prima parte summæ titul. 1. cap. 3. §. 3. quòd arte mechanica mens adulteretur. Sed ἀπὸ τῆς μηχανῆς, id est inuentione, vel ἀπὸ τῦ μηχανᾶσθαι, quod est molior & inuenio, & qui nihil aliud quàm inuenta ab aliis tractare solent, obtusioréque ingenio mechanici dicuntur. vnde generaliter serui homines vilia tractãtes & obscuri mechanici dicũtur. quare Euripides ait, δοῦλοι δὲ καὶ σποδεναὶ μηχανήματα χρείας ἀναλθῆ φάρμακα δ' ἥσσαν βροτοῖς. i. serui obscurique homines mechanici inuenti sunt hominibus, vt sint remedia illiberalis vsus & ministeri j. hinc gallicè *meschans* dictos putarem, quasi viles & contemptibiles. Et artes mechanicas opificia huiusmodi & sordidiora tractãtes, quales hæ, de quibus suprà diximus. † Et qui maiori parte tẽporis circa colendos agros versantur, licet 24
artem aliquã exerceant, artifices tamẽ nõ dicuntur, vt cõsuluit Corneus consilio.

Mechanici qui & vnde dicantur.

Agricolæ non dicuntur artifices nec amittũt nobilitatẽ.

fil. cccxviij. ex pluribus. in primo volu. & appellatione artificum non continentur agricolæ. text. in capit. quod super. de voto. ibi artifices & agricolæ. nam hi licet laborauerint in propriis possessionibus, non perdunt nobilitatem: secus in mercatoribus, vt docet Guid. Pap. in decis. Delphi. q. xlj. fuit dubitatum.

25 Et differunt hi artifices à negotiatoribus, quia negotiator & mercator propriè est, qui rem emit, & non mutata forma illam vendit, vt lucretur, artifices contrà, d. c. eiiciens. & c. quid est aliud negotium. lxxxviij. distin. hoc docet Archid. in c. quamquam. de censi. in vj. Lud. Roma. in l. si publicanus. §. ij. ff. de pub. & Bertr. consil. ccxiiij. multæ sunt. col. ij. volu. ij. ex noua edit. & do his loquitur text. in l. eos. ff. de decur. & in rub. C. neg. ne milit. libr. xij. & hi negotiatores necessarij sunt in ciuitate. l. fi. ff. de nun. Labeo iudicat eum qui pluribus in locis ex æquo negotiatur, nusquã habere domicilium: quosdam autem dicere refert pluribus locis eum incolam esse, aut domicilium habere, quod verius est. l. Labeo ff. ad muni. negotiatoris tamen verbum generalius est quàm mercatoris, vt docet Sing. Homed. consil. xcv. in iij. q. nu. 25. & inter hos artifices longa differentia est, & ingenij naturæ & doctrinæ, & institutionis. l. inter. ff. de solutio.

Negotiatores qui.

26 Vnde ingeniosus & optimus artifex propter sui operis integritatem ne alius tale suum signum recipiat, prohibere potest, ne confundantur operæ cuiusliber, & non discernatur bonum opus a malo, teste Ioan. de Platea in l. stigmata. C. de fabricen. lib. xj. & Panor. in c. dilecta. de excessib. prælat. & Bene. in repet. c. Raynut. in verbo, de Clera. de testament. & artificium potentius est officio, ex artificio quippe vberior & honestior quæstus percipitur, not. in l. legatis. §. j. ff. de leg. iij.

Insigne seu signũ alterius alter non potest accipere.

27 Et in Regno maiora quàm legistæ lucra & dona præcipiunt hoc genus hominum, vt docet Lucas de penna in l. vna. in fi. C. de muner. & in quo loco munera. lib. x. & mirum hodie quantus sit horum artificum & mechanicorum etiam apud magnates & ecclesiasticos præcipuè fauor & quæstus: multò pluris videas fieri hoc genus sordidioris famulitij latomorum, pincernarum, coquorũ, venatorum ab his (vt ita dicam) ἱεροσωσοφάγοις quàm liberiores artes, laudabiliora & necessaria reip. studia iuris diuini humanique, & iure sanè exclamare possumus, ò tẽpora, ò mores, ò fœlix seculum ingeniorum, infœlix verò præmiorum: & quia ingenio sunt mechanici, & eruditione, mechanicos quoque illos habent in pretio: graculus enim graculum (vt in prouerbio est) amat, & asinus asinum, si cultiores eruditione fiant, tales etiam diligent: sed hi non audient nos quia nihil legunt. faxint ergo superi vt excolantur, & tandem ingenia ament, non ventrem vitæ charybdim.

Artificum quæstus maior quã artium honestiorum.

Quæ tous.

GLOSSA II.

1 QVI totum dicit, nihil excludit. Là procuratore. C. mand. scripsi in tractatu de literis obligatoriis, artic. j. glos. j. in j. Tomo constit. Regiar. vbi etiam limitaui, quæ hîc non repetam per text. in §. sanci-
mus. in authent. de testi. coll. vij. vbi est etiam glos. & in l. ne quis. C. de dig. lib. xij. & Alciat. in tractatu præsumpt. fol. 180. & seq. sed vide quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

abundè ſcripſi in verbo viliſsimis,in authen.habita.C.ne filius pro patre.vbi diſtinxi artificia.

Minutarii petere debent intra tempus ordinationis.

Comprehenduntur etiam minores in hoc artic.adeò vt ſi non petant intra tempus hîc ſtatutum,repelli debeãt,tum propter verbum *tous*, tum quòd lex generalis etiam liget minores,vt probat text.in l.ſi ſine hærede.§. Lucius. vbi Bart.ff.de adminiſtr.tutor.& c.conſtiturus.de in integr.reſtit.vbi Innoc. & alij dicunt præſcriptionem inductam à ſtatuto vel conſuetudine, ligare minores.& ſic conſuluit Alexand.in conſil.lxv.quoniam.col.ij.& iij.in vj. volu.ex capite tamen ignorantiæ, ſi in locum patris,matris, vel alterius ſucceſſerint,& debita non petierint, reſtitui poterunt, vt ſcripſi ſuprà in tractat. proximo de reſtit.& releuam.

Drapiers.

GLOSSA III.

Pannarii qui.

PANNARII ſunt tam illi qui pannũ faciunt, quàm qui emunt, vt vendãt, & qui bonam partem fortunarum ſuarum in illa mercatura exercent.gloſ.in l.ſemper.§.negotiatores.ff.de iure immunit.vt ſuperius ſcripſi in j.gloſ. Alex.conſil.cviij.in iiij.vol.quem refert Bauer.in §.ſed hactenus.col.iij.de teſta.milit.in inſtit.& inferius declaratur in tract.de panna.merca.

Tamen propriè loquendo ſunt hi, qui publicè pannum emunt, & vendunt, & habent tabernam apertam omnibus emere volentibus Bar.& Rebuf.in rub.de nauicular.lib.xj.vbi dicit candelarios eos non ſolùm ſi faciant, & vendant candelas,ſed etiam ſi eas emant & vendant.

Candelarii qui.

Mercatores qui nobiliores.

Hos ergo pannarios præmiſit iſte tex.tanquam nobiliores ſint inter alios mercatores,quia lanificium dicunt prius inuentum,quàm aliam artem. Deus enim veſtes pelliceas fecit Adæ & vxori, quibus eos induit antequàm eiceret de paradiſo,vt Geneſ.iij.in fi.vnde lanificiũ vocat Floren.ſic dicens,quòd omnis operatio nendi,retorquendi,& conſuendi, quicquid ſit inſtrumento, colo,fuſo,acu,pectine,calamiſtro,& alia continentur, & ſunt in quadruplici differentia:quidam ex lana operantur vt pannarij: alij ex ſerico: alij ex pellibus,alij ex lino ſeu cannabe:& iſti omnes ſi minutarij ſunt, hîc comprehenduntur:præferuntur tamen pannarij, quia res neceſſarias faciunt,videlicet ad veſtiendum homines.alij verò ſericum ad voluptatem magis quàm ad neceſsitatem:vt docet Floren.in iij.parte Summæ,tit.viij.c.iiij.§.ij.vbi etiam lanificium quod vocat,id eſt,artem pannariam præmiſit. Sed Chaſſan.in Catalog.gloriæ mundi, in ij.parte, agricolas antepoſuit.verùm quia iſta modicl ſunt emolumenti,ea curioſis relinquo.leges pannariorum vide infrà rub.*des drapiers*, quæ erunt ex his,& ſeq.expeditæ cum his quæ ibi dicentur.

Genera quatuor lanificii.

Apoticaire.

GLOSSA IIII.

Pharmacopolæ qui.

PHARMACOPOLAE hic Latinè vocantur, qui pharmaca vendunt,quæ nos Gallicè dicimus *drogues*, vnde Iuriſconſul.dicit pharmacũ mediũ verbum eſſe,& pro veneno,& pro medicamento accipi poſſe.Ideo qui pharmacũ dicit,debet addere bonum vel malum.

malum.l.qui venenum.ff.de verb.ſignifi.vbi ſcripſi,ideo quicunque vendiderit pharmaca, hic pharmacopola vocatur, Gallicè *Apoticaire*, & oportet quòd intra ſex menſes petat,alioquì excluditur,vt hîc.

Et ſub hoc verbo puto etiam comprehendi vendentes aromata & ſpecies minutatim,quos Gallicè vocamus *Eſpiciers*.vide rub.infrà,*des eſpiciers & eſpiceries*.vbi leges iſtorum ponuntur, quæ ibidem poteris videre, quia non egent expoſitione: & per iſta elucidatur ille titulus *des eſpiciers & eſpiceries*.

Venenum non debet vendi.

Et iſti pharmacopolæ non debent aliquibus vendere venenum propter periculum vitæ hominum.l.iij.ff.de falſ. Sed de conſilio & conſenſu medici poteſt ipſum venenum diſponi,vt miſceatur, ſicut in ord. Ioan.habetur deſcriptis in libro viridi.alia de his dicam in l.qui venenum.ff.de verbo.ſignifi.

Medici & chirurgi cõ prehendũtur ordinatione.

Idem in medicis & chirurgis ſtatuitur in ordi. Carol.Impe.vt poſt duos annos petere ſalarium non poſsint.

Viſitanda ſingulis annis pharmaca.

Si vis videre multa de his pharmacopolis & de mercib. & ſpeciebus,& de taxationibus earũ,vide in rub.*de l'impoſition foraine*.verſic.*eſpiceries*,poſtquàm videris tex.in l.fi.§.diui.ff.de public.& bonũ eſſet,quòd duo probi viri conſtituerentur,qui ſingulis annis omnia viderẽt pharmaca,vt ſcribitur in conſt. Neap.lib.iij.in rub.de prob.experientia medico.c.vlt.ne corrupta darentur.

Boulengiers.

GLOSSA V.

Piſtores qui dicantur.

PISTORES veteres à pinſendis granis frumenti,non molitores, ſed quaſi pinſitores vocabant. Luc.de pen.in rubr.C.de piſt.lib. xj.ſed hîc intelligimus de his qui panes vendunt.l.ſi ita ſcriptum. ff.de fun.inſtruct.& in l.j.ff.quod cuiuſque vniuerſit nom.& hi ſunt qui merces eſculentas vendunt, videlicet panem.qui ſi intra ſex menſes debita ex hac cauſa contracta petere omittant, poſtea nõ poterunt per hunc text.*boulengiers*.Et hi,vt refert Plin.lib.xviij.c.xj.non fuerunt Romæ ad Perſicum vſque bellum annis ab vrbe condita quingentis octoginta:ſed ipſi Quirites panem faciebant,mulierúmque id opus erat,ſicut etiam adhuc in plurimis regionibus,maximè in pagis linguæ Occitanæ,quæ mulieres panificæ dicuntur,& factura panificium,hæc Crapal.lib.v.c.iiij.refert. Etiam continentur hi qui vendunt panem, licet non faciant, cùm ſit eadem ratio in illis, vt dixi in gloſ.iij.ſuperius.

Piſtores Pariſius panes externis vendere non poſſunt per reuenditores.

Item piſtoribus externis fuit prohibitum ne Pariſ.panes ſuos vendant per reuenditores,ſed per ſeipſos,ſub pœna confiſcationis panum, ne carius panes ab iſtis reuenditoribus vendantur in reipublicæ perniciem.

Officia nõ pretio vel gratia obtinenda.

Vltimò,notanda eſt l.vna.C.de piſt.lib.xj.prohibẽs,ne quis piſtor,vel alius accipiat dignitatem gratia, vel pecunia, alioquì exuti dignitate,viginti libris auri mulctantur,& ad priſtinum ſtatum redire compelluntur,nec reſcriptum valet talia remittens, quæ lex vtinam obſeruaretur, & princeps emeret doctos & prudentes,& non venderentur officia in reipublicæ perniciem.

Paſticiers.

GLOSSA VI.

Fartores & dulciarii qui dicãtur.

ETI Latinè fartores, ſeu dulciarij piſtores vocari poſſunt, qui inſititia farcimina faciunt,de quib. Martial.in fi.ſic ſcribit:

Mille tibi dulces operum manus iſta figuras

Universidad de Deusto
Biblioteca

Extruet: huic vni parca laborat apis.
Surgite, iam vendit pueris ientacula pistor,
Cristataeque sonant vndique lucis aues.

Sunt qui dicant Heliogabalum Imperatorem primùm farcimina de piscibus excogitasse: vt Crapal. lib. 1. de partib. ædium, lib. 4. refert. Etiam Paris. fuit prohibitum his, ne vltra vnũ diem farcimina custodiant, quia facilè corrumpi solẽt, nisi sint ex venatione facta: illa enim possunt longius custodiri, sed hodie vt dicebat Musonius in lib. de alim. vsque adeò delicatũ est, & ingluuiei deditum nostrum seculum, vt sicut musicæ & medicinalis artis, ita etiam culinariæ extent cõmentarij: qui gulam deliciis titillare docent, sanitati nocent: hinc fit, vt qui ferculis deliciantur, longè minùs salubri valetudine fruantur. sunt aliqui delicatuli prægnantibus mulieribus non dissimiles. nam & ipsi, velut illæ, familiarissimos cibos fastidiunt ore ventriculi corrupto: itaque vt ferrum inutile acie noua semper eget, similiter & illorũ stomachi inter edendum acui nunquam non postulant siue mero, siue aceto, siue acerbo aliquo condimento: ideò ita sentiebat circa cibum, & potum initium & tanquam fundamentum ad rectè sapiendum esse continentiam.

Farcimina vltra diem custodire Parisius prohibitum est.

Delicatuli hic taxantur.

Serruriers.

GLOSSA VII.

HI namque fabri ferarij à fera dicti sunt, qua admota ostia clauduntur, vel fabri ferrarij à ferro: & hic comprehenditur omnis faber ferrarius, siue operetur in ære, vt Caldarius, vel si eam panas faciat, & sic minutatim vendat, vel alia ex ære, aut ferro: quamuis communi vsu loquendi nomine *des serruriers* non veniant *mareschaux ou chauderonniers, coutelliers, esperonniers.* tamen quia in fi. scribitur, Et *autres gens de mestier.* ideo hîc comprehendentur saltem ratione generalitatis. Et ideo debent etiam ipsi petere intra sex menses, vt hîc, & alij etiam artifices metallorum, de quibus in rub. C. de Fab. lib. 11. & idem in signariis qui signa. i. figilla faciunt. l. 1. C. de excu. artifi. lib. 10. Etiam putarem hîc contineri aurificem, siue vascularium, & fabrum aurarium, quem vulgus *orfeure* vocat, vnde hic non petens intra sex menses posteà non recipietur. scribitur Eccles. 38. c. sic omnis faber & architectus, qui noctem tanquam diem transigit, qui sculpsit signacula sculptilia, & assiduitas eius variat picturam, sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, & consyderans opus ferri, vapor ignis vrit carnes eius, & in calore fornacis concertatur, vox mallei innouat aurem eius, & contra similitudinẽ vasis oculus eius, cor suum dabit in cõsummationẽ operum, & vigilia sua ornabit imperfectionẽ. Legimus Martium Imperatorẽ fabrum fuisse ferrarium antequàm imperaret, & epistolam vidi, in qua se excusat. & per hæc erit expedita rub. *des orfeures, merciers & ioyauliers,* suprà lib. 2.

Fabri ferarii intra sex menses debita petant.

Aurifex cõtinentur.

Chaussetiers.

GLOSSA. VIII.

CALIGARII sutores sunt, qui caligas seu tibialia faciunt, & suunt, & olim ista apud veteres non erant distincta nomina sicut nunc. Ideo pro integris caligas vocat Bayfius in annotat. ad l. vestris. ff. de auro & argent. leg. licet etiam alio modo capian

Caligarii sutores.

piantur, vt elucidaui in l. vestris, ff. de verborum significatio.

Tauerniers.

GLOSSA IX.

TABERNARII ergo, caupones & hospites intra sex menses petant symbolum, vulgò *l'escot.* Et alia debita ratione cauponæ & tabernæ meritoriæ facta per hunc text. de his videre est. ff. naut. cau. stab. & ff. furti aduer. nau. cap. Et de tabernariis in l. si seruus seruum. §. tabernarius. ff. ad l. Aqui. & hi sunt, qui poculentas merces maximè vendunt: & isti solent excedere metas rationis in exigendo, sicut notarij. c. statutũ. §. notariũ. de ref. lib. 6. & ex his multi sunt fures, & furũ receptatores, l. 1. ff. naut. caup. stab. sũntque rapaces secundũ Bal. in l. 1. in fi. C. loc. & Ang. in l. j. in fi. ff. furti aduer. naut. vbi inquit, Videmus paucos hospites diuites, & eorũ diuitias modicum durare, & in mẽdaciis nõ iustificabũtur. vnde Alex. in l. 1. C. de eden. ait, quòd naut. caup. stab. & publicanus sunt genus improbũ. l. quantæ. de publ. & d. l. 1. & ideo ad similitudinẽ vsurarij tenentur edere, licet sint rei. allegat Bal. in l. dissolutæ. ff. de cond. ex lege. alia vide in titu. de hospitibus, vbi aliquas huic materiæ accommodas conclusiones scripsi.

Tabernarii & hospites plus debito exigunt.

Couſturiers.

GLOSSA X.

SARTORES sunt, qui vestimenta faciunt. & est bonum argumentum, est sartor, ergo fur. allegatur glo. in verb. siue ipse. in §. si tamen. inst. de rer. diui. quã ad hoc ponderauit Cors. in singu. inci. cõditio personæ. quæ parũ tamẽ probat, nisi hoc doceat experientia. Idẽ agumentũ vulgus format in molitore, seu pollinctore: hi enim seruãt glo. in §. si tres. de pac. ten. & eius violat. dicentem beatus qui tenebit. Ideo ipsi accipiunt & tenent vehementer. vide in ordin. Paris. rub. *des meusniers & chartiers:* vnde sartores & sutores qui non petunt vestium mercedem seu salarium intra sex menses, posteà petere non poterunt, nisi in casibus inferius descriptis. vide salarium eorum taxatum in l. 3. C. de milit. test. lib. 12. Ias. in §. tripli. nu. 53. de act. in insti. idem dicerem in faciẽtibus thoraces, quos *pourpointiers* dicimus, vt etiam in hac cõtineantur ordinatione, si minutatim vendant, & quidam hanc negotiationem sagariam vocant, & hos vendentes & facientes sagarios, in l. cùm duobus §. quidam sagarium. ff. pro socio. Et in sarcinatoribus etiam procedet hæc constitutio per verbum sequens, & *autres gens de mestier.*

Sartores qui & an fures sint.

Sagaria negotiatio.

Cordouanniers.

GTOSSA XI.

SVTORES nomen est generale, & ad sartores, & ad sutores calcearios, tamen proprius refertur ad calcearios, quòd ipsi soli pilis suis & porci vtantur: vnde eos ita dictos quidam arbitrantur, quòd suum pilis vtantur, id est porcorum.

Et puto hîc Cerdones comprehendi ratione generalitatis, quia vulgò cerdonem dicimus *Sauetier.* l. cerdonem. ff. de ope. libert. Et dicit Carol. Bouil. in libr. de differ. vulgarium linguarum *cordouannier* dicẽdum per u, vocalem, idest cerdo, & Alutarius, non à corio, sed Corduba Beticæ Hispaniæ vrbe pendet, quia ab ea vrbe deportari ad cæteros solent pretiosi corij

Sutores qui propriè sint.

Cerdones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpecies, quod vulgò à Corduba vocamus *Courdouen*, per u. vocalem. vnde cerdones, quaſi cordubones.

Celliers.

GLOSSA XII.

Ephippium & ephippiarii.

EPHIPPIVM ſella dicitur, quæ equis ad molliorem vecturam imponi, & mulis ſolet, & qui has ſellas faciunt, & vendunt, dicuntur Ephippiarij, & hic exprimuntur, qui ſi non præſente pecunia Ephippia, vel alia equorum ornamenta vendant, & non petant intra ſex menſes, amplius non recipiuntur, per iſtum text. & qui prius equum aſcenderit, dicunt fuiſſe veteſtitiſsimum quendam nomine Marin, cuius antica corporis humana prorſum viderentur, poſtiqua verò equina omnino: ſi Cælio credatur lib. 5. c. 45.

Equũ qui primus aſcẽderit.

Bouchiers.

GLOSSA XIII.

Laniones an priuilegiis gaudeant.

CARNARIOS ſeu laniones ius canonicum vocat macellarios, & non gaudent priuilegiis clericorum, ſi moniti non deſerant illud officium poſt annum. c. vno. de vit. & honeſt. cler. in 6. cle. 1. eod. tit, vnde poſſunt conueniri etiam in perſonalibus coram iudice ſeculari in hoc Regno, quia clerici negotiatores & mercatores in his quæ ad negotiationem ſpectant, coram iudice conueniuntur laico. c. ſacerdotibus. ne cler. vel mona. & ita cenſuit ſenatus contra Io. *d'Auuergne* clericum lanionem, qui emerat animalia, & ad pretium horum conueniebatur, anno 1431. die 5. Aprilis. & hoc probat Aufre. in tract. de poteſta. ſecul. in 2. reg.

Areſtum.

Et autres gens de meſtier.

GLOSSA XIIII.

Lignarii fabri, quadrigarii, & plauſtrarii.

VT SVNT lignarij fabri, quos vulgus *Charpentiers* vocat, ſiue ſint quadrigarij, vel plauſtrarij, qui faciunt quadrigas, & plauſtra: de quibus in l. ſi ex plagis. . in cliuo. ff. ad le. Aqui. & quandoque vocantur carpentarij, qui carpenta faciunt, & vendunt. vnde Ouid. lib. 1. Faſto.

Lecticarii, pictores ſtatuarii, marmorarii, arcarii, clauiculariis ſtructores, ſculptores, ſignarii, de auratores, albini, argẽtarii, diathretharii, ærarii, fuſores.

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant,
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Carpentum quaſi Carmentum, à Carmenti, Euandri matre.

Idem in lecticariis, qui faciunt lecticas, vt in l. ſi ex toto. in fin. ff. de leg. 1. hodie frequens eſt lecticarum apud mulieres vſus, imò abuſus. Nam ſunt quædam domicellæ fatuæ, quæ pedibus ire poſſent, & lectica vehi volunt in deſtructionem bonorum mariti, & dedecus illarum, cum ad eas non ſpectet.

Item hîc comprehenduntur pictores, ſtatuarij, marmorarij, arcarij, clauicularij, ſtructores, ideſt ædificatores, ſculptores, ſignarij, deauratores, albini, argentarij, diathretharij, ærarij, fuſores, gypſarij, lignarij, fabricarij, bracarij, perticarij atque libratores, figuli, aurifices, vitriarij, plumbarij, ſpecularij, eborarij,

eborarij, pelliones, fullones, dealbatores, & alij nominati in l. 1. C. de excuſ. artifi. lib. 10. ſi ſic minutatim vendant non præſente pretio. idem in tibicinibus & mimis, vt intra ſex menſes etiam ſalarium petere habeant, alioqui præſcribitur contra eos.

Tibicines ſalarium intra ſex menſes petere debent

Idem in ſarcinatoribus, quos vulgò vocamus *reuendeurs*. idem vidi ſeruari in Pilearijs, ſiue ſint, vt vulgus vocat *bõnetiers*, ſiue *chapeliers*. Solearios, id eſt eos qui ſoleas faciunt, ab hac conſtitutione non excludemus.

Sarcinatores. Pilearii.

Idem in reuenditoribus etiam fructuum, vel aliarum rerum: vt hoc tempus eis currere debeat, quos ex communi vſu loquendi vocamus *frutiers*, & in hac deciſione comprehenduntur. l. à nullo. C. de feriis.

Reuenditores fructuũ.

Sericarios mercatores, qui ſericum minutatim vendunt, etiam hîc comprehendi arbitror, per hoc verbum, & *autres gens de meſtier*, etiam quia eſt eadem ratio in illis, vt dixi ſuprà in glo. 3.

Sericarii.

Idem in bibliopolis puto, quos librarios dicimus, & aliis, qui ſic minutatim vendunt, & ſic videtur velle comprehendere omnes artifices, quia indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. & c. generali. de elect. in 6. & ſcribitur Eccleſiaſti. 38. cap. Omnes hi in manibus ſuis ſperauerunt, & vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt, ſine his omnibus non ædificabitur ciuitas, & non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in eccleſiam non tranſilient, ſuper ſellam iudicis non ſedebunt, & teſtamentum iudicij non intelligent, neque palam facient diſciplinam & iudicium, & in parabolis non inuenientur.

Bibliopolæ intra ſex menſes debita petant.

Et marchans vendans, ou diſtribuans leurs denrées & marchandiſes à detail.

GLOSSA XV.

Minutatim.

HIC comprehendit omnes mercatores minutatim vendentes. Minutatim, hoc verbo vſus eſt Iuriſconſul. in l. cum hi. §. in cauſa. ff. de tranſactio. & in l. 3. de alimen. & cibar. leg. & in l. Martius. de acqui. rerum domi. & hi minutatim ſiue fruſtulatim vendentes hîc comprehenduntur. Gloſſarij verò mercatores non continentur, quia loquendo de minutariis, excludit groſſarios. per l. cùm prętor. ff. de iud. c. nonne. de pręſumptio. ergo intra tempus iuris, id eſt intra triginta annos ipſi debita petent.

Fruſtulatim.

Et ſic tria ſaltẽ hîc requiruntur. Primò requiritur quod ſit artifex *gens de meſtier*. Secundò quòd emat & vendat, & ſic vt ſit mercator, & negotiator. Tertiò quôd minutatim vẽdat & diſtribuat artificium ſuum, vel merces, vt ſequitur.

Tria hîc requiſita.

Et cùm locatores equorum dicantur quo ad hoc mercatores per Bart. in l. legatis ſeruis. ff. de leg. 3. ob ſib comprehenduntur hîc.

Locatores equoriũ comprehenduntur hîc.

Demanderont doreſnauant ſi bon leur ſemble.

GLOSSA XVI.

Petere quis noncogitur.

TENENTVR ergo hi minutarij intra ſex menſes petere, ſi velint conſequi debitum. quia ſi non videatur eis bonum, poſſunt non petere: vt ſi fortè quendam nobilem offendere timerẽt, non tenentur petere: ſed poſt tempus non recipientur vt hîc, ſed non vult eos cogere, vt agãt, cùm nemo cogatur ad factum. l. ſiquis. in fi. ff. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

re iud. & l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb.oblig. & in titulo, vt nemo inuitus agere vel accuſare cogat.

Petitio ſine litis conteſtatione an valeat.

Sed an petendo teneantur litem conteſtari, aliàs poſteà non audiantur, quod videtur: quia petere non dicitur quis ante litem conteſtatam, ſed petere velle. l. amplius. ff. rem rat. hab. ideo per ſolam citationem & libelli oblationem non videntur petiſſe: ſed contrarium eſt verum: nam in præſcriptione ſtatuaria per ſolam citationem interrumpitur præſcriptio, quia inducitur ex ſola negligentia non petentis, ideo cenſetur odioſa: & ſic per ſolam citationem interrumpitur, vt docent Bart. & Ang. in l. 2. §. ſi rem. ff. pro empt. l. in omnibus. in fin. ff. de diuer. & tem. præſcr. Et ſic idem videtur ſicut in præſcriptione 30. ann. l. cùm notiſsimi. C. de præſcr. 30. ann. & iſtam dicunt communem Alex. & Iaſon in l. fi. ff. de eo per quem fact. erit. quia præſcriptio inducta per ſtatutum ſuccedit in locum præſcriptionis triginta annorum, ob id ſapere debet eius naturam. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſiquis cau. Bal. in l. fin. C. de temp. in integ. reſt. pet. & Fel. in c. illud. col. 2. de præſcrip. Nec obeſt verbum petere, & d. l. amplius, quia dum verbum petere refertur ad eum, qui ex petitione acquiri debebat, vt hîc, tunc habet locum etiam in petitione extra iudicium. l. ſi decem cùm petiero. ff. de verb. obli. Sed ſi referatur ad eum, qui ex petitione debet obligari, tunc requiritur litis conteſtatio, per d. l. amplius. ita docet Clau. de Seycel. in l. naturaliter. col. pe. ff. de vſuc. & ſic quo ad iſtum text. ſufficiet etiam interpellatio extra iudicialis, per gloſſ. in l. qui fidem. ff. de tranſ. & inferius dicetur, Io. Franc. plenè in tract. de præſc. in 3. parte ſextæ partis. q. 1. ſecundæ ſpeciei, amplia. 2. col. 36. hoc diſcurit: tu illum videto.

Petitio etiã coram iudice incompetenti ſufficit.

Imò etiam petitio facta coram iudice incompetenti prodeſſet quo ad interrumpẽdam hanc præſcriptionem, per tex. in l. vbi abſunt. cum ſimil. ff. de tut. & cur. dat. ab his. Ang. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. li. 12. & Iaſ. in l. vl. in fin. ff. de eo per quem fact. erit. quia vbi non requiritur citatio, ſi interueniat & inepta, non vitiatur actus. gloſſ. in l. vinum. in glo. vlti. ff. ſi cert. pet. vbi addidi, & Bar. in l. accuſaturus. de adult. Bauer. in §. parer. col. 9. de teſt. in inſt. & Iaſ. in §. omnium. nu. 166. de act. in inſt. ſed hîc ſufficit extraiudicialis etiam petitio, ergo &c. Et ita cenſuit hic ſenatus contra D. *de la Roche Chandin* Andega. citatum coram iudice de Saumur, intra 30. annos, licet non fuerit eius iuriſdictionis, tamen hæc citatio quo ad interruptionem fuit recepta, licet eſſet nulla, anno 1515. die 17. Iulij, ſic & in hoc caſu dicemus.

Arreſtum.

Petitio extra domicilium an fieri poſsit.

Etiam ſi petitio facta fuerit in alio loco, quàm domicilij, dicit Io. Franciſ. in d. tract. præſcr. in 4. amplius. de interruptione ciuili, & allegat corruptè Bal. non curo referre: licet in obligato ad hoc vt executio in eum fieri poſsit, debeat petitio fieri domi, & non extrà, vt ſcripſi in §. 2. de liter. oblig. in 1. Tomo conſt. Regiar. nu. 68. & ſeq.

Debitamercium intra ſex menſes peti debent non aliter.

Inſuper non habebit locum iſte text. in contractibus factis in aliis rebus, vtpotè ſuper domibus, vel aliis rebus immobilibus. Nec de factis antequàm eſſent mercatores, quia hic text. loquitur de mercatoribus & artificibus: ideo oportet quòd ſit talis qualitas, nam qualitas iuncta verbo, debet intelligi ſecundũ tempus verbi. l. Titius. ff. de teſt. mi. Sic conſuluit Cum. conſ. 146. Simon Helias, col. 2. ideo debita ſuper mercibus vel operis ſunt intra ſex menſes petenda. ſecus, ſi ex aliis procedant actibus, niſi vt inferius dicitur in gloſſ. ſeq.

Payement

Payement de leurſdites denrees, ouurages, marchandiſes par eux fournies dedans ſix mois.

GLOSSA XVII.

12 INTRA igitur ſex menſes petere debent, poſteà repelluntur: & duo hîc dicũtur, quòd opifices petere debent ſolutionem eorum, quæ fecerunt, & quæ tradiderunt. vnde ſi ſutores fecerint caligas ex panno meo, vel faber quicquam ex meo ferro, vel lignarius ex meo ligno, & non petierit ſolutionem intra ſex menſes, poſteà non audietur. nec quidem ſi ex ſuo panno caligarius mercator mihi tradiderit tibialia, & non petierit ſibi ſolui, vel ſi mercator pharmacopola, vel alius plures merces mihi tradiderit, intra ſex menſes hoc petere debet: alioqui poſteà non audietur. Ratio videtur, quia iſti artifices & mercatores interdum etiam facta eis ſolutione petebant ab hæredibus debitorum, vel hæredes etiam mercatorum petebant à debitoribus poſt multum tempus: ob id debitor memoriam non habebat ſolutionis, vel eam probare non poterat, quia longum tempus obliuionem parit. l. peregrè. ff. de acqui. poſ. vel hæredes ignorabant ſolutionem factam: ideo ſæpius exigebatur bis debitum, quia hi qui in alterius locum ſuccedunt iuſtam ignorantiæ cauſam habent. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. vel fortè ignorari ſolutionis nolentes litigare ſoluere malebant: quamobrem fuit ſtatutum vt artifices, & alij mercatores minutarij intra ſex menſes petant debita, intra quod tempus facile erit reminiſci: nec creditor poterit ſic fallere debitorem, vel eius hæredes.

Petitio data & facti.

Ratio conſtitutionis.

Imperator tamen Carolus quintus ſtatuit vt intra duos annos petant, alioqui poſteà actionem non habebunt. ſcribo ordinat. illius in tract. de famulorum ſalariis, vbi eſt conſcripta ad verbum.

A conter du iour auquel ils auront baillé, ou liuré la premiere denree ou ouurage, enſemble ce qu'ils auront baillé, ou liuré depuis iceluy iour, dedans ſix mois.

GLOSSA XVIII.

Sex menſes quomodo cõputari debent.

QVIDAM intelligunt verba huius tex. hos ſex menſes computandos à die quo primas tradidit merces, etiam ſi poſteà vſque ad ſex menſes alias tradat, tamen omnes merces traditæ à principio vſque ad ſex menſes, etiam ſi die vltimo ſex menſium tradiæ fuerint, quod præſcribuntur: & hoc eſſet ſatis rigoroſum.

Alij rectiùs mea ſententia intelligũt, quòd prima merx præſcribatur à primo die traditionis, & aliæ conſequenter traditæ intra ſex menſes pro eadem valetudine, ſed ſi pro alia valetudine aliæ merces poſt ſex mẽſes traditæ ſunt connumerando ſemper à die traditionis mercis, requiritur alia ſex menſium præſcriptio. vnde intelligerem iſtũ tex. quod ſi pharmacopola pharmaca tradiderit valetudinario vſque ad tres menſes, ſemper pro eadem valetudine continuando, tunc aliis tribus finitis menſibus nulla erit præſcriptio, ſed ſex menſes requirũtur ab vltima traditione. Si verò noua ſuperuenerit ægritudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

poſt primam finitam, quanuis præſcripta ſit prior ſumma poſt ſex menſes, tamen ſecunda non præſcribetur, niſi à die ſecundæ valetudinis & traditionis vltimæ elapſi fuerint alij ſex menſes: quia tot ſunt debita, quot ſunt valetudines. arg. l. ſcire. ff. de ver. obli. Secus ſi continua & longa fuerit prima infirmitas, quia tunc prima dies ad vltimam refertur, vt non currat præſcriptio niſi à die vltimæ mercis traditæ.

Secundò vult etiam habere locũ, licet artifex nihil dederit, ſed rãtùm opus fecerit, ibi, *ouurage*, vnde ſi latomus, vel Gypſarius, ſeu alius artifex aliquid in domo fecerit, & non petat intra ſex menſes pretium artifici, excludetur, vt hîc, de quo dixi in l. nominis. §. opere. ff. de verb. ſig. quod eſt notandum.

Et leſdits ſix mois paſſez, ne ſeront plus receus à faire queſtion ne demande de ce qu'ils auront fait, fourny, ou liuré dedans iceux ſix mois.

GLOSSA XIX.

Quæſtion & demande ſufficit.

PER iſtum tex. patet hoſce mercatores non recipiendos ad petendum pretium poſt dictum tempus, nec in iudicio, nec extra iudicium. quia *queſtion* intelligitur hîc, ſcilicet non recipiendam partem quocunque modo controuerſiam moueat etiam ante litem conteſtatam: vt docet gloſſ. & doct. in l. qui fidem. ff. de tranſact. *par demande* intelligit text. petitionem aliquam non eſſe faciendam ſaltem in iudicio, de quo per Bart. in l. amplius. ff. rem ratam hab. Iaſ. in l. licet. C. de proc. & inferius fuſiùs dicetur.

Sinon qu'il y euſt arreſt de conte.

GLOSSA XX.

Regula tex.

REGVLA exgo ſuperius poſita eſt, quòd mercatores minutarij & artifices non audientur petentes debita eorum poſt ſex menſes, & hæc regula ſuperiùs longius producta fuit, ſed mox retinaculis quibuſdam ſiſtetur, vt in ſimili dicit iuriſconſul. in l. 1. §. veteres. ff. de acqui. poſſ. 1

Poſt cõcluſum debitũ triginta anni dantur.

Primò, limitatur hîc, quando iam computatum fuerit, & concluſum quantum debeatur, & dati acceptíque ratio conſummata. Et tunc etiam poſt hos ſex menſes poterit agere, ſed intra quot tempus, hîc non exprimitur. Ideo dicemus prout de iure: nam actiones perſonales durant vſque ad triginta annos. l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcr. 30. ann. Et idem in ſequentibus caſibus dicendum erit, ergo non ſufficit conuentio ſeu pretij taxatio, vt ſi hodie recipias carnes vſque ad decem ſolidos, cras plus vel minus, ſi non fuerint iſtæ ſummæ computatæ & concluſæ inter debitorem & creditorem, præſcribitur hæc ſumma per ſex menſes, poſt concluſas autem rationes & diſpunctas non. 2

Error calculi allegari poteſt.

† Poſſet tamen poſt hanc computationem allegari error calculi, ſi interueneret, per l. vnam. C. de errore calcul. & intra quod tempus, abundè ſcripſi in l. cognoſcere. §. 1. ff. de verb. ſign. 3

An ſcriptura debiti cõcluſi neceſſaria ſit.

Quæro an in hac computorum concluſione ſcriptura interuenire debeat? Imber. in inſt. for. libr. 1. putat ſcripturam neceſſariò adhibendam, tum quòd poſterioris legis interpretatio ex priore aſſumi debeat. l. non eſt nouũ. ff. de legib. tum 4

gib. tum quòd ſi teſtimoniis res probanda eſſet, plus in probatione conſumeretur, quàm huiuſmodi minutior rerum valor conſtaret. Hæc ille: ego verò teneo ſufficeret concluſum computum verbo, dummodo poſsit probari: quia actus tantũ valet ſine ſcriptura, quantũ cum ſcriptura. l. pactũ quod bona fide. C. de pact. & regulariter non requiritur neceſſariò ſcriptura, niſi hoc in lege dicatur. l. j. C. de iure emphyteo. c. j. in fi. de cenſi. lib. vj. & ſi Rex hoc voluiſſet, dixiſſet in c. ad audientiam. de deci.

Nec refragatur, quòd interpretatio ex pxiore aſſumi debet. Reſpon. §. ibi. præcedens non ſtatuit interpellationem debere eſſe ſcriptam, ſed ſufficientem ibi, *interpellation ou ſommation ſuffiſante*, ergo non requiritur quòd ſit ſcripta, ſed vult vt conuentio domini facta cum famulo ſit ſcripta. id eſt locatio & conductio, vt patet in titulo, de famul. ſala.

Interpretatio quando ex lege priori ſit aſſumenda.

5 Nec rurſus obſtat, quod debeat aſſumi interpretatio ex lege priori, dico non poſſe ſumi, quia ex diuerſis non ſit bona illatio. l. ſi. ff. de calum. c. inquiſitioni. de appell. etiam quando eadem lex eſt diuiſa per paragraphos non refertur vnus. §. ad alium. c. vno. vbi gloſſ. de poſtula. prælato. in ſexto. & gl. in clemen. j. de ſepultu. Item ſequeretur ibi iuris correctio, vt videlicet ius corrigeretur in interpellatione, quæ de iure valet ſine ſcriptura, etiam quia illa clauſula *par eſcript*, poſita in dicto articu. eſt ad qualificandum vnum articulum conuentionis & obligationis, vt debeat eſſe ſcripta, & tunc non refertur niſi ad illud capitulum. l. falſum. in principio. ff. quando dies legat. cedit. Bart. in l. fin. de rebus dubiis. Alexand. conſilio 48. viſis. colum. penul. in primo volu.

6 Item non obeſt, quòd in probatione plus conſumeretur, quàm rei valor eſſet: quia in prima citatione poterit ad iudicem pars teſtes ducere, qui deponent concluſum eſſe computum, imò ſcriptura aliquando plus aſcenderet, quàm res valeret, vt in authen. niſi breuiores. C. de ſentẽ. ex breui. recit. Vnde patet ſufficere probare concluſum eſſe debitum, & tunc non præſcribitur ſex menſibus quomodocunque probetur, ſiue per teſtes, ſiue per ſcripturam, vt non coanguſtetur probatio. l. quoniam. C. de hæret.

Chirographũ ſex mẽſiũ præſcriptionem impedit.

7 Secunda limitatio eſt, quòd ſi debitor chirographum creditori tradiderit, non præſcribetur poſteà debitum per ſex menſes, & chedula comprehendit etiam epiſtolam, iuxta l. publia. §. fi. ff. depoſiti. Vnde ſi quis mitteret epiſtolam Pharmacopolæ, ſeu minutario, in qua rogaret eum, vt paululum expectaret debitum decem librarũ pro illis pharmacis, quæ ipſi præſtitit, tunc non puto quòd præſcriberetur intra ſex menſes. de his plura ſcripſi in tract. de chirograp. & ſchedul. recogni. in primo Tomo ordina.

Ordinatio Caroli quinti Imperatoris de petendo Chirographario debito.

8 Idem præcipit Imperator Carol. 5. in ſua ordina. ſed plus ſtatuit, quòd hic creditor ratione chirographi intra decem annos petere tenebitur à principali debitore, qui ſi mortuus fuerit, intra duos annos à ſuo hærede, alioqui poſteà non habebit actionem creditor, & computantur illi duo anni à die quo creditor ſciuit debitorem eſſe mortuum: vt inferius in tracta. de famul. ſalar. deſcribo. in prin. ſed in regno Franciæ vſque ad triginta annos recipe retur, cùm contrarium non ſit ſtatutum.

Ou obligations.

GLOSSA XXI.

Obligatio pro instrumento publico.

OBLIGATIONS hîc vocat instrumentum publicũ, in quo obligatur pars ad dandum, vel faciendum, & Imperator in sua ordinatione vocat *lettres obligatoires*, quia ex his instrumentis solent obligationes produci. c. j. & ij. de fide instru. de hoc scripsi in tracta. de liter. obligato. in verb. *obligations.* in primo Tomo constitu. Regia. Et ista est tertia ad regulam limitatio, & per istum text. etiam audiui decidi contra quẽdam, qui latomo promiserat quinquaginta aureos, vt ipse ei faceret domum, & ad hanc summam se obligauerat, quòd licet latomus non petierit debitum intra sex menses, non est excluſus, sed poterit posteà petere intra triginta annos, postquàm adest obligatio, id est instrumentum obligatorium, per istum tex.

Notarius apostolic. an possit in strumẽtum reficere.

Intelligo istum tex. siue obligatio fuerit cõscripta à notariis Regiis, siue ab apostolicis. Nam quanuis hi potestatem non habeant obligandi, vt executionem habeat illorum instrumentorum, vt scripsi in §. 2. de lite. obliga. in primo Tomo: secus est tamen quo ad obligationem de qua hîc, & quo ad prohibitionem.

Ou interpellation.

GLOSSA XXII.

Interpellatio quid.

INTERPELLARE est admonere, petere, requirere, l. magnum. C. de contrahend. stipul. vbi Imperator exponit. facit l. sine l. mora. ff. de vsur. & l. traiectitiæ. de act. & obli. scripsi abundè in l. habere. ff. de verb. sig. & intelligitur hæc interpellatio extra iudicium, vt differat à verbo seq. vbi exprimitur *iudiciaire.* Et sic sufficit, si petitio etiam extra iudicium facta fuerit coram notario fortè & testibus, ac etiam coram testibus, dummodo probari possit factam fuisse. Vel intelligi potest de interpellatione iudiciali referendo ad sequentia. l. si

Interpellatio extra iudicialis sufficit.

seruus plurium, in fi. de lega. j. ff. & sic quòd sola interpellatio iudicialis valeat, non altera, vt dicit Imber. in insti. foren. lib. j. §. cæterum. Sed primæ acquiescerẽ sententiæ: Tum quòd hæc præscriptio est inducta tum ad euitandum fraudẽ creditoris, ne cogat bis soluere. Et sic vt excludat causam peccati. Tum etiam in negligentiã suam, nec potest dici creditor negligens, quando petiit in iudicio, vel extra. Ergo non curet præscripio, etiam si interpellatio extra iudicium facta fuerit: alioqui tex. iste esset superfluus, & repeteret. idem valet *interpellation iudiciaire, & sommation*, sed voluit intelligere interpellationem extraiudicialem, & summationem iudicialem. Nam postquàm hîc approbat conuentionem partium, & cõclusionem, multò fortius valere debet interpellatio extraiudicialis, etiã quia hæc præscriptio est inducta in odium negligentis, vt superius dixi: & non est negligens, qui petit. Igitur hæc extraiudicialis petitio recipi debet, & interrumpit præscriptionem, maximè cùm hic debitor sit in mala fide, eò quòd scit se debere, & recusat soluere, licet regulariter petitio extraiudicialis non interrumpat præ-

Præscriptio de iure canonico facilè interrumpitur.

scriptionem. l. alienam. ff. pro empto. Imol. in c. olim. de censib.

Tamen de iure canonico per quemcunque actum, qui causet malã fidẽ, præscriptio interrũpitur. c. fi. vbi gl. & doct. de præscri. Bar. in l. naturaliter.

col. ij.

col. ij. versi. quæro vtrum superueniens. ff. de vsucap. approbat Ioan. Francis. in tract. præscri. in iiij. parte vj. partis q. iij. specie ij. col. xliij. in iiij. limitat.

Non refragatur quòd præscriptio odiosa scilicet triginta annorum non interrumpitur nisi per citationem. l. cùm notissimi. C. de præscript. triginta anno. Et ista succedit in locum illius, ergo eodem iure vti debet, l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Et sic nõ fiat interruptio, nisi per citationẽ. Bal. in l. fi. C. de tempori. in integ. resti. Feli. in c. illud. col. ij. de præscrip. quia hoc est expressum hîc, alioqui iste tex. esset superfluus, & de nihilo seruiret hoc verbum *interpellation*, & quanuis interpellatio & ad iudicialem & extra iudicialem de iure referatur, vt nor. in l. qui Romæ. ff. de verbo. obliga. Hîc non sic, quia expressa est *interpellation* simpliciter, *& sommation iudiciaire*, & sic propter expresionem sequentem interpellatio de iudiciali non intelligetur, etiam aliis modis interruptio fit, vt gloss. scribit in l. fi. §. sed & si quis. C. de præscrip. triginta annorum.

Adhæc quia articulus de famulis dicit interpretationem sufficiẽtem interuenire debere, & hîc ponitur alternatiua *interpellation, ou sommation iudiciaire.* nec est opus vt disiuncta in copulatiuam exponatur, cùm propriè accipi possit, vt in l. sæpe. ff. de verb. signi. scripsi & tollitur negligẽtia etiã ex interpellatiõe extraiudiciali. Ideo sufficiet, & ita vidi in forẽsi iudicio seruari.

Interpellatio vna sufficit.

Dubium est, an vna vel plures requirantur. Respon. vnam sufficere, vt Bar. docet, in l. si finita. §. Iuli. ff. de dam. infec. Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui ope. nuncia. gloss. in verbo requisierit, clemen. vna. de hæreti. doct. in c. consuluit. de offi. deleg. quia in extraiudicialibus regulariter vna interpellatio sufficit, gloss. in c. si episcopus. xviij. dist. nisi in nouem casibus, quos congerit Felin. in c. ex literis, col. iiij. cum seq. de consti. scripsi in §. monemus. de colla. in concord. & Soci. in tract. de citatio. artic. xvij. quæstio. vj. in tertio membro.

Ou sommation iudiciaire faite dedans le temps passé dessusdit.

GLOSSA VLTIMA.

Petitio ante sex menses fieri debet.

1 HIC traditur quinta limitatio, videlicet quòd mercator, vel alius artifex vendendo minutatim tenetur suum petere debitum intra sex menses à die negotiationis celebratæ, aliàs non auditur. faillit vt hîc, quando creditor requisiuit in iudicio debitorem, vt ei solueret: & ista requisitio fieri debet antequam sex menses sint elapsi, vt hîc: alioqui posteà facta non valeret, arg. l. nam & si. §. post defectũ. ff. de iniusto testa. nam mora hîc non potest purgari, etiam si die primo post sex menses hæc petitio fieret: vt per docto. in l. si post tres. ff. si quis cautio. & l. si insulam. ff. de verb. oblig. quia debitum est iam præscriptum, ob id non potest peti posteà. nam si quis velit precarium ad tempus factum prorogare, manente adhuc precario hoc fieri debet, & idem in cõpromisso, vt probatur in l. sed & si manente. ff. de precar.

Debitum conditionale quando non præscribatur.

2 Sextò, non procedit text. in debito conditionali. l. si stipulatus fuerim. §. cùm stipulamur. ff. de verb. obli. sed à die conditionis impletæ incipient cur

Universidad de Deusto
Biblioteca

rere isti sex menses,non antè:quia nõ nisi impleta conditione dicitur debitor esse in mora:Ergo nõ potest debitum peti.l.lecta.ff.de reb.credi.l.condi tionales creditores,vbi scripsi de verb.sign.Idem in debito in diem:vnde si Pharmacopola,sutor,vel alius merces tradiderit, cum ista conditione,vt non teneatur soluere intra annum, ista præscriptio non curret intra annum, sed adhuc à fine anni habebit sex menses ante præscriptionem.l. creditor. ff. de ver.signifi.vbi scripsi:doct.in l. in diem. de condi. indeb. quia simul non potest esse duplex præscriptio & conditionalis & sex mensium. vide tamen inferius in penul.limita.an expressum faciat cessare tacitum.nu.19.

Cum mala fide nõ præscribitur.

Septimò,non habet locum,si is,qui merces recepit, sciat se debere, quia 3
cum mala fide præscribere non potest.c.vigilãti,& c.fi.de præscript.& reg. possessor.hoc expresse & in indiuiduo docet *Guiliel.le rouille* in consue. Cenomanen.arti.xxxv.vbi est similis consuetudo.gloss.& doct.in c. quæ in ecclesiarum,de consti.Ioan. And.in c.ij.deexceptio.Paul.Castren.in l. si quis. ij.in fi.de conditio.insti.ff.alioqui induceret peccatum,vt etiam firmat Panor.& alij in rubr.de præsc.& Corneus consi.cclxix.in hac.col.iij. versicul. quod limitetur.in primo volu.& consi.cccxxviij.videtur ibidem.

Ab istaq; opinione nõ est discedẽdũ,vt quia est cõmunis,& vsus eam ap- 4
probauit àmille annis citrà,teste Alexã.consi. lxxiij. in causa appellationis col.ij.in sexto volu.quem sequitur Gomes.in §.supereſt.nu. 67.& seq. de actio.in insti. Ideo dicebãt quidam iudicem debere interrogare debitorem, an ipse acceperit,vel alius, & an ipse sciuerit, sed non video quòd iudex ad hoc teneatur. Aduocatus tamen & procurator rei sui pœna maledictionis 5
æternæ tenetur dicere debitori,vt soluat,si sciuerit se debere. vide tres cautelas per Thomã Ferra.cautel.xxxviij.explorati iuris, & per Feli. & alios in c.fi.de præscr.ac in rubr.ibidem plenè Ioan.Francis.Balb.in tract.prescri.in prima parte,quæstio.v.& in secunda parte iij.partis, quæstio.xiiij. dicẽs hãc legem intelligendam dummodò præscribens non peccet, & sic si fuerit in bona fide.vide Bald.consi.clxxxiiij.municipale, in quinto volu. & si creditor confidens fortè in debitore non petierit intra sex menses, quod in conscientia possit ipse debitor opponere exceptionẽ præscriptionis,vbi sibi fauere voluit:hoc iustum non video,nisi in ignorante se debere, vide Alexan. consil.ccxviij.ponderatis,col.vlti.in vj.volu.Et sic dicatur,ergo hæc præscriptio non mihi proderit,vel parum admodũ.Respond.melius esse hoc,quàm si animæ damnentur ob illam.ideo satis etiam prodiderit,licet eã sic intelligamus: nam si putem solutum esse à meis tempore infirmitatis, & sic existimem nil debere;bonam fidem habeo,& sic posse præscribere.

Aduocatus & procurator partes monere debent.

Pactum interrumpit præscriptionem.

Octauò vitiatur, quando debitor fecisset pactum creditori, quòd posset 6
eum cõuenire quandocunque vellet,etiam post sex menses.l.quod si nolit. §.si quid ita.& ibi Ange.in tertio notab.ff.de ædil.ædic.Cæpola caute.lxxv. incipien.Cautela.Et idem si cõueniat,quòd finita prescriptione iterũ deberi incipiat.l.sicut.ff.quib.mod.vsufru.amittat.Cæpol.Cautel.lxv. in multis, quia videtur præscriptioni renunciatum secundum eum: sed contrarium tenet Alexã.consil.clxx.visis statutis,col.ij. volu.vij.vide Barto.& alios in l. omnes populi,in repeti.ff.de iusti.& iur.& in l.nemo.de lega.j. ac Ludouic. Roma.in l.j.ff.de vsucap.sed hîc sufficeret conuentio sola de petendo,vt superius

perius dictum fuit.

Solutũ post sex menses non repetitur.

7 Nonò non procedit,si debitor solueret post tẽpus hîc prestitutum,etiam ignorans hanc constitutionem,tunc non posset repetere: quia hîc non tollitur naturalis obligatio,que soluti repetitionem impedit.l.naturaliter.ff. de cõdict.ind.vbi etiam dicit,pœnam prescribi posse cum mala fide:quia non est debita in foro conscientiæ,per c. fraternitas, .xij. q.ij. vbi glo.& Philip. Franc.in reg.possesso.de reg.iur.in sexto,sed hîc non loquitur de pœna.

Partem soluendo, an præiudicet sibi in reliquo.

8 Intellige tamen non posse solutum repeti,si soluerit totum,secus si partem,tunc alia pars non soluta præscripta erit.cùm bonum sit argumentum de toto ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei vend.ca.pastoralis.§. item cùm totum.de offi.deleg.& sic consuluit Barba.consil.ix.vbi Christus. in ij. quæst. in iij.vol.cùm sit eadem ratio totius & partis,& licet dicatur vnicum debitum,& vnica actio, nihilominus distributiones sunt plures. Et ideo quo ad effectus resultantes ex distributione, tot sunt debita, quot distributiones. Angel.in d.l.si Stichum.§.stipulatio.ff.de verb.obl.& dicta l.scire. vnde dicit Bar.in l.j.si quis hoc interdicto.ff.de itine.actuq; priuat. quod vsus colli gẽdi vectigal in vna re, nõ iuuat in aliis. Et vsus iurisdictionis in vna specie iurisdictionis non prodest in aliis. Et per vsum vnius seruitutis, alia non retinetur seruitus.l.si prius.ff.de aqua plu. arcen. Et sic quatenus est solutum, eatenus nocet sibi debitor:in reliquo non,si fuerit bonæ fidei possessor:nec videtur approbare debitum,partem soluendo,sicut in pollicitatione est statutum,in l.j.ff.de pollicita.

Iuramentũ perpetuam facit actionem.

9 Decimò limitatur,quando debitor iurasset se soluturum,tunc iuramentum perpetuat actionem.l.nam posteà.§.si is qui tẽporali.ff.de iureiur. Ideo poterit creditor etiam post sex menses petere.hoc tenent Bart. Ias. & alij in dicta.l.j.& ij.Ias.in additio.ad Porc.in §. sed aliquando, de vsucap.in instit. & ita dicit se obtinuisse Hippoly.in sing.cxl .audiusti. ego tamen putarem in forensi iudicio hoc non seruari: quia iuramentum intelligitur secundum contractum & actum,in quo interponitur.l.fi.C.de constitut.pec.Ideo hoc iuramentum intelligitur,si creditor petat intra tempus præstitutum,vt videtur concludere Alexan.consi.clxx.visis statutis,col.ij.in septimo volu.& iuramentum intelligetur rebus sic stantibus.l.fin.ff.qui satis.cogan.Et ad tollẽdum dubium, factum fuit à Senatu præceptum notariis, vt ista iuramenta in instrumentis non describant,& respondi ad §.si is qui temporali,in nouis intellectibus meis ad illum.§. quantum. tamen ad istum artic. cùm sola conclusio debiti sufficiat, multò fortius promissio iurata vt superius fuit dictum in gloss.xix *sinon qu'il y eust arrest de conte*.Ideo potest dici,quòd si recipiens dicat,ego iure soluere,quæ mihi dabis,& tunc præscribetur sex mensibus:si verò iurauerit soluere decem,quæ ex mercibus debet, & tunc vltra sex menses petere poterit. & sic poterunt conciliari opiniones.

Arestum. de iuramento in instrumentis non apponendo.

An mercator releuari possit à tẽporis lapsu.

10 Vndecimò,fallit nisi releuetur,vt in stylo Cancellariæ patet, fol. 105. & Chassa.in consue. Burgun.in rub.*des forestz*.§.viij.nu. 6. cum seq. quod non fiet absque magna & ardua causa,vt superius dixi in minore:& ego non vidi in his mobilibus obtineri literas restitutionis.

Res vendicari potest à mercatore post sex menses.

11 Duodecimò,quando res staret:quia tunc posset vendicari. arg.l.Aurelio. §.fi.ff.de liber.leg.not.in l.tres fratres.ff.de pact.Alex.cõsil.xlvj.visis.col.ij.

in j.volul. & consil.clxx.circa.col.ij.in ij. volu.& Roma.consil.ccj.pro decisione.glo. fin.in l. Aurelius.§.Mæuia.in verb.pupillæ.ff.de liber.legat.decidens quòd si legata sit liberatio omnibus debitoribus,non censetur legata his,qui possidentes res testatoris,quia nõ dicitur propriè debitũ.Ias.& Gomes.in §.j.de actio.in instit.& in l. sub prætextu specierũ.nume.2.C.de transact.vnde hæc ordinatio non se extendit ad possessorem rerum,per hoc verbum *payement de leursdictes denrees.* &c.vt plenè scripsi in l. creditores.cum l. seq.ff.de verbo.signifi.Ideo si tutor tradiderit calceos vni, & adhuc calcei supersunt,poterit cerdo eos vendicare.Idem dixi in caligario,qui vendiderat cuidam tibialia,quæ ipse die tantùm nuptiarum detulerat, vt ea possit mercator minutarius vendicare post sex menses,si ipse vellet ei exceptionem opponere huius ordinationis,& hoc æquum est.& idem in sagario, qui thoracem sericeum tradiderat.& in reliquis idem.

Iudex eccle siasticus nõ recipit hãc præscriptionem.

Decimotertiò,quando quis debitor conueniretur coram conseruatore, 11
vel alio iudice ecclesiastico,quia ordinationes non astringunt hos iudices. c.ecclesia.de consti.scripsi in præfationibus ad istas ordinationes in primo Tomo.ob id non obstante isto articulo condemnaretur debitor etiam ratione conscientiæ,vt superius scripsi,& hoc docet Bal.consi.clxxxiiij.municipale.colum.ij.in quinto volu.

Confessus se debere nõ iuuatur hac præscriptione.

Decimoquartò fallit,quando debitor confiteretur se illam summam de 12
bere.nam tunc iudex haberet illum condemnare ratione cofessionis,etiam si aliâs fuisset absolutus, quia confessus pro iudicato habetur.l.j.ff. de cõfes. facit tex.in c.ij.de purga.vulg.c.quia plerique.de immu.eccl. vbi dicunt quem audiri etiam post sententiam,si pars cõfiteatur illam iniquam.Ideo dicebant quidam hanc cautelam adhibendam,videlicet, vt pars procuret debitorem interrogari à iudice,an illud petitum habuerit, qui si confiteatur, condemnari debet.Sed illi interrogationi pars respõdere non tenetur post sex menses.nam si ignorans erat iam non debet:quia præscriptum est, per gl.in ca.si post præstitum.de confes.in vj.Paul.Castren.in l.controuersia.ff. de transact. Thomas Ferra.cautela iiij.regula est,vt superius dictum fuit.

Nihil opponens condẽnatur.

Decimoquintò vitiatur,quando pars nihil opponeret, tũc enim posset 13
condemnari etiam post sex menses.l.iiij.§.hoc autem iudicium non datur nisi postulatum fuerit.ff.de dam.inf.l.vniuersa.C.de prec.Imper.offe. Nam licet testamẽtum,in quo filius est præteritus sit nullum,hoc est verum, si filius hoc petat.l.filio.ff.de iniusto.vbi glo.& doc.Ias.in l.posthumo.nu.22. & seq.C.de colla.scripsi in §.si quis verò.in verb.ipso iure.de colla.in concor.

Et sic non est sublata actio ipso iure:nam verba legis vel statuti disponẽ 14
tia,vt non detur actio,vel petitio,vt hîc,non tollunt ipso iure actionem,sed producunt tantùm exceptionem.tex.in l.nam & posteà.in prin.vbi Bart.ff. de iureiur.l.j.ad Mace.l.ij.ad Velleia.l.j.§.sublata.vbi doct.ad Trebel. Bar. in l.vna.ff.de condi.ex lege.Ias.cons.vij.adeo.in j.volu.

Clã non recipi quomodo intelligatur.

Item vbicunque habetur in legibus vel ordinationibus, quòd non reci- 15
piatur agens,intelligitur,si excludatur à parte.d.l.iiij.§.hoc autem iudiciũ. ff.de dam.infect.vbi plenè de Ripa.ideo in ordi.ista dicitur *ne seront plus receuz*. Intelligitur si parsopponat,non recipientur à iudice:sed si à parte recipiantur,& à iudice non excludentur:quia dum partes sunt concordes,quid ad iudi-

ad iudicem?l.j.§.inde.ff.de no.ope.nun.

Præscriptio opposita actionem excludit.

16 Propterea præscriptio actionem excludit. c. ad aures. de præscrip. ergo opus est,quòd opponatur. Feli.ibi,post Bald.in l.si pœnæ.ff.de cõdi. indeb. & in l.j. C.si aduer.credi.& in l.sicut.vbi etiam glo. de præscrip. xxx. anno. plenè Ioan.Francis.in tract.de præscrip.in j.parte.q.viij.Et sic cùm præscriptio pariat exceptionem,illam opponere pars debebit,aliâs sibi imputet,si iudex eam condemnet post sex menses.

Omissa exceptio in prima instantia, an in causa appellationis opponi possit.

17 Quæ exceptio si fuerit omissa in prima instantia, in causa appellationis allegari poterit,per l.per hanc.C.de tẽpo.appel. maximè impetrãdo literas, vt est solitũ in hac patria.probatur in l.perẽptorias.C.sentẽt.resc. nõ posse.

Fideiussoris datio interrumpit præscriptionem.

18 Decimo sextò flectitur regula,quando intra sex menses debitor dedisset fideiussorem,tunc illa fideiussoris datio perpetuaret actionem,vt dicit glo. & ibi Bar.in l.cùm quis.§.si quis pro reo.ff.de sol.& Sali.in l.fin.§.imò.C.de præscrip.xxx.anno.vide quæ scribam in trac.de famulo.sala.in gl.pen.& vl. etiam si non fuisset conclusum debitum:nam dando fideiussorem, videtur conuenire de debito,etiam si fideiussor promittat soluere id,ad quod debitor tenetur.

Conuentio partium seruanda contra præscriptionẽ sex mensium.

19 Decimoseptimò limitatur,quando conuentio facta esset inter mercatorem & debitorem,vt intra duos annos solueret,vel aliud tempus, tunc non inspiciemus hanc præscriptionem:quia in primis inspicimus,quod conuentum est.l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.Nam contractus ex cõuentione partium legem accipiunt.l.j.§.si conuenerit.ff.depositi.l.cõtractus.de regu.iur.Etiam conuentio interrumpit hanc præscriptionem, vt dicitur in rubri.de famu.sala.fortius hæc conuentio.Fortè pauper dicit se non recepturum pannum,nisi mercator gratiam soluẽdi ei tribuat per duos vel tres annos.Nam partium conuentio legem facit.d.l.j.§.si conuenerit.ff. depositi.l.contractus.de reg.iur.Tamen intelligerem hunc articulum procedere, etiam si cùm mercator minutarius vendat pannum precio decem aureorũ, vt si non petat hoc precium intra sex menses,amplius non poterit: nam hic excipit *arrest de conte*,id est conuentionem,& conclusionem factam post receptas merces:sed in tract. de famulor.salar. excipit ipsam conuentionem panni,vt patet,ibi *conuenance*,& sic conuentio precij hîc non obest:nec conuentio temporis quominus præscriptio currat à fine temporis conuenti,vel precij statuti:alioquin ista ordinatio ferè nunquàm locum haberet.

Non valenti agere hec præscriptio non currit.

20 Vltimò,quando intra illos sex menses non potuisset agere,vt pote, quia fuit aduersa valetudine affectus,vel captus fuit,vel mortuus pater,& pupillus non habuit tutorem:ideo posteà poterit minor saltem ope restitutionis agere:quia non valenti agere non currit præscriptio.l.j.C.de anna.excep.sic consuluit Alex.consil.lxv.quoniam omne.col.ij. nu.5.in vj.volu.in filic familil.non valente agere in vita patris.allegat bald.in authentic.nisi tricennale.in prin.C.de bonis mater.

Reliqua dicemus in rubri.de famulorum salariis, & intra quæ tempora ea petere debeant:interim de his Deo Optimo Maximo, & virgini Mariæ mensas ago gratias. Amen.

ARC

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARCHAMBALDVS MORELANVS IN SVPREMA PARISIORVM CVRIA ADVOCATVS, AD DO. PETRVM REBVFFVM I. V. DOCTO. EXIMIVM.

**
*

PHALEVCIVM.

Hortatus quoties Rebuffe, quondam
Sum te (dic) opus ederes vt istud?
Multorum fore maximè quod in rem
Nossem pragmaticorum. Ad id moueri
Sed nulla poteras suasione,
Hoc solus cupiens frui labore.
Atqui Publica vendicat sibi, quæ
Te solum vtilitas pati nequiuit.
Fœtus cumq; tuos in orbe passim
Iam largita scholæ fuisset omni
Iuris Pontificumq; Cæsarumq;:
Expers nominis esse muneriscq;
Non est passa magis tui forum, quod
Lites dissecat: & velut coruscam
Iussit lampada te micare Phœbi,
Per quam Gallica iura, quæ latebant
Fiant inclyta: quidq; praxis, ipsa
Quid poscat schola, vtrumque luculentè
Pandas, concilies, & vt sorores,
Si quid dissidij sit inter ambas.
Nemo præstitit hactenus, quod vnquàm
Iuris te prius: ergo quæ peritum
Consuerat meritò vocare iuris,
Verum Gallia nunc potest parentem.

TRACTATVS DE FAMVLORVM SALARIIS, ET INTRA QVAE TEMPORA EA PETERE debeant publicè, vtilis & frequens.

Rub. des loyers & gaiges des seruiteurs, & dedans quel temps les peuuent demander.

Loys xij. *Article lxvij. des publiees* 1512.

Item pource que souuent plusieurs noz subietz prenent.

GLOSSA PRIMA.

QVATVOR DICTA HABET. PRIMVM duas rationes promulgandi assignat. Secundum dictũ ibi *nous pour y obuier*, &c. Ponit, decisionẽ, vt famuli intra annum salarium petere debeant. Tertium, & *si ne pourront*. Tradit quod salarium, videlicet trium annorum, & non vltrà petere possint. Quartum, ibi, *si ce n'est*. Ponit limitationem. *Diuisio cõstitutionis.*

Summa huius articuli est, quòd famulus salariũ petere debet intra annum computandum à die, quo reliquit dominũ. Alioqui posteà petere salarium non poterit, nec tunc petet, nisi salarium trium annorum, nisi locatio esset in scriptis, vel interpellatio extra iudicium, vel in iudicio facta esset. *Summa textus.*

2 Simile ferè statuit Imperator Carolus quintus anno 1540. die quarta Octobris in villa de *Bruxelles* in hæc verba, *Que tous salaires d'Aduocatz, Procureurs, Secretaires, Medecins, Chirurgiens, Apothicaires, Clercs, ou Notaires, ou autres labeurs, loyers de seruiteurs & seruantes, ensemble le pris des marchandises vendues à detail, payement des escotz accreuz, se deuront demander iuridiquement en dedans deux ans, du iour du seruice, ou labeur fait, marchandise liuree, ou escot accreu sans apres ledit temps en pouuoir faire poursuitte iudiciaire, n'est qu'il y ayt cedule, ou lettre obligatoire, en vertu de laquelle l'on pourra poursuyuir telles debtes en dedans dix ans contre les principaux obligez: mais s'ilz vont de vie à trespas, on sera tenu de faire ladite poursuite iudiciaire contre les heritiers, en dedãs auſsi deux ans du trespas dudit obligé, à conter du iour que le crediteur aura eu cognoissance du trespas de son debteur, & apres non. Mais apres l'expiration dudit temps, telz debtes seront reputees, deuëment aquittees, & pour icelles n'y aura action.* *Constitutio Caroli quinti Imperatoris huic similis.*

3 Hic videmus taxari anni tẽpus, intra quod seruientes siue famuli sua stipendia petere debeãt. in ordinatione verò Imperatoris duo anni statuũtur, & in multis aliis maximè mercatorũ minutariorũ debitis statuitur illud duorum annorum tẽpus: sed sex menses tantũ in hoc Regno dantur minutariis, vt suprà diximus in trac. de merca. minutatim vẽden. Salaria etiã procuratorũ & notariorũ intra duos annos per cõstitutiões Imperatoris peti debẽt: sed in hoc Regno intra annũ peti vel ad summũ ad biẽniũ: alioqui non audiun *Salaria procura. & notar. intra quod tẽpus petenda.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

audiuntur,vt est statutum in rubr.*des procureurs*,articul.xvj. Et idem censuit Senatus videlicet procuratorem post duos annos non recipiendum, ad pe-
Arestum. tendum salarium,anno 1547.die prima Februa.& fuit publicè pronuntiatũ arestum à do.de sancto Andrea præside illustrissimo,vbi plus additum fuit, quod si procurator non scripserit id quod à parte recepit, non poterit reliquum petere, nec credetur eidem etiam sub iuramento, quòd non receperit totum,vel aliam partem.

Tempus salarij petendi aduoca. grapha.& aliis. In aduocatis,sollicitatoribus,& actuariis,seu graphariis est statutum tẽpus trium annorum,& posteà non audiuntur,in rub. *des salaires*. articul. xiij. Sed computantur illi anni statim à processu finito, videlicet per sententiam diffinitiuam,vt ibidem scribitur.quia sententia imponit finem processui.l.j. ff.dere iudi. sed per Imperatorem Carolum duo tantùm anni statuti fuère, vt superius videri potest.

Seruiteurs.

GLOSSA II.

Seruorum trigenera. SERVVS triplex est. Primò secundum naturam, vt quilibet homo paruo dotatus ingenio aliis industriosis & ingenio pollentibus natura seruire debet,vt dicit Aristo. Qui ingenio pol lent, aliorum domini sunt naturaliter & rectores. Sicut enim anima dominatur corpori,& homo dominatur brutis,& vir mulieri: Ita sapiens minus sapienti,& ideo qui in orbe prudentior est, totius orbis dominus est secundum directionem naturalem, quanuis de facto non sit, teste Imol.in proœ.Decretal.Grego. col. ij. vnde dicebat Diogenes sapientem omnia habere,quod hoc syllogismo probabat:Deorum omnia sunt, Deorum autem amici sunt sapientes,& amicorum communia sunt omnia:igitur sapientum sunt omnia,nil ergo debet petere,qui omnia habet.

Secundus est, secundum legem, id est legis dispensationem, vt sunt hi, qui libertate carent:vtpote vel quia nati sunt à seruis,vel sunt in bello capti iusto.l.hostes.ff.de captiuis.§.serui. cum seq. insti. de iure personæ. Et tunc serui à seruando dicuntur,& mancipia à manu capiendo.l.iiij.ff. de statu homi. Et de his non loquimur hîc. Ex Brisonis tamen œconomico homines quamobrem seruiant sic habetur: Conditio autem vitæ seruilis & captiuæ quodammodo triplex est:alius enim iussu legis seruus sit, alius propter animi sui habitum,qui à propriis animi affectibus vincitur. talis autem non simpliciter sed affectuũ,neque naturâ sed per abusum seruus est, & improbus homo magis quàm seruus naturâ.

Officium boni serui. Tertius dicitur per dominationẽ extrinsecã,nam quilibet,qui alteri seruit,& ei ministrat,vocatur seruus,& sic largè liberi alieni seruiẽtes nominãtur serui, vulgò *seruiteurs*. Et iste tex.de his loquitur, qui mercede seruiunt, quos ad iustas conducimus operas: & famuli latinè loquentibus dicuntur.

Officium boni serui. Qualis debeat esse hic seruus? Respon. ad Titũ ij. ca.dicit diuus Paulus: Seruos dominis suis subditos esse,in omnibus placentes,non contradicentes,non fraudantes,sed in omnibus fidem bonam ostendentes.Primùm requiritur,vt sit domino subditus.Secundò,vt placeat illi in iustis & licitis: & non contradicat. Tertiò, quod eum nõ fraudet:sed illi ex bona fide seruiat.

Et sit

Et sit fidelis, vt dicitur,Fidelis seruus, ita seruiat sicut vellet alium sibi seruire.Quartò, omnia secundum bonam fidem agere debet. Quintò, debet esse humilis:nam scribitur Eccles.xxv.c. Tres species odiuit anima mea,pauperem superbum,& diuitem mendacem,& senem fatuum & insensatum.& Prouer.xxx.dicitur: Per tria mouetur terra: Per seruum cùm regnauerit.vnde Bernard.in epistol.de cura & regimine domus ait: Famulum alti cordis repelle,vt futurum inimicum. Et pariter famulum tuis blandientem moribus:famulo te de vitio laudanti resistas: famulum abulantem non admittas quia te decipere cogitat.famulum rixosum euitare cura. Sed famulũ de facili verentem dilige vt filium:refert bened.in ca. Raynutius, in verb. duas, nume.124.de testamen.Ex quo habes aliud & sextum requisitum. Septimò, debet dominum suum amare tãquam patrem,& honore afficere,l. liberto. ff.de obseq.Octauò,debet esse lætus.Dauid psalmo.Seruus autem tuus lætabitur,& domino ex animo debet obsequi.Ecclesia.iiij.c. Qui seruiunt, ei obsequentes erunt,& si fuerit inobediens domino, potest ante tempus expelli,& perdit salariũ.Rebuf.in l.iudices.C.de anno.& trib.lib.x. quod intellige futurũ,non præterirũ,teste Petr.de Vbald.in tract. de duobus fratr. in vndecima parte,quæstio.ix.& Menander Græcus dicere erat solitus:

Seruus inobediens expelli potest ante tẽpus & perdit salarium.

ὁ ταμ τύχη τίς δοῦλον ἐυνόητον οἰκέτην,
οὐκ ἔστιν ὄλβου κτῆμα κάλλιον βίῳ.
ὁς κρείσσον ἢ δεσπότης χρηστὸν τυχῶν,
ἢ ζωτα φρονῶς καὶ καλῶς ἐλεύθερος. Id est,

Cùm quis nactus est benevolum seruum,
Nulla sanè melior est vitæ possessio.
Quàm melius est sortiri dominum probum,
Quàm esse liberum,& viuere abiectè & turbiter.

Sans faire aucun marché ne conuenance auecq' eux de leurs loyers & salaires.

GLOSSA III.

Famulus si de salario nihil conuenerit an habere debeat SI famulus sit receptus sine salario promisso,an salarium habere debeat: & quod non possit posteà petere salarium,nisi cõsuetus esset operas locare, & dominus cõducere: quia speciale est in aduocato,& aliis descriptis in l.j.ff.de var.cogni.ergo in contrarium est ius commune.Sic consuluit Alex.consi.cix.super eo.col.ij. in vj. volu.Sed hodie ex bono & æquo seruatur, quòd taxatur famulo salariũ tale,quod potuisset verisimiliter lucrari cum alio domino & pro qualitate famuli,quando consuetudo Regionis hoc habet,vt salaria habere debeat,vt in hac patria. ita vidi iudicari, & in scholasticorum famulis, quòd non debeant stipendia habere,scripsi in scholasticorum priuilegio clxvij.vbi abundantius vide.& Fed.consi. ccxviij. domine Federice. Sed hodie episcopi & collatores nulla dant seruientibus salaria, sed pro illis & ad illorum cõpensationem conferunt beneficia, & sic faciendo sunt simoniaci, per cap. sunt nonnulli.j.q.j.Secus si non fecerint ad compensationem,sed quia ille famulus est habilis & idoneus,vt dixi in praxi beneficiali.

Et durant leur seruice baillent argent à leursditz seruiteurs pour leursditz loyers.

GLO

Universidad de Deusto
Biblioteca

GLOSSA IIII.

Salariũ solutum vno anno, debetur alijs si nullũ cõuentum sit.

ET QVANVIS non sit facta conuentio de salario, si tamen dominus soluerit certum salarium, debebitur deinceps illud famulo: si verò nihil illi solutum sit, tunc pro qualitate ingenij illius, arbitrio boni viri taxabitur, per not. in l. in vendentis. C. de contrahenda emptio. & l. j. ff. delegatis ij. facit l. Stichus. ff. de legat. iij.

Sans en prendre quitance.

GLOSSA V.

Creditor accepti lationẽ facere cogitur.

CAVTVS debitor esse debet, vt non soluat nisi à creditore 1
recipiat acceptilationem: quia ipse solutionẽ probare habet, l. j. ff. de exceptio. & l. j. C. de proba. vnde creditor recipiẽdo cogitur acceptilationem, quam dicunt quittanciam debitori facere de eo, quod solutum erit. l. plures apochis. C. de fide instrumen. Et patronus instrumentum manumissionis dare cogitur. l. sicut datam. C. de libera. cau. Spec. in tit. de instru. edi. §. postquàm. versicu. quid si debitori dicens, quare alij non daret, quòd alij prodest, & sibi non nocet. l. in creditore. ff. de euict. l. fluminũ. de damno infec. Sicut debitor cogitur instrumentũ debiti secundum patriæ consuetudinem creditori facere. c. significauit. de testib. Io. And. in addi. ad Spec. vbi suprà in versic. quid si solui decem. vbi allegat Dyn. in l. ij. ff. solu. matri. Bened. de Barz. q. v. in tract. de garẽti. in prima parte. Et si non petiero tempore solutionis, possum posteà petere instrumentũ acceptilationis, per l. ij. circa fi. à contrario. C. de quadrien. præscrip. nor. in l. chirographis. ff. de admi. tuto. hoc docet Spec. vbi suprà.

Creditor generalẽ quittantiam facere non tenetur.

Limitatur tamen in acceptilatione generali, quam nõ tenetur creditor 2
suo debitori tradere. l. cum Aquiliana. vbi Barto. & alij. ff. de trãsactio. l. iij. §. contrarium. ff. de cõtra. iudic. tutel. Et dicitur generalis, si quittet eum de omni eo, de quo inter eos actum erit vsque ad hunc diem: quia illa acceptilatio est captiosa, ex qua posset faciens decipi, & liberalitatem captiosam interpretatio prudentum fregit, dicta l. cum Aquiliana. Imò creditor faciẽs acceptilationem potest confiteri se accepisse summam solutã, cum expressa reseruatione iurium suorum, dicendo, ego acceptam habeo talem summam, saluo iure petendi reliqua mihi debita. Iaſ. in d. l. cum Aquiliana. tertio nota. & hoc solet fieri.

Reseruatio iuris in acceptilatione fieri potest.

Residuũ accepisse potest quis excipere.

Si tamen residuum debiti soluatur alicui, debet ipse confiteri, & instru- 3
mento describere se habuisse omne & totum residuum, & esse sibi plenè exolutum de eo quod talis debebat tanquam hæres, vel pro tali causa venditionis, non autem simpliciter, per l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & l. si residuum. C. de distract. pigno. sic consuluit Bald. consilio ccxxx. quidam nobilis. in secundo volu. licet Iaſ. consi. ix. venerabilis. in fine. vol. primo teneat contrà. scilicet non teneri, nisi de eo, quod solutum fuit facere liberationẽ, tamen quando esset residuum vnius debiti, æquum est vt creditor dicat acceptum se habere pro residuo, & toto hoc debito contracto super frumento, & nullam faciet mentionem de aliis, & sic ad alia nõ extendetur. l. age. C. de transact.

Secundò

Creditor volens creditori restituere instrumentum non tenetur facere quittantiam.

4 Secundò limitatur, quando creditor vult debitori restituere instrumentum debiti, tunc acceptilationem illi facere non tenetur, cùm sit debitori satis prouisum l. dissolutæ. C. de cond. ex lege. vbi Bart. & alij. facit l. pecuniæ. C.
5 de solut. l. qui tabulas. §. j. ff. de fur. & ibi Bart. † Non tenetur tamen creditor reddere instrumentum debitori, nisi ipse & sumptus instrumenti factos, & notario datos restituat. Bal. & alij in l. fi. C. de cond. ex lege. quod est verum, quando ex mora debitoris instrumentum fuerit factum, secus si creditor ante monitionem confecerit instrumentum: quia tunc non redderet ei, nisi sumptus breuis, quòd vulgò *breuet* vocamus, vt docet Bal. in l. eos. §. super. C. de vsu. & in l. non ignorat. col. ij. de fruct. & lit. exp. Refert Aufr. q. xlvij. in decis. Thol. hodie seruatur vt creditor in damno esse non debeat. Ideo instrumentum tenetur restituere omni solutione facta, l. dissolutæ. ff. de cond. ex l. & instrumentum sententiæ cassata sententia tenetur etiam restituere is qui illud
6 habet, & soluto debito. c. accedens. j. vbi Pan. in vl. not. vt lit. non contest. † Si tamen creditor dicat se amisisse debiti instrumentũ, tenebitur acceptilationem per notarium facere, in qua promittat se non vsurum instrumẽto: & si reperiatur instrumentum vult haberi pro cancellato. Bal. in d. l. pecuniæ. facit tex. in l. emptor. §. fi. ff. de pact. Sufficit etiam debitori, si creditor cancellet instrumẽtum, licet aliud inueniatur, quia vtrunque cancellatũ cẽsetur. Bar. in l. fi. ff. de his quæ in test. del. Pau. Cast. in l. nostrã. in fi. ff. de test. sed cautius est, quòd soluto debito is notarius, qui instrumentum recepit, faciat cancellationis instrumentum, in quo dicat quòd talis conditor consensit tali die, vt tale instrumentũ cancellaretur: & irritũ haberetur, eo quia debiti solutio erat, vt ipse dicebat, sibi facta, vel si notarius interfit solutioni attestetur eam in præsentia sua factam fuisse in tali specie pecuniarum, videlicet in aureis solis centum, in ducatis quinquaginta, & reliquũ in solidis, scilicet pro decẽ libris &c. Aufrer. in decis. Thol. q. cccviij. Bauer. in §. sed neque. col. ij. de test. in instit. vbi dicit debitorem posse petere instrumentum solutionis & cancellationis, videlicet de originali cassari. allegat Bar. in l. cassa. C. de sacro. eccles.

Creditor tenetur quittantiam facere, si amisit instrumentũ debiti.

Cãcellatum instrumentum sufficit debitori.

Instrumentum quittãtiæ pluries nõ debet peti à creditore.

7 Non potest tamẽ debitor instrumẽtum acceptilationis, & quittationis pluries petere in iniuriam creditoris per tex. fin. in l. ne casu. C. de discuss. lib. x. per quem dicit Rom. sing. ccccxlvij. debitor. quòd habens duo instrumẽta acceptilationis præsumitur bis soluisse. Ideo repetere potest vnã solutionem, nisi in secundo instrumento fiat mentio de prima solutione, & quòd sit pro alio debito. Iaſ. consi. lxxxvij. clarissimus. in iij. vol. ideo dominus cautus esse debet, vt in fine anni acceptilationem à famulo recipiat.

Lesquelz seruiteurs apres le deces de leurs maistres demandent aux heritiers leursdits loyers, & salaires par fraude & malice, sachans lesdits heritiers n'estre informez des payemens, qu'iceux seruiteurs ont receu durant la vie de leursdits maistres, & des conuenances, que pourront auoir esté faite s auec eux

Famuli petentes bursarius, fures

NONNVNQVAM calumniantur debitores contra creditores. l. qui tabulas. §. j. de furt. negantes solutionem per defunctum dominum fuisse illis factam, & heredes hoc ignorant: nam qui in alterius locum succedunt, iustam ignoran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam habere dicuntur.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.& isti famuli petentes bis salarium fures sunt,& latrones,quia inuito domino contrectant.§.furtum.de oblig.quæ ex delicto nascuntur. Et tanquam fures puniri debent, si detegatur solutio, & ipsi post solutionem petãt, & præsumitur calumnia & fraus, si ex pluribus annis petant, quia non præsumitur quòd vixerint vento, & quòd vestitus fuerit seruus,nisi ex salario domini, vel quòd pecuniam domini furatus fuerit.argu.l.fin.C. de alimen.pupill.præstand. doct. in l.j.de iure fisci.lib.x.

Et auſsi en y a pluſieurs que long temps apres leurs ſeruices demandent leurs loyers par fraude & malice, ſachans que les autres ſeruiteurs par leſquels ſe pourront prouuer les payemens, ou conuenances.

GLOSSA VII.

Probatio ſalarij per alios famulos.

SVNT alij qui postquàm omnes alij famuli decesserint, seu recesserint, & non potest per eos nunc dominus probare solutionem, nec conuentum salarium: ideo ipsi audacter petunt salarium, & ex pluribus annis, quia in his, quæ domi geruntur.domestici admitti solent.l. consensu §. super plagiis. C. de repud. Ergo solutio probari poterat, & conuentio per alios famulos & domesticos mortuo saltem domino, quam probationem deesse vident, vnde petere non erubescunt: ideo interdum vidi quòd vnus famulus post domini decessum, monopolium contraxit cum aliis famulis, & omnes deposuere de magno illius famuli salario: verùm quia deposuerant de propriis eorum stipendiis, ob id non creditum illis fuit: sed conuicti postea fustibus cæsi fuerunt.

Qu'ilz auroyent auec leurſditz maiſtres, ſont morts, ou ſe ſont abſentés, dont noſditz ſubietz ſont grandement trauaillez & moleſtez. Et pluſieurs plaintes, proces & querelles en ſortent.

GLOSSA VIII.

DVO respiciunt hi maligni fures. primò mortem domini, vel aliorum famulorum, in præsentia quorum solutio facta erat, vel absentiam diuturnam illorum, & posteà petunt ab hæredibus, & cùm probatio non extet, coguntur hæredes iterum soluere: quia de his quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium.l. duo sunt. ff.de testa.tutel.ob id vt ista euitentur,statuit vt sequitur.

Nous pour y obuier auons ordonné & ordonnons que leſditz ſeruiteurs.

GLOSSA IX.

Ancillæ comprehendantur.

COMPREHENDIT etiam ancillas, quia masculinum cõcipit fœmininum.l.j.ff.de ver. ſ.& quia eadẽ ratio vtriusque est, etiam mulier malitia maiori prædita est,quã vir, ob id hãc exercere etiam posset. Ideo in illo etiam locum habebit. Et si de hoc fuisset interrogatus legislator, sic respondisset, l. Titius.§. Lucius. ff.de

ff.de liber. & posthum. & Imperator hoc in sua ordinatione expresit, sic dicens, *ſeruiteurs & ſeruantes.*

Nec distinguo qualitatem famulorum, an sint cantores, tibicines,agrarij, vel alij quicunque,cùm hic text.indefinitè loquatur, & indefinita æquipollet vniuersali.l.ſi pluribus.ff.de leg.ij.ca.vt circa.de electio.in vj.ergo omnes famuli & seruientes stipendiis,hîc continentur. *Qualitas famulorũ nõ distinguenda.*

Dedans vn an à conter du iour qu'ils ſeront ſortis hors de leurs ſeruices, demanderont ſi bon leur ſemble leurſdits loyers,ſalaires,ou gaiges.

GLOSSA X.

1 INTRA annum (à die quo dominum reliquit famulus) salarium petere debet, vt hic.posteà non admittitur.de quo anno intelligatur? Respon.de anno naturali, videlicet si dominum dereliquerit die vlti. Decembris finietur annus anno reuoluto in in die vlti. Decembris. Et ista probaui in l.cùm bissextus.ff.de verb.signi. Bart. in l.libellorum. ff.de accus. Ias. & Gom. in §.rursus.nu 53 de actio.in instit. *De quo anno intelligatur hæc cõstitutio.*

2 Primò fallit, quando impediuntur petere,quia valetudine fortè,vel bello, aut alia iusta causa impediti.c.commissa. de elect.in vj.l.ſi. C. de adul.l.ſi cùm ipse.ff.de excus.tut.Ias. cõsi. xxxv.in q.col.ij. vol. j. & Alber. Brunus in verb. creditor,Bal .in auth. nisi tricennale. in prin. C. de bo. mater. Et hæc regula est naturalis secundùm eum, quia vbi non est negligentia, ibi non debet esse 3 pœna. Et ideo etiam locum habet in statutis. † Secundò fallit, quando dominus iurauit soluere,quia iuramentum perpetuat actionem. l. nã & posteà. §. ſi is qui temporali. ff.de iureiur. dixi in tract. de merca. minutatim vend. non conuenire huic tex.etiam si iurauerit: ideo habet locum iste text. etiam si iuramentum interpositum fuerit, vt post annum non recipiatur, quia iuramentum intelligi potest,si petierit tempore debito,per l.ſi.C. de const. pec. *Casus in quibus excusantur famuli nõ petentes.*

4 Tertiò, non procedit hæc ordinatio in domino, qui accepit vnum addiscentem, qui dabat ei in singulos annos decem aureos: nam si dominus non petat intra annum, vel duos ab addiscente vel alio, poterit posteà petere,quia ordinatio de hoc non loquitur, & intelligi debet stricte in casu, in quo loquitur,& lex loquens in debitore non comprehendit creditorem, vel è contrario,vt docet Bart.& alij in l.j.ff.de reb.cred. & Bald.in rub.C.de reb. cred.vide quæ scripsi in l.creditores.ff.de verb.signifi.& de hoc addiscente vide text.in l.v.in ſi.ff.ad leg.Aquil. *Dominus ſalariũ ab addiſcente poſt annũ petere poteſt.*

5 Quartò,vitiatur in eo, qui est creditor in actione reali, quia tunc potest petere.Bald.in l.pe.C.quod cum eo. Alber. Bru,in verb.actor.xiij.q.doct.in §.j.de act.in inst.dixi in tract.de merc.minut.vend.ideo si famulus reliquerit vestes suas apud dominum depositi nomine,eas repetere poterit intra triginta annos,posteà non.l.omnes.& l.ſicut.C.de præscript.xxx.anno. *Res apud dominum remanẽtes poſt annũ repetantur.*

6 Quintò,non procedit si famulus deserat dominum,& statim redeat, tunc non videtur recessisse, ideo annus computabitur à die quo nouissimè discederet cum effectu. non enim videtur mulier diuertisse, quæ statim rediit.l.iij. ff.de diuor.l.quòd calore.de regul.iur.& illa est bona cautela,quando famulus dimisit intra annum petere vt alliciat dominum ad dandum chirogra-

phum, seu vt ad seruitium redeat domini iterum, & hoc verum putarem, quando breui rediret, secus si post longum tempus, vt doct. not. in d.l. quod calore. quod erit arbitrarium iudici.

Interrumpatur quãdo annus salarii famulorum.

Sextò, quando per citationem fuisset interrupta hæc præscriptio, quia famulus intra annum conuenit dominum, & lis fuit incepta, tunc perpetuatur actio. l, nam posteà. §. si temporali. ff. de iureiur. l. fin. C. de præscrip. xxx. annor. scripsi in tract. de mer. minutatim venden. Quod non procedit quando nullus comparuisset, quia tunc edictum circunductũ est, l. & post edictum §. j. ff. de iudi. Bal. in c. consuluit. col. ij. de offic. dele. & tunc nihil proderit illa citatio Bar. in l. sepulchri. ff. de sepulch. violat. 7

Dominus sciens debere non est in cõscientia tutus.

Septimò, in foro conscientiæ non procedit. Nam si dominus sciat se famulo debere, non est tutus quo ad Deum, quia possessor non præscribit cum mala fide. c. vigilanti. de præscrip. fusius in tract de mercat. minu. venden. scripsi. valet tamen ordinatio quando verba diriguntur ad debitores, vt docet Alex. consi. ccxviij. ponderatis. col. vl. in vj. vol. 8

Excipere post annum de salario potest.

Vltimò, si rem aliquam domini famulus habeat, si posteà ab eo petatur, poterit excipere de salario etiã post tempus, quia quando quis agere in ciuilibus prohibetur, excipere tamen poterit. Bar. in l. j. §. sublata. & ibi Ias. in ij. lectura. ff. ad Treb. nam quę annua sunt ad agẽdũ, perpetua sunt ad excipiẽdũ. l. pure. §. si. ff. de exc. rei iudi. & hoc modo poterit sibi famulus prouidere. & iste tex. dicit *demanderont*, non dicit excipient. ergo exceptio non tollitur hic. 9

Famulo quando furari sit licitum.

Imò dicunt Inn. & Panor. in c. olim. j. in fi. de resti. spoliato. quem refert Hipp. Marsil. in sing. clxxvij. malitiis. quòd si famulus non possit recuperare debitum, poterit furari rem æquiualentem, per cap. dominus noster. xxiij. q. ij. & ibi est glo. valde notanda. calumnia enim per calumniam repelli potest. glo. in verb. malignantium. in c. cupientes. in prin. de elect. in vj. quod est verum, si nullum istorum interueniat. Primò, quòd non possit per iudicem suum debitum repetere, Secundùm, quòd non sit cum iniuria primi, apud quem forte res erat deposita, vel alij famuli super hoc torquerentur. Tertiò, dummodo non interueniat periculum mortis, vel alterius læsionis magnæ. Quartò, quòd non interueniat peccati periculum, videlicet periurium. Ideo si immineret aliquod periculum istorum in conscientia teneretur restituere. ar. c. cum ex iniuncto. de noui oper. nunc. Ang Clauas. in sua summa in verbo furtum, §. vlti. † vbi plus dicit, quòd si in casu licito furatus fuerit, & post eà impetretur monitorium de occultis, non tenetur reuelare, quia suum factum legis autoritate fuit: quod est notandum. 10

Monitorium de occultis an famulos adstringat.

11

Et ledit an passé ne seront receus, ains en seront deboutez par fin de non receuoir.

GLOSSA XI

Exceptio salarii non petiti est peremptoria.

NON recipitur ergo famulus ad petendum salarium post annum, quo egressus est à domini seruitio, & hæc est exceptio peremptoria, quæ & litis finitæ in qualibet parte litis opponi potest. c. exceptionem. de excep. Imò impendit litis ingressum. c. j. de li. contest. in vj. & quoties lex vel ordinatio loquitur. quòd non detur actio vel petitio, tunc dabitur excep. etiam ad impediendum litis ingressum. Bart. & alij in l. j. ff. ad Maced. & l. ij. §. j. ad Vellei. & l. j. §. j. sublata. ad Treb. Aufre. in 1

decis.

decis. Tholos. q. lxvij. vide Calca. consi. lxxv. & exceptiones litis finitæ vocãt practici fines non recipiendi, vt abundè scripsi in tract. meo de exceptio.

Notarii post quinquennium petere salariũ nõ possunt in lingua Occitana

Item in patria Occitana notarij post quinquennium non possunt petere salaria, quæ eis ex processibus debentur, nisi impediti fuerint, vel diligentiam intra illud tẽpus recipiendi solutionem fecerint, vt est in artic. xxvij. ordi. linguæ Occita.

Conductores decimæ parui sigilli Mõtisp. debent petere intra quinquennium.

Item conductores decimæ in curia parui sigilli Montispessulani debent petere intra quinquennium decimam Regi debitam, & salaria, aliàs posteà non audientur, vt est decisum artic. lxxv j. in d. ordinatio. sed nil perit Regi, quia conductor soluet Regi, nam periculum nominum est apud eum. l. periculum. ff. si cert. pet.

An singulorum annorũ præscriptio sit necessaria, an vna tantũ pro omnibus.

An sufficiat vna præscriptio pro omnibus rebus, & annis, vel quot sunt anni, tot requirantur præscriptiones? Respon. licet sint plures anni debiti, tamen vnica præscriptio sufficit, sicut quando vnica stipulatione promissa sunt decem annua: quia licet sint plures anni, vna tamen est stipulatio. l. senatus. in fi. ff. de do. cauf. mor. l. si Stichum. §. stipulatio. de verb. oblig. & vnica etiam actio competit pro omnibus, & singulis solutionibus, arg. l. plura. fi. de act. & oblig. l. hæredes. §. de plurib. fami. erciſc. & vna censetur præscriptio. l. cùm notissimi. C. de præscript. xxx. ann. & in decimis sufficit xl. ann. præscriptio cum titulo ab ecclesia contra ecclesiam, quamuis plures solutiones annuæ fieri debeant. cap. de quarta. de præscript. hoc abundè tractat Barbat. consi. ix. vbi Christus. col. ij. & iij. in iiij. volum. vnde si pro quatuor annis debeat stipendia dominus famulo, & hic non petierit per vnum vel duos annos, non poterit petere salarium etiam vltimi anni, habita præscriptione illorum quatuor annorum. nam postquàm erant debiti quatuor anni: & post vltimum quatuor annorum non petiit intra annum, amplius petere non poterit.

Et si ne pourront demander dedans ledit an que les loyers & gages de trois dernieres annees qu'ilz auront seruy.

Salarium triũ annorũ peti potest.

SVPERIVS præstituit tempus famulis, intra quod stipendia petere debeant, videlicet intra annum, & si non petierint, non recipientur posteà petentes. nunc iste text. ostendit an omne salarium debitum ipsi petere possent? Respondet quòd à tribus annis debitum petent & non vltrà, quia vt mobilia præscribuntur triennio. §. j. de vsuc. in instit. ita & hoc est salarium. & verisimile est, quod solutum est: nam famulus non iamdudum expectâsset sibi exolui, & non vixisset, nec indutus vestibus fuisset eo tempore, si eidem non fuissent soluta stipendia.

An iurare teneatur dominus.

Si tamen famulus prętenderet vltra tres annos pecuniam sibi debitam, & super hoc vellet stare iuramẽto domini, an plures annos deberet, putarem iurare teneri. quia vult eum facere iudicem & partem, æquum est vt iuret: alàs manifestæ turpitudinis est nolle iurare, nec referre, l. manifestæ. ff. de iureiur. scripsi in tract. de lit. oblig. artic. j. nã licet hęc ordinatio pariat exceptionẽ, in conscientia tamen non est tutus, si certò sciat se debere plures annos, si non

Universidad de Deusto
Biblioteca

integré ſoluat, vt ſuprà ſcripſi. dicunt tamen quidam quòd non tenebitur iurare dominus, cùm famulus petere non poſsit vltrà, prout hoc modo peteret, & fortè conſequeretur, ob id ſtandum eſſet iſti text. qui non cogit iurare, & ſic in curiis dicunt ſeruari. vide quæ ſcripſi in tract. de conſtit. redituum infrà.

Actio an per principem tolli poſsit.

An actiones poſsint tolli per principem, vide Card. & alios in c. quæ in eccleſiarum. q. vij. de conſtit. & Bald. in c. fi. ibidem. ac Barbat. conſi. lix. optaui. in iiij. vol. & doct. in §. j. de act. in inſtit. & ſcripſi in trac. de mercat. minutat. venden.

Si ce n'eſt qu'il y euſt conuenance.

GLOSSA XIII.

Famulus petere poteſt ſalarium vltrà quàm triũ, annorum ſi conuentum fuit in ſcriptis.

IISTA prima limitatio poteſt referri ad pecuniam, & ad locationem, vt dicunt quidam famulum non poſſe petere ſalarium vltra tres annos, niſi concluſum fuerit & conuentum ſu per illo ſalario inter dominum & ſeruum, de quo diximus in tract. de merc. minut. vend. & hoc eſt verum, vt ibi dixi. Sed ego etiam intelligerem hunc text. quòd famuli ſalarium trium annorum tantùm petere poſsint, & non vltrà: hoc verum eſt, niſi eſſet conuentio famuli in ſcripturam redacta, tunc permittit famulo petere ſalarium etiam quatuor & aliorum annorum, prout conuentum fuerit, quia iam conſtat debitum, igitur dominus debet probare ſolutum. l. j. ff. de excep. l. j. C. de prob. & non ſufficeret ſi conuentio probari poſſet per teſtes, nec haberet locum iſte text. quia dicit *conuenance par eſcrit*, vbi lex requirit ſcripturam, illa adeſſe debet. l. j. C. de iur. emphyt. tamen prima interpretatio melius conuenit, licet ſecunda ſit magis dubia: quia licet locatio ſit in ſcriptis, dominus poteſt ſoluiſſe ſine ſcriptura, ideo hæc conſtitutio obtinet. alia docui in tract. de merc. minut. vend. quæ hîc non repetam.

Ou obligation par eſcrit.

GLOSSA XIIII.

Obligatio dicitur etiã manu priuata.

SIVE manu domini, ſiue notarij hæc obligatio fuerit: & eſt ſecunda limitatio, & cùm hîc dicatur *par eſcrit* & non dicatur *obligation publicque*, ſufficit ſcriptum eſſe, etiam ſi per epiſtolam, vt in l. Publia. ff. de poſ. hoc etiam probat imber. in inſtit. forenſ. lib. j. §. cæterùm. fol. 105. de his ſcripturis & publicis & priuatis ſcripſi multa in primo Tomo ordin. tract. de liter. oblig. & in tract. de chirogra. recog. ſufficit igitur quòd in ſcriptis ſit obligatio, ſiue per manum notarij, ſiue per manum debitoris: & hoc eſt expreſſum in ord. Imperat. Carol. ibi, *cedule, ou lettre obligatoire*, quia ſemper eſt obligatio ex conſenſu: vt patet in l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. & inſtit. de obli. ex cõſenſu. quæ eſt iuris vinculum, quo neceſsitate adſtringimur ad ſoluendum. §. j. de oblig. in inſtit. vide quæ ſcripſi in tract. de liter. oblig. in princip. & in §. j. in verb. *obligations*.

Ou-

Ou ſommation.

GLOSSA XV.

Interpellatio quid.

INTERPELLATIO hîc extra iudicium, ſummatio in iudicio, vt dicam ar. xiij. & ſeq. in tract. de dilat. in iij. Tomo. *en ſommation de garend & garend formel.* licet quandoque etiã interpellatio accipiatur tam de iudiciali quàm extraiudiciali, vt ſcripſi in rubr. *des marchans vendans à detail.* Et ſola citatio ſufficiet. l. cùm notiſsimi. in prin. C. de præſcr. xxx. ann. Albert. Brunus in verb. citatio, Iaſon in l. fi. ff. de eo per quem fact. erit. Bal. de vbal. in c. ſi diligẽti. co. xxv. fallen. viij. de præſcr. etiam petitio extra iudicium, quia non eſt repetitum verbũ *iudiciaire*. Sicut in tract. de merc. minutat. vend. fuſius ſcripſi.

Interpellatio cõtra debitorẽ prodeſt contra fideiuſſorẽ.

2 Idem ſi intra tempus actum fuerit contra fideiuſſorem, vel reum: tunc ſufficit, quia interpellatio facta etiam contra fideiuſſorem, prodeſt contra debitorem: & econtrariò, quia vnũ eſt debitum, ex eodem fonte, & ex eadem ſcriptura, & eſt vnus contractus: & apparet per hanc interpellationem fideiuſſori factam famulum non fuiſſe negligentem, nec in malitia, ergo non curret præſcriptio. & iſtud probat Io. And. in addi. ad Spec. in rub. de fideiuſ. facit gl. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. mand. cui ſententiæ adhæret Barbat. in rub. de fideiuſ. in Decre. ſed quòd interruptio principalis non proſit contra fideiuſſorem, allegatur tex. in l. cùm quis. §. ſi quis pro eo. ff. de ſolut. & gl. in l. j. C. de præſcrip. long. temp. & Bart. in l. mora. ff. de ver. oblig. ideo Bal. in l. tam mandatori. C. de non. nu. pec. ſic conciliat, quòd interruptio cõtra principalem videtur facta, ſi contra fideiuſſorem iudicatum ſolui actum fuerit diuerſum eſt ſi contra fideiuſſorem contractus, tunc interruptio principalis non prodeſt contra fideiuſſorem. Alex. conſi. xcviij. ſuper eo. volu. vij. & iſtam concordiam probat Io. Franciſ. in tract. de præſcr. in iij. parte ſextæ partis in fi. q. iiij.

3 Ego verò arbitrarer interpellationem quo ad hunc text. factam principali prodeſſe etiam contra fideiuſſorem contractus, in quibus caſibus fideiuſſor poteſt ante principalem conueniri: nam cùm vt principalis teneatur, ſi petitio facta fuerit principali valebit, ſic & contra fideiuſſorem, quia habentur tanquã rei debendi quo ad iſtum text. ſi principaliter ſint obligati, & vnius interpellatio prodeſt quo ad alterum. Bart. in d. §. ſi quis pro reo. & doct. in l. mora. ff. de verb. obli. etiam quia ceſſat ratio text. quia non petit famulus per malitiam nec eſt negligens, & ſummatio interuenit intra annum, ergo & præſcriptionis interruptio: nam cùm fideiuſſor condemnari in aliquibus poſsit ad ſolutionem, multò fortius petitio contra illum interruptionem pariet.

Interrũpitur præſcriptio hæc per dationem fideiuſſoris.

4 Imò fortius dicerẽ in terminis huius tex. quod ad interrumpendũ præſcriptionem huius anni ſufficeret, ſi dominus daret fideiuſſorẽ, qui ſe pro domino obligaret: Tum quia iſte text. excipit cõuentionem partium, & obligationẽ in ſcriptis, vt ſuperius viſum fuit, ob id ſi fideiuſſor ſe obligaret famulo intra annũ, non prohiberetur famulus illud ſalariũ promiſſum, etiam vltra annum petere, tũ quod non eſt negligens, tum quòd non petit ex malitia, etiã quia interrupta eſt præſcriptio anni per iſtã obligationem & conuentionem factam, per tex. in l. naturaliter. vbi doct. ff. de vſucap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et sic sunt hîc tres casus. Primus est quando reus principalis interpellatus 5
est, & tunc illa interpellatio prodest, vt etiam post annum possit contra fideiussorem etiam contractus agi per supradicta, licet non fuerit actum contra fideiussorem: quia vbi principale durat, accessorium sequitur. l. cùm principalis. ff. de reg. iur.

Secundus casus an interpellatio fideiussoris prosit contra principalem 6
quo ad hunc tex. & quo ad hoc prodesse arbitror, quia vnum est debitum & hîc interpellatio, vel summatio sufficiens tantùm requiritur. Quod intelligerem verum, quando fideiussor poterat conueniri ante principalem debitorem, vel si dominus erat austerus, & famulus eum interpellare non audebat: his casibus interpellationem fideiussori factam sufficere arbitror, vt superius dictum fuit, quia hoc etiam fauorabile est. Nam famulus agit de damno vitando, & dominus de lucro captando. Ideo famulus in hoc obtinere debet. l. iuris ignorantia. ff. de iuris & fact. ignor. & idem dicerem, si vnum ex fideiussoribus conueniret, vt interruptio aduersus omnes facta censeatur prædictis rationibus.

Tertius casus, datio fideiussoris facta famulo interrumpit anni præscriptio- 7
nem, vt superius vidimus: & ista notanda sunt.

Chirurgus aut medicus protelans morbū non debet habere salarium. Arestum.

Nota vnum casum sing. quòd quando chirurgus aut medicus protelat 8
morbum, nullum debet habere salarium. gl. & doc. in l. maritus. ff. loc. sic pronunciauit curia contra chirurgum Formagen. die vij. Septembris. idem dicerem in procuratore & aduocato differente processum per subterfugia & dilationes, & tunc curia nil deberet taxare istis calumniosis, & non sic calumnias exercerent: quia prædictæ rationes in illis locum habent, etiam ex dolo non debent commodum habere. c. ex parte. de rescrip.

Sufficiens.

GLOSSA VLTIMA.

Sufficiens interpellatio quæ dicatur.

SVFFICIENS interpellatio dicitur tam in iudicio quàm extra iudicium, vt superius dixi, & huic sententiæ inhæret etiam Imber. in inst. foren. lib. j. §. cæterum. Sed in mercatoribus iudicialem tantùm putat sufficientem, quod superius reprobaui: & exponendam ibi esse disiunctam pro coniuncta, quamuis hoc sæpe fiat exigente re, vt l. sæpe. ff. de verb. sign. vbi scripsi. alia docui in d. tract. de merc. minurat. venden. ad quem nunc reiicio, de his gratias Deo agens.

TRACTATVS DE PANNARIIS MERCATORIBVS.

Rubr. des drapiers.

FRancoys *par la grace de Dieu Roy de France, à tous presens & aduenir. Comme de la part de nos chers & amez les drapiers drapans de la ville de Darnestal, nous eust esté presentee requeste, contenante que depuis quarante ans ils se sont du tout applicquez à la manufacture des draps de petit pris, comme de vingt à trente sols tournois l'aune pour la commodité de nostre peuple: à laquelle manufacture est accoustumé de tout temps vser de laines taintes, exclusiuement de blanches, & faire fouler les draps au moulin pour la paruite du pris desdits draps, & grosseur desdites laines ainsi taintes, & lesquelles demeurent par bolleües à la tainture: tellement qu'ils ne pourroient faire lesdits draps bons & loyaux, sinon qu'ils fussent d'vne aune de laisse entre deux lisieres seulement, tant ils sont foullez pour les mettre en estat deu, loyal & marchant. Et n'ont lesdits supplians de temps immemorial aucunement esté vexez, molestez ou trauaillez à la manufacture de leursdits draps: pourueu qu'ils eussent ladite laisse d'vne aulne ou enuiron. Et combien que la draperie de nostre ville de Rouen soit directement diuerse, & en icelle ait diuerse facon de draper, neantmoins sous ombre de quelque ancienne ordonnance faite par ladite draperie de Rouē, y ha enuiron quarante ans, qui toutefoys pour l'impossibilité & incōmodité d'icelle ne fut oncques obseruee ne gardee: les tondeurs in table seiche & leurs consorts marchans, regratiers, & autres s'efforcēt assuiectir lesdits suppliants, faire leldits petis draps selon ladite ancienne ordonnance reuoquee par non vsance pour sadite incommodité & impossibilité. Nous humblement requerans que pour la conseruation de nostre droit, bien de la chose publique, & soulagement de nos poures subiets, leur vousissions ottroyer commission adressante audict Baillif de Rouen, ou son lieutenant, pour informer sur la forme &* Articulus primus.

niere de ladite manufacture en ladite vallee de Darnestal, & specialement touchant ladite laisse pour ladite information faite, y estre par nous pourueu & ordonne vn marc ausdits draps, pour la difference d'iceux auec les autres draps des autres drapiers. Et pareillement de la part de nos chers & bien amez les manans & habitans de nostre ville de Rouen, nous eust esté presentee autre requeste, tendans à ce que pour les causes contenues en icelle, nous leur vouliſsions octroyer lettres pour informer sur la commodité ou incommodité de certaine nouuelle creation d'office de visiteur de draps en nostredite ville, & de faire ladite visitation en la halle dudit Rouen, lesquelles requestes nous eussions renuoyees audit Baillif de Rouen ou son lieutenant, pour sur icelles appellé nostre procureur, en sondit bailliage informer, & les informations sur ce faites nous renuoyer auec son aduis & celuy de nostredit procureur, pour ce fait: & le tout veu y estre par nous pourueu comme de raison. Suyuant lesquelles lettres & commission, nostredit baillif de Rouen, ou sondit lieutenant auoit informé, & les informations communiqué à nos aduocat & procureur dudit Bailliage: & à plusieurs autres notres notables personnages & marchans nous auroit lesdites informations & leur aduis enuoyez. Scauoir faisons que veües par nous en nostre conseil estant lés nostre personne lesdites requestes, commissions, informations & aduis dessusdites: Auons par la deliberation des gens de nostredit conseil, & pour le bien, profit & vtilité de ladite manufacture, traffique, & marchandise desdits draps, & oster à l'aduenir toute occasion de delinquer audit estat, en regard & consideration à la grande & quasi inestimable manufacture desdits draps, faits audit lieu de Darnestal, paroisses de Carnailly, Long paon, Bourdeuy le viuiers, & autres lieux circonuoisins, voulu, statué & ordonné, & de nostre propre mouuement, certaine science, pleine puissance, & authorité Royal, voulons, statuons, & ordonnons par edit perpetuel & irreuocable, qu'en ladite vallee de Darnestal, en laquelle sont situez & assis lesdites paroisses, soyent d'oresnauant commis quatre gardes des maistres dudit mestier, pour faire la visitation de tous lesdits draps faits en ladite vallee estans en escreu, & apres le dernier appareil, pour par eux marquer lesdits draps trouuez loyaux, lesquels nous voulons & ordonnons estre d'vne aulne de laisse entre deux lisieres, & faits & composez de treze à quatorze cens fils: sur peine de confiscation & forfaiture desdits draps. Et pour faire ladite visitation sera establie audit lieu de Darnestal vne maison en laquelle à certain iour de la semaine, que par lesdits artisans & maistres dudit mestier sera auisé, iceux artisans apporteront leursdits draps, pour en ce lieu

leursdits draps pour en ce lieu estre veuz & visitez & marquez par lesdits gardes. Ausquelz & tous autres nous faisons inhibitions & defences par ces presentes, ne faire ladite visitation desdits draps en la halle dudit Rouen. Et si par cy apres estoient trouuez aucuns draps de ladicte manufacture de Darnestal non marquez exposez en vente: Auons declairé & declairons iceux à nous confisquez, & pour oster toute occasion de faueur audits gardes, voulons & ordonnons iceux gardes estre tenuz respondre aux marchans qui auront achepté desdicts draps vitieux, qui se trouueront auoir esté par eux visitez & marquez.

Si donnons en mandement au Baillif de Rouen ou son lieutenant, que nostre present edit, ordonnance & vouloir il execute & face lire, publier & enregistrer, obseruer & garder de point en point selon sa forme & teneur, sans aller ou permettre estre allé ou fait aucune chose directement, ou indirectement au contraire, par quelque personne que ce soit: En contraignant à ce faire, souffrir, & à nostre edit vouloir & ordonnance obeyr entierement reaument & de fait, & par toutes voyes deuës & raisonnables tous ceux qu'il appartiendra. Nonobstant oppositions, appellations, lettres, vsages, styles, ordonnances, mandemens & autres quelzconques choses à ce contraires. Pour lesquelles ne voulons l'effet & execution de nostre present edit, vouloir & ordonnance estre aucunement differee, retardee ou empeschee: Ains à icelle auons de nostre propre mouuement & certaine science, plaine puissance & autorité Royal, desrogé & desrogeons par cesdites presentes. Par lesquelles nous mandons en outre audit Baillif de Rouen, ou sondit lieutenant faire l'execution de cesdictes presentes, & tout ce, que pour icelles il verra estre necessaire. Et affin que ce soit chose ferme & stable à tousiours, nous auons fait mettre nostre seel à cesdictes presentes, sauf en autres choses nostre droit, & l'autruy en toutes. Donné à Mont Real en Bourgongne, au moys de May, l'an de grace mil cinq cens quarante deux, Et de nostre regne le vingthuitiéme.

1 IN HAC prima constitutione & ordinatione pannariorum statuitur ratione vtilitatis publicæ conseruandæ, ne adulteri panni & improbi fiant in oppido Darnestal, & locis circumuicinis in Normania, vbi quotannis fit pannorum multitudo: verùm quia corrompere eos satagebant, ob id statuit Rex sequentia.

2 Primò, dicit ad commodũ & vtilitatẽ populi, artifices loci Darnestal conficere pannũ solitos modici valoris, nempe vt vlna vendatur à viginti vsque ad triginta solidos, quod est valde vtile plebi, vnde constitutio ad vtilitatem populi fieri debet. c. erit autem lex. iiij. dist. scripsi in proœ. cõst. regia. vnde pulchrè fuit olim à Philippo pulchro statutũ, quod deinceps

Panni vlna taxata.

nullus ferret veſtem ex panno empto vltra vigintiquinque ſolidos pro vlna. Cuius conſtitutionis verba inſerui in tract. de pannis aureis. in final. ibi vide.

Cuſtodes præficiuntur ad pannos probandos.

Secundò, ſtatuit quatuor cuſtodes (quos *Gardes* vocant) præfici in illo oppido Darneſtal: & ex magiſtris dicit eligendos, quia ille qui committitur ad probandum aliquid, oportet quòd inſigniter illud cognoſcat, in l. quibus. ff. de verb. & rer. ſign. ideo vult vt præficiantur magiſtri, non tyrones. §. cúmque. in prooem. Inſtit. 3

Cuſtodes à quo eligantur.

Tertiò, vult quòd ex magiſtris dicti artificij aſſumantur, quia alij artifices non poſſent de hoc iudicare, etiam de his magiſtris, & non de exteris, ne ſi ex aliis eligerentur, ciues eos poſsint reprobare, ſed à quo ſint eligendi: videtur quòd à ciuibus, vt in l. ij. C. de pond. lib. x. vbi in qualibet ciuitate debet eligi aliquis, qui de auro cognoſcat, an bonum improbúmve ſit. Contrarium tamen credo, quòd hi cuſtodes & *Gardes* à Rege ſint eligendi, tum quod hîc ab ipſo conſtituantur, & non dat electionem villæ de Darneſtal, tum quia agitur de pœnæ impoſitione magnæ: & ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet. l. vna. ff. ad leg. Iul. de ambitu. 4

Magiſtro electo eſt credẽdum.

+ Et hoc expreſsẽ docet patruus meus Iaco. Rebuff. in d. l. ij. de ponde. libr. x. in menſuris, & quòd ille qui præeſt ponderi, vel viſitationi, ſi approbet vel improbet, eſt ei parendum & credendum, & tenetur iurare in principio ſui officij, & non in ſingulis actibus, vt in auth. iuſiurandum quod præſtatur ab his. col. ij. vel præficientur à magiſtris illius artis præſentibus gentibus Regiis ſecundum conſuetudinem ibi vigentem: videlicet præſente magiſtratu, procuratore, & aduocato Regio, & niſi ſit in contrarium conſuetudo, à Rege præficitur, vel niſi ipſe hoc permiſerit illis. 5

Domus ad viſitandos pannos, & in loco publico conſtitui debet.

Quartò, decernit, vt domus ibi deputetur ad pannariorum viſitationem faciendam, ad quam omnes deferentur panni, ibíque viſitabuntur, & ſignabuntur: ergo ciuitas hanc domum conſtituet, & in loco publico vt illic facilius homines conuenire poſsint. Sicut dicimus de Scipione Naſica, cui publicè domus in ſacra via data fuit, quo facilius conſulere poſſet. l. ij. §. iuris. ff. de origine iuris. & publicè ibi panni viſitabuntur, de quo loquitur Barb. conſi. lxxxviij. Illud. in iij. volu. 6

De Scipione Naſica.

Officium cuſtodum.

Quintò, declarat iſtorum cuſtodum officium, vt ſit viſitare pannos omnes factos, & probos approbare, & reprobos abiicere. arg. l. ab arbitrio. ff. qui ſatiſ. cog. alioqui cuſtodes tenentur vt ſequitur. 7

Sextò, vt ſciatur approbatio iſtorum cuſtodum, debent ipſi notare ſingulos pannos, & ſigna eis imponere, videlicet ſigna Regis, vel ciuitatis, *la marque du Roy, ou de la ville*, vel vtrumque, l. Quintus. ij. §. ſi autem aurum. ff. de aur. & arg. leg. l. penult. de aquædu. lib. xj. C. Et panni Rothomag. eò quòd excellentes ſunt, ſolent vtroque notari ſigno: ſed ſiquis ſignum ſua authoritate imponeret, tanquàm falſarius puniretur, teſte Bald in l. j. C. quæ res vendi non poſſunt, & panni ſic ſignati confiſcati eſſent, vt in hoc text. patet. 8

Signãs pannum ſua authoritate falſi pœna tenetur.

Septimò, ſtatuit latitudinem pannorum & filorũ, & alios improbat, & ad fiſcum redigit, niſi ſint latitudinis hîc ſcriptæ & bonitatis, & per hoc datur cognitio viſitatoribus, vt ſi panni iſta nõ contineant fiſco adiudicentur: fiſcus enim 9

enim bona & mala recipit, & omnia intra ſtomachum purgat. Bal. in c. vno. col. iij. de Alaud. in vſib. feudo.

recipit omnia purgat. Signari in certo loco pãnni debent.

Octauò, aſsignabitur ab ipſis cuſtodibus iunctis magiſtratibus, & magiſtris pannorum dies in hebdomada certus, quo omnes Pannarij tenebuntur illuc afferre omnes & ſingulos pannos factos ſeu contextos, vt ibi viſitentur & notentur. & ſi alibi fiat viſitatio, nõ valebit, poſtquam locus ſemel fuerit deputatus, ſicut de ſententia dicitur in l. ſi vt proponis. ij. C. quomodo & quando iudex.

Non ſignati panni cõfiſcati.

Nonô, ſi inueniantur panni in dictis locis facti, non tamen fuerint ſignati, declarantur confiſcati Regi. præſumuntur enim improbi, & clam facti, & quantum iſti panni pertendi debeant, & qua vlna menſurari, habetur in rubri. *des aulnes & aulnages*, in ordinatio Reg.

Cuſtodes approbantes pannos, improbos, ad quid teneãtur.

Vltimò, vt iſti viſitatores, & cuſtodes bona fide, & non fauore expleãt ſuũ officium, vult vt ipſi cuſtodes teneantur mercatoribus ſi improbi panni inuenti fuerint poſt eorum viſitationem: quia ſi panni non contineant ſtatutam hîc latitudinem, non debent ſignari, & ſi ſignati fuerint, tenentur prędicti viſitatores mercatoribus, qui illos emerunt ad id quod intereſt iſtorũ mercatorum, & erunt panni confiſcati. hæc eſt primæ cõſtitutionis ſumma, quę licet ſit localis, tamen ratio illius ſumi poteſt & ſeruari in aliis locis: prout doct. ſcribunt in c. vno. quæ ſint Regalia, in feud.

Pannorum nomine, quid veniat.

Quæro, quid veniat pannorum appellatione? Bar. dicit contineri ea, quibus, quis induitur in l. diuus. ff. de bonis damnator. Ego verò putarem panno rum *des draps*, nomine venire eos tantum pannos, qui ex lana confecti ſunt non verò ex ligno: quia vocatur pannus, ſed tela ob id non venit. vnde ſi quis donet veſtes ex panno, non venit ex ſerico, vel ex lino: quia non eſt pannus. Bartol. in l. veſtimentum. ff. de auro & argen. lega. & quando veſtis debetur ex quo panno tradi debeat? Reſpon. ſecundum conditionem perſonæ, cui debetur. l. ſed & ſi. §. ſufficienter. ff. de vſufruct. abundè ſcripſi in priuil. ſcholaſtico. xciiij.

FRANCOIS Par la grace de Dieu Roy de France, à tous ceux, qui ces preſentes lettres verront, ſalut. Nos chers & bien amez les gens de trois eſtatz de noſtre pays de Languedoc nous ont fait dire & remonſtrer, que comb. en que par nos predeceſſeurs Roys Charles huitieſme, & Loys douzieme derniers decedez (que Dieu abſolue) conſiderans le bien, proffit, & vtilité, prouenant à la choſe publique des pays de Languedoc, du fait de la draperie qui ſe fait ordinairement auſdits pays, euſſent par leurs edits, & ordonnances inhibé & defendu, qu'il ne fuſt loiſible ne permis faire entrer, conduire, vendre, n'acheter par mer, ou par terre directement, ou indirectement en nos Royaume, pays & Seigneuries, meſme en noſtredit pays de Languedoc, aucuns draps n'au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tre facture de layne de Parpignant, Chatellongne Sardoigne & de Castille, sur peine de confiscation desdits draps & d'amende arbitraire enuers lesdits infracteurs desdites ordonnances & defences. lesquelles ordonnances & defences auroient esté publiees par plusieurs & diuerses foys és villes & lieux de nostredit pays de Languedo. Et pareillement en nostre ville de Lyon: neanmoins ainsi qu'auons esté aduertiz, plusieurs se sont efforcez, & efforcent chacun iour admener, vendre & achepter desdits draps de Parpignan, Rousillon, Cathellongne & autres estrangiers prohibez & defenduz en nostredit Royaume, pays, Seigneuries, au contempt & mespris desdites ordonnances, & defences, & au grand preiudice, & dommaige de la chose publicque de nostredit pays de Languedoc, ainsi que lesdit gens des trois estatz dudit pays, nous ont humblement fait dire & remonstrer, requerans noz lettres de prouision. Pource est il, que nous ce considerez desirans le bien & augmentation de la chose publique de nostredit pays, & noz suiectz d'icelluy estre conseruez & entretenuz en leur priuileges, franchises, & libertez, auons voulu & ordonné, voulons & ordonnons en approuuant & reiterant par nous lesdites ordonnances, prohibitions, & defences faites par nosdit predecesseurs Roys, qu'il ne sera loysible à aucuns marchans n'autres personnes quelconques d'admener ou faire admener, entrer, conduyre, vendre, n'achepter, en nostredit pays de Languedoc, n'ailleurs en nostredit Royaume pays, & Seigneuries, aucuns draps de layne, à ladite manufacture desdits pays de Parpignã, Cathellongne, Sardoigne, Castille, n'autres lieux estrangiers, & a noz subiez, sur peine de confiscation desdits draps, & d'amende arbitraire contre ceux, qui seront trouuez auoir fait le contraire.

SI DONNONS en mandement par cesdites presentes à noz amez, & feaux Conseillers les gens de nostre cour de Parlement de Toulouze, Senechaux dudit Toulouze, de Lyon, & de Beaucaire, & de Carcassonne, gouuerneur de Montpellier, & à tous noz iusticiers, officiers, ou leurs lieutenans & chascun d'eux si comme à luy appartiendra, que noz presentes ordonnances, approbation & reiteration de ces prohibitions, & defences ilz entretiennent, gardent & obseruent, facent entretenir, garder, & obseruer, lire, publier & enregistrer, tant en nostredite cour de Parlement qu'en chascun de leurs sieges, & iurisdictions, à ce qu'ilz n'ayent excuse d'ignorance. Et procedent par eux contre les infracteurs.

infracteurs de nosdites ordõnances esdites peines, & autres qu'ilz verront estre à faire par raison. car tel est nostre plaisir. En tesmoing de ce nous auons fait mettre nostre séel à cesdites presentes. au vidimus desquelles pource que l'on pourra auoir à besongner en plusieurs & diuers lieux, fait souz séel Royal ou collationné par l'vn de noz amez & feaux notaires & secretaires de la maison de France, Nous voulons foy estre adioustee comme à ce present original.

Donné à Paris le douziéme iour de Ianuier, l'an de grace mil cinq cens trente huit. Et de nostre regne le vingtcinquiéme.

Par le Roy, le Seigneur de Belly, conseillier & maistre des requestes ordinaires de l'hostel present, Articulus secũdus.

De la chesnaye.

IN HAC secunda constitutione statuitur, quod sequitur duplici ratione, videlicet propter vtilitatem publicam, & ipsius augmentum: augere enim debet Imperator Imperium, ideo vocatur Augustus si gloss. credatur in proœ. Institu. & Digestorum, Sic & Reges regnum augere debent, & ideo prohibetur alienare vnam de ciuitatibus regni. cap. intellecto. de iureiurand. scripsi in arbor. feudor. *Augere Imperiũ et Regnũ Imperator & Rex debẽt.*

Secunda ratio est, vt conseruentur subiectorum priuilegia: subiecti enim maiorem erga principem gerunt deuotionem, si eorũ priuilegia conseruet, maximè ea quæ in contractum transiuerunt, sicut priuilegia linguæ Occitanæ. doct. in c. j. de prob. scripsi in præfa. ad rub. de coll. in concor. *Priuilegia subditis seruanda.*

Statuit ergo Rex, ne panni extra regnum facti in regnum portentur, vẽdanturq;, néve emantur, vt panni in regno facti faciliùs vendi possint: & super illis commercium haberi, & hoc sub pœna confiscationis, & mulctæ: quod limitatur in mercatore, qui tempore huius ordinationis erat extra regnum, tunc si in regnum detulerit pannos, non confiscabuntur: quia ignorantia puniri non debet. l. generali. C. de tabula. lib. x. facit c. final. qui matr. accus. possunt. Alber. gandi. in tract. de malefi. in rubr. de rebus non portan. contra deuetum. colum. penultima. Idem si mercator gallus conduceret hos pannos, vt deferret in Angliam, tunc panni non debent capi, nec confiscari: quia hæc ordinatio debet intelligi quando portarentur, vt in regno remanerent, & ibidem venderentur: secus si per transitum ad alia transferrentur loca. hoc docet Paul. Castren. in l. cætera. §. sed & si quis. ff. de legat. l. & Alexan. consil. lxxxvj. visa inquisitione. in quarto volum. nisi causa fraudis hoc dicerent. *Panni exteri in regno vendi non debent.* *Panni exteri quãdo nõ cõfiscãtur.*

Item punientur etiam, si vnum tantùm pannum ferant vendendi gratia per hoc verbum, *aucuns*, gloss. in clemen. vna. de foro compet. scripsi in interpret. authen. habita, in verbo aliquam. C. ne filius pro patre. vide Lucam de Penna in l. nemo. q. ij. C. de cursu pub. lib. xij.

Item, hodie si mercator exterus ignorans hanc constitutionem portauerit pannos, ipse non amittet pannos suos, nec confiscabũtur: quia nõ ligatur ignorans. l. fi. ff. de decret. ab ordin. facien. & non potuit lex imponi Floren. non subdito. l. fi. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. Sed tunc potest prohi- *Exterus mercator deferens pãnos prohibitos an puniatur.*

beri, nè vendat pannos in regno, & foras debet eiici, non verò panni eius confiscari debent, si, vt dixi, sit ignarus constitutionis: quia esset contra l. cotem.ff.de publi.Gandi.in d.tract.versi.prætereà circa materiã.& versicu. sed statutum.refert & sequitur Hippol.Marsil.in l.fi.num.129.ff. de iurisdictio.omnium iudicum:quia Rex non potest non subditis legem indicere.l. cunctos populos.C.de summa trinita.l.j.C.qui pro sua iurisd.& l.fi.de incest. nup. Prætereà non procedit, quando aliquis deferret vestes ex his pannis sui tantùm vsus gratia,tunc hoc non videtur prohibitũ,vt probat l.in l.censoria.ff.de verborum significatio.vbi scripsi taxationem pannorum. vide in rubric.*de la taxatiou des viures*.articu.quinto & sequen.

Alia possunt suppleri ex rubrica de marcator.minutatim venden.taxationem pannorum & purpuræ:videre etiam potes in rubric. *de la taxation des viures*, in ordinatio. Reg.

quæ erunt ex his expedita. Laus Deo & virgini Mariæ ac omnibus cælicolis.

Amen.

TRACTATVS DE PANNIS AVREIS, ARGENTEIS, SERICIS ET PVRPVRA.

1 SCIENDVM est olim apud Romanos purpurã fuisse in duplici differentia quædã erat quæ murice tincta erat, & hæc patriciis in vsu erat: erat enim pro maiestate in pueritia,maximeq; patriciũ ordinẽ à plebe diuidebat:namq; patriciis tyriæ muricis purpura dabatur: cùm equestris ordo & plebeius purpuram non induerent. Cuius vsum Plinius antiquissimũ notauit:tribuno enim plebis, vel plebeio homini purpurã induere nullis fas erat:hi enim penulis breui villo præcipuè Plinij tẽpore aut 2 lacerna vtebãtur,teste Alex.in lib.Genia.v.c.xviij.† verùm quia nitimur in vetitũ,plebeij hanc purpurã semper affectabant,aliam à patricia distinctam penè adulterinam confinxerunt,quæ vocata est plebeia: erat enim fusca,& obsoleta,non murice conchilio & cocco,sed herbarum succis infecta. Quę duo genera vsque ad nostra tempora peruenerunt. Est enim purpura quam Gallicè *l'escarlate*, vocamus, principi de iure affecta.l.iij. C. de muri.lib. xi. vbi Rebuff. Altera est plebeia, quæ facta est instar purpuræ. Et est rubea sicut purpura,sed nõ sic tincta est, & vocatur *drap rouge* siue *de la graine*. † Est 3 etiam adhuc duplex purpura,vna penitus rubea,altera fusca, Imperator tamen prohibet lanã in speciem sacri muricis intingere,& contrà facientes 4 capitali pœna statuit puniẽdos in d.l.iij. † Et sic purpurã deferre spectat ad principes,& est prohibita,vt in l.temperẽt.de vest.olob.lib.xj.ac itidem Imperator Theodosius purpurę nundinas vetat,in l.fi.C.de vest.olob.lib.xj.& qui vendiderit,sciat se fortunarum suarum,& capitis subiturum esse discrimen. l.j. C. quæ res vendi non possunt. taxatam purpuram vide in titu. *de la* 5 *taxation des viures* artic.v.in his ord.† Et appellatione purpurę,omnis gene 6 ris cõtineri putat Vlp.in l.si cui lana.§.vlt.ff.de leg.iij. † Sed coccum putat non contineri sed Buccinum & Ianthinum.sic legit Cathe.Cotta in ij.parte Memor.in verb.purpuræ dicens buccinum inter genera Concharum minorem esse purpuram:est enim ad similitudinem buccini, quo sonus editur, de quo Plinius lib.ix.c.xxxvj.cum quatuor seq.

Purpurã duplex.

Purpura ad principes spectat.

Buccinum.

7 Ianthinum autem viola est purpurea,vnde Ianthina vestis violacea interpretatur: ἴον enim viola,& ἄνθος, flos, quia ex collore floris violæ fit. Plinius lib.xxj.c.vj.& Martial.

Ianthinum

Coccina famosæ donas,& Ianthina Mœchæ,
Vis dare quæ meruit,munera?mitte togam.

De quo in d.l.j.C.quæ res vendi non possunt.

8 Hodie tamen in hoc Regno permittitur omnis generis purpura de consuetudine,siue sit vera purpura,siue adulterina,vel fusca: & pro insigni eam vsurparunt Cardinales, necnon curiarum supremarum præsides, ac consiliarij, doctores regentes, ac puellæ neogamæ, & sic non punitur purpuram deferens in hoc regno.

Purpura ho die permittitur.

Aurea vestis soli principi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secũdò, fuit populo à iure veſtis aurea prohibita, & Imperatori reſeruata 9
quia ſine magno ſumptu haberi non poteſt, & eſt nimis ſplendida: de hac loquitur l.j. & ij. C. de veſtibus olob. lib. xj. & dicit Budæus in ſecũdis annotationibus, ibi eſſe legendum holobrizis ab, ὅλος, quod totum ſignificat, & ὄβρυζος auro, quòd veſtis tota ſit aurea, & Imperator non ſolùm prohibet auream veſtem, verùm etiam auratam ibidem.

Holoſerica & ſerica que dicatur

Tertiò, veſtis holoſerica, id eſt tota ſerica prohibetur, & Cornel. Tacit. li. 10
ij. Hiſtor. Auguſt. ait, imperante Tiberio, ſenatuſconſul. prohibitũ fuiſſe, nec veſtis ſerica viros fœdaret, & idem veſtem holoſericam viris omnibus interdixit. ac etiam Imperator Valenti. in l.j. C. de veſtib. olob. li. xj. & Alexa. Roma. Imperator veſtes ſericas raras habuit, holoſericas nunquàm induit, ſub ſericas nunquàm donauit. Subſerica dicitur quæ non eſt plenè ſerica, vt ſcribitur apud Suetonium in vita Caligul.

Tunica multiplex.

Et tunica ſeu veſtis eſt multiplex. primò pellicea, quam Deus dedit Adę 11
& Euæ poſt peccatũ. Geneſ. iij. c. alia eſt talaris, aut manicata, pectoralis, loculata, roſata, coccinea, aut ſerica, aut bõbicina. Lucas de pẽa in l.ij. C. de veſtib. olob. li. xj. ſcripſi in l. veſtis. ff. de verb. ſig. † Hodie Galli maximè in di 12
uerſitate indumentorũ excedũt. Nec prohibentur ſimpliciter veſtes ſericeæ ſed deferre veſtẽ ſericã ſuper thorace ſerico, vel tunica, hoc prohibetur in vltima ordinatione, quæ poſteà fuit declarata per Regem, vt portãs veſtem ſerico dublicatã ſuper tunica, nõ incidat in pœnã, videte illam declarationẽ in fine huius titul. Volater. li. xxvij. rub. quas quiſq; populus veſtes repere 13
rit † ſic ait: Noſtra verò ætate Ludouicus xj. Galliæ, & Alphonſus Siciliæ, ac Mathias Pannoniæ Reges vili amicti pãno à vulgo non cognoſcebantur: &

Principes vili veſtiti habitu.

vix Veſpaſia. vt docet Ale. lib. Genial. v. c. xviij. † Quartò hodie etiã prohi- 14
betur veſtis argentea, vt inferius patet, in his ordinatio. quanuis in iure nũc non memini me legiſſe prohibitã fuiſſe, ſed quia eſt nimis ſumptuoſa, ob id prohibita per has ordina. † Quintò, hodie per ordinatio. iij. infrà prohibẽtur 15

Veſtes inter textæ prohibitæ.

etiam veſtes intertextæ auro, vel argento, aut aliis ibidẽ nominatis. Et Deuterono. c. xxij. ſit ſcribitur, Non indueris veſtimento, quod ex lana, linoque contextum eſt. etiam prohibetur in d.l.j. C. de veſtib. olob. lib. xj.

14 Quintò, ſi ad bellum quilibet ex vna domo accedere debeat, intelligeretur ſi agat decimumoctauũ annum: nam anteà non cogitur proficiſci militiam §. j. de pace tenenda. vbi ex glo. quam ſingul. not. Rom. ſing. cxxij. vltimo. & Bened. in repeti. c. Raynutius. in verbo, adiectæ. col. ij. de teſt. & hoc per hũc curati librum probari poterit.

Ciuis probatur quis ex libro curati.

15 Sextò, probabitur ex hac profeſsione, quòd ſit illius ciuitatis originarius, & ciuis, & ſic ad honores & priuilegia ciuitatis admitti debebit. l. ij. C. de his qui ve. æta. imp. l. j. & ij. C. de munic. & orig. lib. x. Et ſiue natus ſit in ciuitate, ſiue in ſuburbiis, gaudebit priuilegiis ciuitatis. l. ij. ff. de verb. ſigni. Nam qui in continentibus ędificiis nati ſunt, Romę nati eſſe intelliguntur. l. qui in cõtinentibus. ff. de verb. ſigni.

Collegiati & burſarij quomodo probare ſe debeant originarios talis loci.

16 Septimò, ſeruire poterit collegiatis & aliis burſariis, qui non poſſunt recipi, niſi ſint nati in tali loco: vt eſt ſtatutum communiter in collegis Pariſ. vniuerſitatis. Ideo is qui vult recipi in aliquo collegio Pariſ. oportet quòd portet atteſtationem curati, ſeu iudicis ordinarij in qua ſit ſcriptum, talem eſſe natum in tali loco, à talib. patre & matre: & fuiſſe baptiſatũ tali anno & mẽſe: vt in li. regeſti patet. Et hoc ſuſcribat curatus vel ſcriba ſeu grapherius iu-

Natus extra ciuitatẽ tempore peſtis non minus dicitur ciuis.

17 dicis, & ſic probabitur eum eſſe talis burſæ talis collegij capacem. † Si tamẽ tẽpore belli vel peſtis quis alibi baptizatus fuerit, nõ propterea deſinit eſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuis illius ciuitatis,in qua pater ante fugã degebat,vt probatur in l. assumptio.§.filius.ff.ad munic.l.huiusmodi.§.legatum not. iij.ff.de leg.j.vbi Iaſ. in iij.notab.ſcripſi in ſcholaſticor.priuileg.lxv.

Octauò,quia minores vſque ad triginta quinque annos poſſunt impetrare reſtitutionem in Francia,vt ſcripſi in trac.de reſtit.licet de iure intra quadriennium poſt maiorem ætatem.l.fi.C.de tempo.in integr.reſti.pet. 18

Spurius quo modo ſit profitendus.

Nonò,etiã hæc profeſsio probabit legitimũ,vel ſpurium.l.fi.ff. de prob. ibi vt ſpuriũ in actis profeſſa eſt.vnde Tholoſani non receperũt quoad ſpurios iſtã legẽ.Sed non ob hoc reſpuenda,quia curatus dicet,tali anno & die fuit nobis quidã incertus puer oblatus,quem baptiſaui ſuſceptores tales&c. 19

Decimò,ex hoc probabitur ingenuus,an ſeruus,ſeu libertinus ſit.§.fin.de ingenu.in inſti.l.neque natales.C.de proba. 20

vndecimò,probabit hæc profeſsio an ipſe natus ſit ex hominibus manus mortuæ.de quib.Io.Fabr.in §.j.quib.mod.ius.patr.pot.ſolu. Guid. Papæ in deciſ.Delphi.q.cccclxj.de manu mortua.& Chaſſa.in conſuet.Burg. in rubr. *des mains mortes*,&nobilis etiam ex hoc probari poteſt,niſi quo ad nominationes.de quibus in.§.cùm verò.de colla.in concorda. 21

Duodecimò,ſeruit etiam hęc profeſsio ad probandum ætatem, quando quis vult impetrare veniã ætatis:nam antequam aliquis eã impetrare poſsit, requiritur vigeſimus annus cõpletus.l.ij.C.de his qui veniam ętat.impetrat. & quia illa materia fuit quo ad praxim,iurium interpretibus hactenus ignota,ideo ego illam tibi bone lector elucidabo.quod vt faciliùs faciam,notanda ſunt ſequentia in venia ætatis impetranda. 22

Requiſita in venia ætatis impetrãda.

Primò,requiritur quòd is qui impetrat ſit adoleſcens.probatur in l.ij.C. de his qui veniam ætat.impetrauer.Nã ſi iuſtæ eſſet ætatis,non eſſet ei opus veniam ætatis impetrare,& fruſtra impetraretur.l.j.C.de Theſaur.li.x. 23

Secũdò,requiritur quòd ſit honeſtate morũ & probitate animi prędituſ, ibi,qui honeſtate morum pręditi:& oportet quòd de hoc conſtet iudici, & in actis debet ſcribi,antequàm venia ætatis impetretur, teſte Carol. Ruino conſilio cxxvj.quamuis.col.j in v.vol. 24

Qua ætate venia ætatis impetretur. Areſta.

Tertiũ requiſitum,quòd viceſimũ annũ compleuerit, ibi cum viceſimi anni metas impleuerint.ego tamen vidi inſigni Dom. *de Roan* decimumſeptimũ annũ agenti,has à Rege literas concedi:quæ fuerunt verificatę anno 1534.die viij.Ianuarij in magna camera,& do.vicecomiti Curene in ea ętate anno 1543.die xxvj.Nouembris fuerunt cõprobatæ literæ & interinatæ. fuit tamen ei prohibita alienatio bonorum immobilium. † Et hoc probatur in 25

Forma literarũ venię ętatis.

formula ætatis veniæ in lib.vij.variarum rerum per Caſſadorum.vbi ſic ait, nos quoque probabilibus deſideriis licentiã non negabamus,vt in foro competenti ea quæ in his cauſis reuerenda legum dictat antiquitas,ſolenniter actentur:ita vt in alienandis ruſticis,vel vrbanis prędiis conſtitutionum ſeruetur authoritas,ne cùm opinioni præſtare volumus,vtilitatem publicam lædere videamur.& de hoc vltimo eſt tex.in l.pe.C.eod. 26

Princeps veniam ætatis concedit.

Quartò,quòd ipſi adoleſcẽtes impetrent à principe hoc beneficium,ibi ſuper hoc imperiali auxilio indigere cœperint,ita demum ætatis veniã impetrare audeant.Et ibi Alber.dicit ſolum principem cõcedere poſſe,vt hîc. & l.j.ibidem.& l.iij.ff.de minor.& ſic nulla cancellaria poterit has literas cõcedere 27

cedere in hoc Francię Regno.

Reſcriptum venię ętatis ab ipſo impetrãdum præſentari debet.

Quintò,quod ipſi impetrantes per ſe & nõ per procuratorem beneficium hoc allegent,& præſententi iudici.Ibi.Idem ipſi per ſe beneficiũ hoc allegantes.& Franc.illũ text.dicit ſingula.in c.j.de iud.in vj.ad hoc quòd vbicũque venit examinanda qualitas perſonę,vt pote an ſit literatus,honeſtę vitæ:tũc tenetur perſonaliter comparere.Et licet regulariter quis poſsit præſentare ſuum reſcriptum per procuratorem,fallit in veniæ ætatis reſcripto. Et ſic oſtenditur practica literarum Regiarum,vt primò impetrentur, & poſteà probetur id quod eſt in eis allegatum.Et dicitur comprobari quod vulgò, *interiner* dicitur,vt ſcripſi in trac.de literis Regiis. 28

Sextò,vt tunc demum hoc beneficio ætatis gaudere poſsit,quando indulgentiam venię ætatis in iudicio intimauerit,eiq; adminiſtratio rei propriæ permiſſa fuerit.l.ea quæ.C.de temp.in integ.reſtit.peten.& ſic poſt comprobationem quis reſcripto fruitur:& vidi hoc reſcriptũ dirigi parlamentis & comprobari magna camera. 29

Ætas præfinita etiam à conſanguineis.

Septimò,quòd ipſi probent numerum annorum, & probitatem, honeſtatémq; teſtibus idoneis:ibi non ſolùm præſcriptorum annorũ numerum probent,ſed etiam teſtibus idoneis.Nam veritatẽ cauſę quis probare debet, quam aſſerit in literis l.fi.C.qui numer.liberor.ſe excuſ. li. x. Et de numero annorum etiam conſanguinei deponere poſſunt.l.de ętate.ff.de minorib.& pro d.dom *de Roan* depoſuit Archiepiſcopus Lugd.eius patruus, & alij quã plures nobiles,& magni viri,receptęq; authoritatis. 30

Octauò,requiritur quòd illi teſtes non ſit fortuiti,ſed euocati expreſsè ad hoc,ibi,aduocatis,& ibi gl.dicit,&adhibitis,& ſic fortuiti,vel tranſeuntes nõ reciperentur,ſicut nec recipiuntur in teſtamentis.l.hęredes.§.pe.ff. de teſta. authent.rogati.C.de fide inſtrument. 31

Mulieres veniam ętatis impetrãt.

Nonò & vltimò,etiã mulieres in xviij.anno completo veniam ætatis impetrare debent.§.fœminas.ibidem.Quæ differunt à viris: quia illæ poſſunt per procuratorẽ præſentare,& internare reſcriptum,& perſequi eius verificationem,vt ibi ſcribitur,quia vagari non debent.cap. mulieres. de iudic. in vj.& ſufficit eis probare ætatem,& non aſtringuntur probare morum honeſtatem,eò(vt quidam dicunt) quia rarè admodum hoc probare poſſent.gl. in l.ex his.ff.de legib.(unt enim pleræq; redhibitoriæ,vel quia bonus Imperator Conſtantinus pro conſtanti habet eas moratas,vel non vult inducere teſtes ad periurium.Adhæc quòd fœminæ habita etiam venia ætatis,adhuc ſine decreto alienare non poterunt rem immobilem, dicta.l.ij. §. fœminas. Ibidem nec in iudicio ſtare ſine curatore quo ad immobilia. Sic fuit dictum pro Dõm.*Dantraigues*,anno 1540.die vx.Ianuarij. 32

Areſtum. Effectus impetrationis veniæ.

Effectus autẽ huius ætatis veniæ impetrationis eſt, quòd poſteà poſsit contrahere: & bona ſua & patris ſubſtantiã adminiſtrare.d.l.ij.alienatione tamen immobilium interdicta.alius item effectus eſt,quòd ſi fuerit læſus, poſteà non reſtituetur,ne beneficio principis quis decipiatur. lege. j.C.de his qui veniam ætatis impetrauer.niſi fuerit læſus in impetrando illas literas veniæ ætatis.gl. ibi, vel ſi fuerit læſus poſt impetrationem,ante tamen intimationem,& verificationem,gl.& doct.ibi, quia reſcriptum non verificatum in Francia & (vt dicunt Romani non fulminatũ,& galli interina- 33

tum) non prodeſt, vidi tamen pro vicedomino (quem *vidame de Chartres* vocant) qui hanc ætatis veniam impetrauerat (declarari, vt poſſet in iudicio ſtare in illis rebus, in quibus haberet plenam adminiſtrationẽ, vtpote in mobilibus & aliis in quibus non requiritur decretum. Secus in aliis in quibus neceſſe eſt vti curatore, ac ſi beneficium ætatis non haberet, & hoc anno 1546. die xx. Iulij.

Vltimò veniæ ætatis impetratio contra prædicta nullius eſt momenti. §. fi. d. l. ij. quæ ſunt notanda, quia alibi non ſcripta.

Qui contiendront le temps & l'heure de la natiuité, & par l'extrait dudit regiſtre ſe pourra prouuer de maiorité & minorité, & ſera pleine foy à ceſte fin.

GLOSSA II.

Liber curati quid continere debeat.

ECCE quid continere debeat liber baptiſmi: quòd ſcilicet talis baptizatus in tali eccleſia, & tali anno, & die: & ſuſceptores vel patrini tales fuerunt: & quando pater & mater poſſunt oſtendi, etiam deſcribi ſolent: & ille liber probabit quem maiorem, vel minorẽ, vt dixi, & in ciuitatibus ſolet addi hora natiuitatis, ſed in pagis cùm non ſint horologia, non inſcribitur hora, ſed ſufficit annus, menſis, & dies & ſuſceptoribus quo nomine fuerit nuncupatus, & ſi fuerint quidam teſtes notabiles, quòd deſcribantur, alioqui alij duo vel tres ex circunſtantibus: Nã in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, cap. relatum. de teſtamen. & quamuis hic text. non dicat de teſtibus adhibendis, tamen ad maiorem authoritatem libro præſtandam conſulo, quod curatus illos adhibeat, ſed ſi nõ fuerint adhibiti, non minus valebit.

Articulus ſecũdus.

Idem artic. l. ibidem.

Qui des ſepultures des perſonnes tenans benefices ſera fait regiſtre en forme de preuue.

GLOSSA I.

OPTIMA deciſio ad probandum mortem, quæ probatio eſt difficilis: vt dicam artic. vlt. ideo qui mortẽ allegat, eam probare debet, quia quilibet præſumitur viuere vſque ad centum annos. l. fi. C. de ſacro. eccl. poſt tamen octoginta annos, labor & dolor: teſte Dauid. Si ergo negetur mortuus talis, probabitur per ſepulturam illius. Itidem hîc dicit ſcribendam ſepulturam eorum, qui tenent beneficia, ibi, *tenans benefices*. Et licet verba iſta tenere, de iure ad factum referantur, & non ad ius. l. poſſeſſio. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. de verb. oblig. tamen hoc intelligendum eſt ih quocunque poſſeſſore, ſiue moriatur, qui tenet de facto, ſiue de iure, quia vtrobique eſt eadem ratio: & Gallica verba (quæ hîc interpretamur) non continet iſtam differentiam, ſicut Latina: vt ſcripſi plenè in tract. nominatio. q. ix. nu. 10. Imò etiam ſi quis non teneret, ſed litigaret ſuper beneficio; etiam illius obitus ſcribi debet,

Tenere & poſſidere, hic non differũt.

debet, vt proceſſus vitari poſsit, & ſciri in quo menſe vacauerit: vt in ius illius aliquis ſubrogari poſsit, per c. fi. vt lite penden.

Idem puto hîc dicẽdũ in quolibet beneficiato etiã abbate, vel epiſcopo, ſeu cardinali: quia vbi maius eſt periculũ, ibi cautius eſt agẽdũ, c. iij. de elec. in ſexto, aliquãdo euenit vt quidã ex his beneficiatis miſerè moriantur, & vix inueniantur, qui eos velint ſepulturæ tradere, quia omnia conſumpſerunt bona tam ſua quàm aliena, videlicet qui eccleſiarum lignorumq; congeriem ſibi pararunt, vt in inferno optimè calere poſſent.

Cardinalis, epiſcopi & alterius beneficati obitus deſcribendus.

Etiam ſi dubitaretur de aliquo an beneficium habeat, debet etiam conſcribi eius obitus, & ſepultura. vt hîc, quia dubia exceptio pro perpetua habetur. l. ſufficit. ff. de condict. indeb.

Par les Chapitres, colleges, monaſteres.

GLOSSA II.

Liber ſepulturæ quid cõtinere debeat.

AQVO ſit faciendus hic liber? Reſpond. à capitulis. Nempe ſi quis ſepeliatur intra eccleſiam ſancti Petri Montiſpeſſulani, capitulum illius eccleſiæ cathedralis, vel commiſſus ab illis, ſcribet quo die talis mortuus fuit, & ſepultus: & in qua parte eccleſiæ, & qua pompa funeris, & quibus præſentibus: & poterit ſcribere quatuor, vel quinque notabiles viros: & poſteà dicent præſente alio magno numero virorum, & mulierum ſepulturam factam eſſe.

Item verbum *Colleges*, comprehendit eccleſias collegiatas, in quibus ſi ſepeliatur aliquis, etiam debẽt prædictam ſepulturam ſcribere, & omnia alia collegia etiam ſcholaſticorum, in quibus eſt ius ſepulturæ, vt collegium ſancti Saluatoris in ſuburbiis Montiſpeſſulani.

Idem in Monaſteriis, ſiue ſint monaſteria virorum, ſiue monialium. Intra quæ ſi quis ſepeliatur, etiam ſcribi debet, vt ſuprà dixi, ſiue ſint monaſteria mendicantium, vel alia, ſiue ſint intra ciuitatem, ſiue extra, vbicunque fuerint: & capitula hîc referuntur ad eccleſias Cathedrales. *Colleges*, ad collegiatas, cap. capitulum, vbi doct. de reſcrip. vel ad alia collegia, vt dixi: monaſteria ad religioſos reſpicit, cap. cum eccleſia. vbi doct. de cauſ. poſſeſſ. c. cùm ad monaſterium. de ſtatu monachor. ſcripſi in §. volumus. de collatio. in concord.

Capitula, collegia & monaſteria differunt.

Et Cures.

GLOSSA III.

Omnes curati libros conficere tenentur.

COMPREHENDIT omnes curiões, ſiue curatos, ſiue maiores, ſiue minores, ſiue regulares, ſiue ſeculares, etiam vicarios perpetuos, qui curæ habent exercitium. Ideo ad illos ſpectat hunc librum conſcribere, cùm curæ exercitium habeant, non ad habentem curam habitu. de quo in clem. vni. de offic. vica. & ſi curatus non reſideret, etiam vicarius temporalis tenebitur ſic conſcribere, quia vices curati gerit: ob id illa quæ incumbunt curato, & iſti vicario etiam temporali: nam ſubrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Qui ſera prouué du temps de la mort duquel ſera fait expreſſe mention eſdits regiſtres, pour ſeruir au iugement des proces: ou il ſeroit queſtion de prouuer ledit temps de la mort à tout le moins quant à la recreance.

GLOSSA IIII.

Liber ſepulturæ probat & de quo.

HIC ſtatuit diem mortis,& ſepulturæ cõſcribendũ: & hic liber probabit ſaltẽ quo ad recredentiã: in qua non fit probatio niſi per literas. Ideo poterit iudex credere illum eſſe id temporis mortuum. Nam ſi reſignatarius agat contra impetrantem per mortem,reſignatarius negabit illum de cuius beneficio agitur mortuũ, ſed id probatur per iſtum curati librum & ſepulturæ, vt hîc. plenius ſcripſi in praxi beneficial.& de hac recredentia multa in articu.j.de ſenten.executo.

Secundò,ſi agatur inter duos de beneficio,is qui eſt prouiſus ab ordinario dicit beneficiũ vacaſſe in menſe libero,& non affecto Papæ,aut graduatis,vel nominatis: nominatus poterit iſtam mortem probare per librum curati, & in quo menſe & die obiit: & iſta probatio recipietur donec contrarium probatum fuerit.

Item poterit ex hoc libro probari quòd non decedit excommunicatus, alioqui ſepultus non fuiſſet in loco ſacro.c.ſacris,de ſepul. nec pro illo orandum eſſet,niſi abſolueretur.c.excommunicatos.xj.q.iij.& cap.à nobis.ij. de ſenten.excommunic.

Ad hæc ſeruiet ad probationem illius regulæ de veriſimili notitia,per quam ſi non ſit veriſimile, quòd impetrans à die obitus potuerit adire Romam,vel collatorem,non valebit Papę vel ordinarij prouiſio.regu.cancell. xxviij.& hoc probabitur ex hoc libro ſepulturæ curati, & ex hac profeſsione:vt plenè dico in praxi beneficial.vbi plenè explico illam regulam,etiam proficiet pro regula de viginti diebus quòd videlicet reſignans non vixerit poſt reſignationem xx.dies.

Idem articul.Iij. ibidem.

Et à celle fin que n'y ayt faute auſdits regiſtres, il eſt ordonné qu'ilz ſeront ſignés d'vn notaire auec celluy deſdits chapitres & conuentz. Et auec le curé,ou ſon vicaire reſpectiuement,& chacun en ſon regard: qui ſeront tenus de ce faire,ſur peine des dommaiges & intereſtz des parties, & de groſſes amendes enuers nous.

Liber ſepulturæ ſubſcribi debet à curato & à notario niſi in pagis.

ET vt iſti libri, in quibus ſcribuntur baptiſmi & ſepulturæ probent, debent ſignari ab vno notario, & ab altero notario ſeu ſcriba capituli,ſeu curati,vel monaſterij,ſeu ab ipſomet curato. vnde ſepultus in templo diui Andreæ Pariſi. probabitur per librum curati, in quo debet ſubſcribere notarius ciuitatis, intellige quòd ſingulæ ſepulturæ ſic ſignari debent: nec refert an ſit notarius apoſtolicus,an regalis.cum iſte text.non dicat *d'vn de nos notaires.* Tum etiam quia hoc ſtatuit ad maiorem fidem adhibendam. Ideo tam regalis quàm apoſtolicus ſignare poterunt, & facient fidem, per ea quæ doctor. ſcribunt in c. j. de fide inſtru. col. pe. licet in aliquibus fiat differentia inter hos notarios,vt ſcripſi in tract.de liter.oblig.art.j.& ij.

In Pagis verò vbi non ſunt notarij, dicerem ſufficere ſi liber ſepulturæ ſubſcribatur à curato, & à duobus ſacerdotibus ſepulturæ inſiſtentibus. argu.c.quoniam contra, de ſepult.hodie vidi in quibuſdam locis ſeruari,vt per totum annum curatus, vel alius ſcribat librum, & poſteà in fine anni ipſe ſubſcribit: & tunc curat vt notarius etiam ſubſcribat. Sed quomodo audebit notarius ſubſignare, cùm non interfuerit ſingulis, quæ facta ſunt per curatum: & tamen ipſe debet de his, quæ coram eo geſta ſunt inſtrumenta conficere.§.ſi verò abſunt.in authen.de hæredit.& Falcid. colla.j.c. tertio loco,& c.quoniã.de prob.Reſpon.tũc notarius dicet ſe rogatum, vt ſubſignaret librum. Et hoc regeſtum curati ſancti Pauli,ob id recuſare non potuit,atteſtans iſtum librum eſſe regeſtum baptizatorum,& defunctorum huius anni 1550. factum à tali curato,vt ipſe ſibi retulit,& iurauit:& in cuius fidem ſubſcripſi poſt ipſius ſubſcriptionem,& relationem.

Subſcriptio notarij quid continere debeat.

Item vult cogendas eccleſias, ſeu vicarios & curatos ad ſignãdum ſub pœna damnorum & intereſſe: pro quo facit l.ij.§.tribuni. C.de his qui latrones,ac ſub aliis magnis mulctis, ad quas condemnari poterunt non obtemperantes huic cõſtitutioni: non diſputo an de iure clerici poſsint cogi à laicis,quia ſcripſi in prœmio,ordinat.poſt doct.in c.eccleſia.de conſt.

Quæro, aliquis producit librum pharmacopolæ, in quo apparet quòd vltima die Martij fuerunt factæ candelæ, & faces pro ſepultura talis. Liber verò curati dicit eum mortuum & ſepultum die prima Aprilis: cui ſtabitur quo ad recredentiam? Reſpon.concordari hi libri(ſi poſsint)debent.primò candelæ fuerunt factæ,id eſt inceptæ fieri vltimo die,quia iam videbant illum ægrotum in mortis agone conſtitum: vt iam de vita deſperarent, ſed adhuc mortuus non erat: ſed poſteà mortuus fuit die ſeq.& ſic prima Aprilis.Et quia liber curati cum maiori ſolennitate fit, quam pharmacopolæ, potius ſtabitur libro curati.poterit tamen altera pars probare in pleno poſſeſſorio verum diem & oram mortis per teſtes. & ita dicitur in ſeq. & in l. cum de ætate.ff.de probatio.

Libro curati an pharmacopolæ credatur.

Idem articul. Iv.

Et leſquelz chapitres conuentz & curez ſeront tenus mettre leſdits Regiſtres par chacun an par deuers le greffe du prochain ſiege de Baillif, ou Seneſchal Royal pour y eſtre fidelement gardé,& y auoir recours quãd meſtier & beſoing ſera.

Aticulus quartus.

Liber curati apud actuarium eſt ponendus.

PROVIDET vt ſingulis annis hic liber continens baptizatos,& defunctos ponatur apud actuarium ſeu Grapherium Bailliui, ſeu Seneſchalli proximi tribunalis,non propoſiti ſeu alterius inferioris iudicis. Et ſi æqualiter vnum diſtet ab altero,debet portari & deponi in curia in qua ipſe litigat,& vt dicunt, *là ou reſſortiſt la iuſtice:* quia veriſimile eſt,quòd ibi quæretur vbi homines illius iuriſdictionis litigant.

Ratio ponitur hîc, vt fideliter ibi conſeruentur, vt ibi text.*pour y eſtre fidelement gardé:* & poterit poſteà quilibet ex illo loco probationem accipere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pere. Item quia maior fides adhibebitur, quòd ex illis archiuis producetur,& extrahetur, quàm si ex alio loco vili, per l.si quis.§.fi.cum l.seq.ff.de edend.c.j.de probatio.authen.adhæc.C.de fide instr. & hoc regestum habetur loco originalis. Bal.in auth.si quis in aliquo,in ij.ratione.C.de eden. nu.3.allegat Innoc.in c.j.de proc.

Salarium an curatus habere debeat.

Sed an curatus ob hoc debeat salarium habere? Respond.non:hoc enim fit vtilitatis publicæ gratia, vt probatio non pereat, ideo nihil habebit: & quia verisimile est Curato fuisse solutum ab his qui baptizari, & sepeliri curarunt,etiam quia hoc est onus curæ,quod gratis subire debet, cùm emolumenta parochiæ habeat,per reg.secundum naturam.de reg.iu.ff.& quando sepultura fuit facta,is cuius intererat,soluere tenebatur.

Idem artic. liiij.

Articulus quintus.

Et affin que la verité du temps desditz deces puisse encore plus clairement apparoir,nous voulons & ordonnons que incontinent apres le deces desditz beneficiez soit publié ledit deces incontinent apres iceluy aduenu par les domestiques du decedé, qui seront tenus le venir declarer aux egliſes,ou se doiuent faire lesdites sepultures & registres, & rapporter au vray le temps dudit deces, sur peine de grosse punition corporelle,ou autre à l'arbitration de iustice.

Domestici mortē beneficiati nunciare debent.

STATVITVR hîc vt obitus alicuius beneficiati probari facilius possit,vt famuli & domestici illius defuncti statim declarare mortem illius debeant,& interrogari possunt iuramento medio,per text.in auth.hodie.C.de rep.igitur ante mortem non debent sine causa.

Sepelliri vbi quis debeat.

Secundò statuit quibus denunciare mortem debeant,videlicet ecclesiis in quibus sepultura fieri debet.Rogabit quis,vbi de iure fieri debeat? Respond.certū est, quòd si quis elegerit sepulturam, ibi sepeliendus erit, vbi sepeliri voluit, cap.j.ij.& iij.de sepult.in vj.si verò nullam elegerit,tunc in sepulcro maiorū,si habebat,c.Ebron.xiij.q.ij.c. j.de sepul.Si autem non habebat sepulcrum maiorū,tunc in sua ecclesia parochiali sepelietur,etiam si decederet in villa,cap.iij.de sepult.in vj.& diuersos humandi ritus vide per Alex.in lib.genial.iij.c.ij.& Cic.li.j.Tusculan.q. & sepulturæ vtilitates conscribit Florē.in iij.parte summæ, tit.x.c.j.§.iij.& in Trigide Armeniæ Fluuio(vt ait Soſtratus)herba nascitur agresti ordeo similis, hæc in oleo calefacta inuncti incolæ nunquam ægrotant vsque ad mortis necessitatē:quam medici sibi, & non aliis optarent:sed prius fabulæ quàm veritati adscriberem:sed non vis æger fieri? parum commedas,& sæpius abstineas.

Vt quis nūquàm ægro ter herba.

Falsi pœna puniuntur falsò nunciantes mortem.

Tertiò vult vt ipsi domestici verè profiteantur,& dicant diem & horam obitus,alioquin si falsum exprimant,pœna falsi punientur, licet tex.hoc non dicat,quia l.j.& per totum dicit,quòd quicunq; falsum dicit, puniri debet falsi.l.eos.ibidem.vnde si isti domestici dolo falsum dicant, puniendi sic erunt.l.damus.C.de fal.vide text.aliter punientem eum, qui falsò retulit mortuum,qui non erat:in l.hodie.C.de repu. vbi ob mendacium priuatur militia,& debet dare decem libras illi,cui mentitus est.

Quartò

Quartò si noluerint referre seu profiteri, hîc vult vt puniantur pœna corporali, seu aliàs arbitrio iudicis:& sic non refert se isse text. ad puniendum falsarium,sed tantùm præcipit, vt quilibet domesticus mortem sui domini referat,quòd si non referat,puniatur graui pœna corporali vel arbitrio iudicis:& pœna arbitraria extenditur interdum vsque ad mortem, dicit gl.in.§.summa de iniur.& in l.penult.in gl.vlt.C.si aduers.libert.text. in l.saccularij.§.sunt quidam.ff. de extraord.criminib.& in l.sacrilegij.in verb.considerandum,ad legem Iuliam peculia.Matthæ.not.xlviij. Cæpol. in repetit.l.si fugitiui.col.ix.de seruis fugitiuis.

Idem articul.lv.

Articulus vltimus.

Et neantmoins en tous cas au parauant pouuoir faire lesdites sepultures, nous voulons & ordonnons estre faite inquisition sommaire,& rapport au vray dudit deces,pour sur l'eure faire fidelement ledit registre.

Inquiri debet de die & hora obitus beneficiati, & à quibus

ITEM statuit quòd curatus (vbi sepelitur beneficiatus) debet inquirere de die & hora obitus antequàm corpus tradatur sepulturæ,vt verè describere possit. sed à quo inquiret? Respond.tam à consanguineis, quibus potius nota est mors, quàm exteris.l.octaui.ff.vnde cogna.& l.de tutela.C.de in integr.restitu.& domesticis, quàm ab aliis qui interfuerunt morti. & debet inquirere ab incolis illius domus,& à vicinis. arg.l.si vicinus. C. de nupt.& ipsi debent dicere se vidisse eum mortuum,vt dicit gl.in l.si quidem. C. soluto matri. sed hîc non dicitur cuius expensis, respond.has facit curatus, & alius propriis expensis,quia non est qui hoc prosequatur,sed si postea interfit alicuius,ille soluet antequam attestationem à curato habeat:nam ex officio curatus tenetur,& ad hoc compellitur monente officij solicitudine.l. monente.C.de delator.lib.x.

Mors quomodo probetur.

Et sic patet quomodo probetur mors alicuius, videlicet per librum curati,vel alterius,in cuius loco sepultus quis est: poterit tamen contrarium probari,vt dixi superius per l.cùm de ætate.ff.de probatio. & probatur etiam mors per testem qui vidisse se dicit eum sepeliri,teste Bal. in cap.cùm causam.nu.27. col. v. de testib. & in l.conuenticula. C.de episcop.& cleric. plus dicens probari etiam mortem,si quis dicat,vidi proiici in mare talem, quia hoc coniunctum est morti.l.iij. ff.de donatio. caus. mort.vel in puteum,vel ex alto loco præcipitari:tunc his casibus etiam probaretur mors, & per ea quæ sic accidunt mortuis,ita quòd his non viuentibus probatur mors: & per alia quæcunque quibus rudis quantumuis homo percipit,& concludit eum mortuum.Bal.in d.l.conuenticula.in fin.

Item iusta aut verisimilis probatio mortis est,si aliquis commisit se bello,& post bellum non reperitur,quia in bello mortuus censetur.Et sic lugeri illum permittit.l.vltima.ff.de his qui notan.infam.& ibi hoc asserit Bart.& Corn.consi.cclj.in hac col.ij.in j.vol.

Item si agatur de præiudicio, quod non sit irreparabile,vt si de commodo hæreditatis agatur,satis dicitur probari mors.si probatum sit, quòd inter agnatos & cognatos habebatur pro mortuo, & inter eos factus

erat luctus de morte illius d.l.fi.ff.de his qui notan.infam.&sic per famam probatur mors,l.iij.ff.de condict indebi.l.fi.de hæred.instit. Bart.in l.ij. §.si dubitetur.quemadmod.testa.aperian.Secus si ageretur de præiudicio irreparabilis,vt de puniendo occisorem:tunc oportet quòd plenè mors probetur.l.inde.Neratius.in fin.cum l.seq.ff.ad legem Aquil.l.j §.illud.de senatusconsul.Sillania.Sic consuluit Alex.consi.xxvij.consideratis.col.ij.in vij.vol. Et interdum etiam probatur per coniecturas,si de leui agatur præiudicio, vel de homicidio dudum perpetrato,& in loco longinquo,vbi plena non potest haberi probatio,vt consuluit plenè Corn.consi.x.visa fuit.col.j.& ij.in j.vol.Alex.consi.iiij.videtur,col.iiij.nu.5.in ij.volu.&Dec.consi.ccccecclij.viso consi.col.j.Boer.decis.Burdegalen.q.cclxxxviij.sed hîc. Reliqua vide per Bart.in tractat.quomodo & qualiter probetur mors: vt paucis concludam,gratias,interim Deo agens.

FINIS.

TRACTATVS, NE BENEFICIATORVM CADAVERA CVSTODIANTVR.

Rubri. De ne garder les corps des beneficiez morts.

François, *article lvj.de publ.*1539.

Et defendons la garde des corps decedés auparauant ladite reuelaion.

GLOSSA I.

QVONIAM in titulo superiori de regestis, &c. statutum fui quòd post decessum alicuius beneficiati, domestici reuelare debent illius mortem: hîc verò statuit vt nullus corpora decedentium beneficiatorum custodire habeat ante reuelationem. solebant enim olim tam domestici consanguinei, quàm alij custodire corpus mortui, ac celare, vt interim mitterent Romam ad impetrandum beneficium: vel interim falsam conficiebant resignationem. Vt ista vitentur & alia incommoda, quæ inferius describentur, vult vt non custodiantur cadauera ante reuelationem,quæ statim debet fieri,vt dixi articulo quinto rubric.de regestis. Articulus vnicus.

Ideo antè statuit, quia post reuelationem quandoque magni nobiles, & principes custodiuntur ad interim apparandum sumptus,qui sepulturæ adhiberi solēt.Et hoc non est prohibitum.l.at si quis.§.funus.cum §. seq.ff. de religios.& sump.fune.Nempe ordinarius post reuelationem prouidere poterit:bona ecclesiæ custodiri curabit:& nemini fiet præiudicium.Ideo reuelationem tantùm faciendam statuit.Item non est recipienda appellatio,ne cadauer sepeliatur propter fœtorem.no.in l.fi.ff.de appel.recipiend. &c.ex parte.de sepult.Spec.in tit.de appel. §.ij. versi.viij. & ne aërem contagiosum reddant cadauera insepult.l.ij. §.idem aut.ff.ne quid in loco pub. vnde scribit Boer.in decisio.Burdegal.q.cclxxxvij. & in d.an isqui celauit mortuum, sit iure priuandus. quod in beneficio obtinet,si fortè prius obtinuit collationem à Papa,propter illam occultationem:& respondeo mirum esse, quod à iure hæc quæstio non reperitur decisa,nec à doctor.in specie scripta,licet quotidie accidat.Igitur concludit collationem ordinarij valere, non obstante fraudulenta, & dolosa preuentione.Et ita fuisse in specie scripta,licet quotidie accidat.Igitur concludit collationem ordinarij valere,non obstante fraudulenta,& dolosa præuentione.Et ita fuisse in parlamento concluſum asserit,vt dicetur inferius.

Post reuelationem corpora nō prohibentur custodiri.

Appellatione cadauer sepeliatur non recipitur.

Propter occultationem cadaueris præuentio Papæ non valet.

Sur peine de confiscation de corps & de biens contre les lais, qui en seront trouués coulpables.

GLOSSA II.

ADIICIT pœnam,videlicet præcipiendo,ne quis laicus custodiat cadauer beneficiati ante reuelationē mortis,sub pœna confiscationis corporis & bonorum eōtra laicos,qui custodierint cadauera ante reuelationē:&idem dicerem in muliere celāte corp⁹ mortuū:quia lex est generalis cōphēdens

Pœna celantium cadauera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& masculos & fœminas.l.si quis in tantam.C. vnde vi.l.si quis.ff.de iurisd. om.iud.scripsi in l.j.ff.de verb.signific.

Confiscatio nis corporis & bonorum pœna quæ sit.

Quæro,quæ est ista pœna? Respon.pœna mortis, nam corpus non potest cõfiscari nisi per mortem:& confiscato corpore & bona cõfiscantur de consuetudine generali regni.Eadem pœna apponitur in artic.pen. rubr.de magistris artificio.in tit.*des eaux & forestz*,ordin.vij.artic.& in tit. *des bledz* artic.vj.Ideò apponitur hæc maxima pœna: quia is vult intrare ecclesiam inuito ordinario per calliditatem,& vult beneficium hoc auferre illis, quibus debetur:& idem est alicui per vim auferre,vel per furtum aut calliditatem.Nam omnes isti ad restitutionem tenentur tanquam fures & sacrilegij,vt docet Ang.Clauas.in sum.Angel.in verbo restitutio.† Et hodie calli- 1
di ordinarij,qui per falsas collationes,vel præuentiones auferunt beneficia à nominatis,vel aliis,sunt fures,sacrilegi & latrones, & tenentur in conscientia ad restitutionem,imò sunt homicidæ quando pauperibus auferunt. Necare enim videntur non solum qui alimenta denegant, imò etiam qui tollunt. l.necare.ff.de lib.agnosc.hos ergo relinquamus in cautos prouisores:nam eos in praxi beneficiali detegemus.

Ordinarij auferentes beneficiato minatis per falsas collationes', sunt fures & homicidæ.

Domus in qua custodi tur,cadauer confiscati.

Etiam domus,in qua cadauer custoditum est,fisci iuribus vendicatur.l. ij.de sepul. viola. & quamuis ille text.loquatur in domo in qua res sepulchri violati custoditæ fuerint:tamen quia itidem custoditur cadauer contra legem. ideo interdum audiui procuratorem Regium ad hoc concludentem.facit.l.ij.§.domini.C.de his qui latro.Item contaminata religio defunctorum habet pœnam sacrilegij,l.pergit.C.de sepulchro viola.

Peccans circa funus defuncti quomodo puniatur.

Ad hæc,si peccetur circa funus morientis,quòd aliquis exequias prohibeat,etiam si iustam habeat actionem,illam perdit,& tertia pars substantiæ confiscatur, & infamia feritur.in autẽ. vt defuncti seu funera. §.j.coll. v.vbi ait: Qui enim hominis naturam non erubuit,dignus est pecuniis,& gloria,& aliis omnibus condemnari:vides ergo quomodo punitur his pœnis,& amissione iuris quod est consecutus per hanc occultationem, vt inferius dicam.

Item excommunicati sunt ipso facto,nec possunt absolui ab alio quàm à summo pontifice,nisi in mortis articulo,si intestina vel alia ab ipso cadauere extraxerint,vel corpus diuiserint.extrauag.j.in commu.tit.de sepult. comprehenduntur etiam hîc Episcopi,Cardinales & Reges.glo.ibi:quia vnus est omnium introitus & exitus. & quia minus debent hi delinquere, quàm alij.Gomes.in proœ.ad reg.Cancel.

Et entre les ecclesiastiques de priuation de tout droit possessoire qu'ilz pourroyent pretendre és benefices ainsi vacants.

GLOSSA III.

Pœne clericorum celantium cadauera.

STATVIT hic Rex pœnam aduersus clericos priuationis totius iuris possessorij: adeo quòd non dabitur eis recredentia beneficij,nec in pleno manutenebuntur beneficio:licet bonum ius habeant:quia omne ius perdũt eo ipso,quòd cadauer occultauerunt:vt inferius dicam. 1

Sed hoc videtur superfluum:quia in dicta extraua:prima,de sepultur.in commu.

comunib.itidem priuantur iure.Respon. validior est prohibitio per viam cõstitutionis,quàm si fieret simpliciter.l.j.& ibi Bald.col.vlt.ff.de man.prin. etiam quo ad hoc non est plana illa constitutio.

Et quare hæc lex nõ imposuit pœnam clericis quo ad petitorium ? Resp. laicus nõ potest imponere pœnã nisi suis subditis:sed clerici non sunt laicis subditi,ergo pœnam nec ciuilem nec criminalem imponere possunt. c. ecclesia.vbi doc.de const.c.vno.de cler.coniu.in vj.& quia Rex per suos officiales solet de possessoriis beneficiorum cognoscere ex concessione Martin. vt docet Guid.Papæ in q.j.in suis decis.& sic iure possessorij priuat clericos.

Ideo si ordinarius eodem die cum Papa conferret,& is à Papa prouisus accipere possessionem priùs quàm prouisus ab ordinario ,& sic de iure esset preferendus.c.si à cede.de preb.in vj.tamen prouisus ab ordinario præferetur,quia possessione,& iure possessorij priuatus est hic occultans,ergo& hoc iure.quod est notandum.

Et de grosse amende à l'arbitration de iustice.

GLOSSA IIII.

Puer celãs mortuum punitur. Ar. stum.

1 ET SIC post priuationem iuris possessorij clerici ad mulctam condemnantur,qui cadauer celauerunt & sui parentes: vnde ann.1525.die xxiij.Februarij contra Ioannem Abrion siue Abrionis dum pro magistro Dauton fuit dictum,quòd etiam pater qui celauerat corpus mortuum,vt filius consequeretur beneficium compareret personaliter.

Impediens sepulturam quinquaginta libris auri punitur.

2 Item in d.l.fi.C.de sepul.viol.is qui impedit sepulturam pœna quinquaginta librarum auri punitur,ac ius suum perdit,& si minus idoneus ad eam persoluendam sit,suo corpore sub competenti iudice pœnas luet. Sed is qui celat mortuum impedit sepulturam,vt patet lipis & tonsorib. Nam quandiu hic celabit cadauer,nunquam corpus sepelietur,ergo impeditur sepultura, & violatur cadauer,& sic religio.l.pergit.C.de sepul.vio.

3 †Et quamuis pœnæ istæ violati sepulchri imponantur contra eos, qui sepulchra violant,tamen Imperator in auth.vt defuncti seu funera. extendit ad impedientes sepulturam,Papa ad eos,quia malè tractant corpora mortuorum in d.extrau.hæc verò constitutio infert pœnas his,qui celant cadauera beneficiatorũ,siue corpus diuidatur seu scindatur,vel intestina eiiciantur,siue non:& ideo simplex sufficit occultatio.

Possessorium qui amisit, an postea agere petitorio possit.

4 Sed dubitari vidi,hic priuatur iure & cõmodo possessorij: quæ commoda multa sunt §.retinendæ.de interd.in instit.& de Ripa in c.sæpe.col.ij.de test.spo.& ea dicã in tract.de mat.pos.an. possit. postea agere petitorio coram iudice ecclesiastico is,qui amisit possessorium ? videbatur, quia iudex laicus non potest priuare,quem iure quod habet in beneficio per l.3. ff. de re iud.& Bar.in l.si vniuersæ.C.de leg.resp.contrarium tenerem , quia licet non priuetur ab ista constitutione iure,quod habet,tamen de iure canonico priuatur.primò,quia facit contra legẽ hoc prohibentẽ.in extra. j.de sepul. in communib.& contra hanc legẽ,ideo puniri debet tanquã legis violator. & qui aliquid facit contra legem,nihil agit.l.non dubium.C.de legib. ergo

Celãs cadauer an priuetur petitorio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa pręuentio habita contra l.eſt nulla.Item occultans bona,& negans debitum nõ iuuatur ceſsione bonorum.l.fi.vbi Bal.& Salic. C.de ceſsio.bon.Iaſ. in §.fi.col.penul.de actio.in inſtitut.ſic nec iſte iuuabitur ſua collatione primæua,quam obtinuit occultationis ratione.

Creditor impediens ſepulturã perdit debitum.

Creditor impediens ſepulturam alicuius,ſua iura perdit.l.fi.C. de ſepulchro viola.ſic & ſua iura perdit,qui occultat,& celat corpus mortui, quia eius impedit ſepulturam, 6

Etiam hæres occultans bona hæreditaria,& ſubtrahens perdit quartam. l.Paulus ff.ad l.Falc.& l.Paul.ad Treb. 7

Item latitantis fraudationis cauſa bona iubentur poſsideri.l. Fulcinius. ff. ex quib.cauſ.in poſſ.eat.Sic & quando quis occultat mortuum,beneficium eius debet poſsideri ab illo,qui collationem etiam poſteriorem habet ab ordinario,& qui non celauit. 8

Celans teſtamentum punitur.

Prętereà celans teſtamentum,vel inſtrumentum, pœna falſi tenetur. l. Paulus.ff.de fal.Bar.in l.iij.§.ſi quis dolo.verſ.& poſſe. de tab. exhi. & falſarius eſt ad beneficia inhabilis.c.ad audientiam.c.licet. & c. ad falſariorum. de fal.itaque cùm celando mortuum falſi crimen commiſerit, quod Papæ non prædixit:igitur ſaltem ſua impetratio erit ſubretitia,& ſic nulla:& licet falſitas ſit commiſſa in acceſſoriis,tamen etiam priuat,vt in c.olim.de reſcr. vt ſcripſi in tract.de pacif.poſſ.in iiij.limit. 9

Subreptitia eſt impetratio illius qui celauit cadauer.

Celans delinquẽtẽ punitur.

Celans fugitiuũ fur eſt,& punitur.in l.j.ff.de ſeruis fug.l.iij.§.ſi quiſquã de ſena.Syll.& in l.ij.C.de his qui lat.occul.ſic &celans cadauer.punitur. 10

Prœuentiones fraudulentæ non valent.

Celans bannitum vel aliũ delinquentem, receptatorum pœna puniendus eſt.l.j.& ij.ff.de recept.ergo & hic celans cadauer celari prohibitum. 11

Item prœuentiones fraudulentę non valent.gl.in.§.neque in verb.faciendas.de coll.in prag.quia fraus & dolus non debet alicui patrocinari.c. ſedes & ſeq de reſcr.& in pœnam peruerſitatisnullum debet ex impetratione cõmodum conſequi.c.ſuper literis.ibid.& gl.in d.l.fin.C.de ſepul.viol.dicit nil valere,quod fecit iſte prœueniens,& ſic nulla erit prouiſio. 12

Electiones occultæ,& clandeſtinæ non valent.c.quia propter in fine. de elec.& contra collationes clandeſtinas præſumitur.c.vnic.in fi.vt eccleſ.benefi.ſine dimin.dixi.in præfa.ad rub.de coll.in concor. 13

Item hęres non ſepeliens defunctum tanquam indignus priuatur hæreditate.gl.in l.fi.C.de ſepul.viol.vbi Alber.allegat tex.in l.ſi quis ſepulchrum. §.funus.& l.at ſi quis.§.ſi cui funeris &.§.idem Labeo.& §.diuus autem.ff.de relig.& ſump.fune. 14

Cellis cadauer nil iuris ex celatione conſequitur.

Et quòd iſte celans mortuũ priuari iure etiam debeat beneficij, probatur per l.ſi à te.vbi Bal.no.C.de pact.inter emp. & vendit. ibi, ſed ſi ſe ſubtrahat vt iure dominij eam rem retineat,denuntiationis depoſitioniſque re medio contra fraudem potes iuri tuo conſulere.Et ſic per iſta patet celantẽ cadauer vt beneficium impetret à papa,nullũ ius habere ex illa prouiſione, tũ quia eſt ſubreptitia.Nam ſi papa ſciuiſſet illũ celaſſe mortuũ vt prœueniret,ei nõ cõtuliſſet.tũ quia prœuentio eſt fraudulenta:& ideo nulla, & quia eſt falſarius,& ſic inhabilis, & aliis ſuperius præmiſsis rationibus nullum ius in beneficio habet,& ſic nõ poterit agi petitorio,poſtquã ſuccubuit in poſſeſſorio,& ſi ageret,poſſet appellari tanquã ab abuſu:quia abutitur poſtquã notoriè 15

notoriè patet eum nullum ius habere: & ſi iudex ignarus adiudicaret iſti celanti poſſeſſorium, appellabit ad ſenatum, qui eſt tutor ordinationum Vtilitas huius conſtitutionis eſt,vt declaretur mors.

Vtilitas conſtitutiõis vt declaretur mors.

16 Primò,ſcilicet vt ſciamus quo genere vacationis vacauit beneficium, an per reſignationem,vel mortem:cap.cùm in illis.§.primo.de præb.in vj. quia interdum vnus confert per mortem, alter per reſignationem. c.ſuſceptum. de reſcr.in vj.

17 Secundò, propter mandatarios & expectantes, qui ſperant beneficia, vt ea requirere & acceptare poſsint, poſtquam mortem ſciuerint, & menſis elapſus fuerit.clem.vna.de conceſſ.præb.& in form.man.apoſt.in concor.

18 Tertiò,propter nominatos & graduatos,vt ſi beneficia vacauerint in menſib.eiſdem præſtitutis:vt ipſi ea requirere & acceptare poſsint.§.pręfatíque ordinarij.iuncto §.ſtatuimus.j.de coll.in concord.

19 Quartò, propter impetrantes,qui ſi prœuenerint diem mortis, & non fuerit veriſimile quòd à die mortis potuerint iter facere, excludentur per illam regulam de veriſimili notitia obitus.hoc probabitur in reg.xxviij.

20 Quintò, vt habita notitia mortis epiſcopus vel alius collator prouidere poſsit: ne diutina ſit vacatio.c.quàm ſit.de elect.in vj.

21 Sextò, propter reg.xviij. vt ſi infirmus reſignauerit beneficium, & non vixerit viginti dies poſt reſignationem, ſed ex illa infirmitate deceſſerit:tunc non per reſignationem, ſed per obitum cenſeatur vacare, vt ibidem. Ergo ne iſtis fiat fraus in celando cadauer, intereſt vt mors certò, & citò ſciatur, alioqui per iſtas occultationes poſſet quilibet ſibi obtinere beneficium, & ſic priuare mandatarios, nominatos & quoſcunque etiam apoſtolicos expectantes,imò etiam ordinarios ſua collat.quod non eſt permittendum.

Cautela pro ordinarijs.

22 Cautela igitur eſt quòd ſi fama ſit aliquem eſſe mortuum,quòd ordinarius illius beneficium conferat.c.vbi periculum.in fi.ibi,vbi plurimũ de memorati pontificis obitu certitudo claruerit.de elec.in vj. clem.vna. de conceſſ. præb. Et poſteà ſi ille prouiſus ab epiſcopo dubitet cadauer occultari, poteſt requirere iudicem ordinariũ illius loci, vt viſitet domum, vbi illæ prætenſus mortuus eſt:& videns pro iure cõſeruando an ita ſit,iudex debet accedere,vel mittere nuncios, & diligenter inquirere vtrum ille ſit viuus vel mortuus:vt docet Bar.in l.ij.§.ſi dubitetur.col.vl.ff.quemad.teſt.aper. alle. tex.in arg.in l.hoc iure.ff.de ver.obl.& l.cùm quidã.ij.§.fi.cũ l.ſeq.de leg.ij.

Inquiſitio facienda mortui.

23 Imò die ſepulturæ etiã ſi intra plumbeam capſam cadauer fuerit, poteſt peti,vt feretrum aperiatur, ad videndum ſi fuerit celatum, vel occultatum. quia malitiis hominum eſt obuiandum.l.in fundo.ff.de rei vend. & hoc poteſt iudex permittere,& non obſtante quacunque appellatione exequi.

Feretrũ aperire iudex poſſet ſi de occultatiõe dubitetur.

24 Et iudices qui circa hoc negligentes fuerint, viginti librarũ auri pœna mulctentur.l.iij.C.de ſepulchr.viol.vel triginta.addit.text.in §.j.in verſ. ſequitur.in authen.vt defuncti,ſeu fune.colla.v.His nunc contentus, alia ſi opus fuerit,addam in praxi beneficiali:de his tamen gratias Deo, & Virgini excellentiſsimæ gratias agens perpetuas. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IO. DAVBRAY AD P. REBVFFVM I. V. D. INCLYTVM

CARMEN.

Magna quidem res est doctos componere libros,
Exprimere & factos, famáque laúsque venit.
Illis laudatur præclara inuentio, & istis
Est magno in prætio non minus additio.
Sunt etiam quibus est famæ superaddita fama,
Scilicet elumbes dispoſuisse libros.
O nunc Rebuffe ante alios doctissime, quis te
Non pangat? quæ te Calliopæa neget?
Omnia complecti, maioráque tèque sequuntur,
Acribus attuleris commoda quanta viris.
Quòd te doctorem Gallorum Academia vidit,
Conuexi penetras orbis vtrúnque polum.
Scriptáque non desunt in Ius vtrunque, lepore
Mirifico: supereſt tertius iste labor.
Sed labor, vnde refers & habes miracula mundi
Solus, cum praxi nam Theoria datur.
Quæ indigesta diu fuerant Regalia Iura
Exprimis & leges ordine quasque locas.
Treis illos superas sub Cæsare Iustiniano,
Quos Ius confusum dispoſuisse ferunt.
Dispoſuere quidem: sed multa superflua, multáque
Omisere: fori quæ modò Praxis habet.
At tu vana secas, & non dicenda relinquis,
Quæ passim tractat Gallia tota foris.
Rebuffum Henricus celebret Rex Gallicus vnum:
Treísq; tuos taceas Iustiniane viros.

TRACTATVS, DE CONFRARTIIS, SEV ARTIFICVM CONVENTIBVS ET COLLEGIIS.

Confraternitates approbatæ.

1 QVIA de confraternitatibus agitur, dicam sequentia. Duo hìc ſtatuuntur, quæ contra iura videntur. Primo, reprobatio confraternitatũ. Nam à iure approbatæ ſunt, quando ad licitũ tendunt, vtpote ad Dei ſeruitiũ. c. ſi qui clericorũ xj. q. j. vbi glo. & c. fanè. xvj. q. vij. c. Arch. per illum tex. in c. ſi quis deſpicit. xlij. diſt. dicit, quòd in ſtatutis confratriæ dicatur, quòd ſemel, vel bis conueniant omnes fratres ad tractandũ de ſalute animarum, & ad celebrandum miſſas & orationes, tam pro viuis quàm pro defunctis, hoc eſt permiſſum, etiam ſi certam quantitatem ſinguli præſtent, ex quo aliquo anni die ipſi reficiantur, & prouidea tur pauperibus: nec ob hoc erit improbatum, dummodo intentio illorum ſit munda & licita, & ad Deum tendat, & quæ propter bonum fiunt, reprobanda non ſunt. c. de occidendis. xxiij. quæſtio. quinta.

2 Item dicit text. in l. j. & per totum. ff. de colle. illicit. quòd licita ſunt omnia collegia, quæ cauſa religionis fiunt, dumtamen per hoc non fiat contra ſenatuſconſultum, quo illicita collegia coërcentur, vt ſi quis facere volebat collegium ad vindictam, vel malum, hoc erit prohibitum. Sed cùm ſyncerum ſit collegium, licet aliquando quædam ibidem eueniant mala, non eſt ob hoc improbandum: aliâs reprobaretur templum ſacratiſsimum: in quo aliquando fiunt cædes: & palatia, in quibus interdum tractantur proditiones. Sed abſit vt ea quæ ad bonum fiunt reprobemus, ex eo quòd malum inibi quandoque perpetretur. d. c. de occidendis. Bar. in l. j. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomi. & l. j. de colleg. illicit.

Piæ dicuntur confraternitates.

3 Ideo confraternitates dicuntur piæ: & legatum illis relictum dicitur in piam cauſam. glo. in prag. ti. de anna. in verb. beneficiorum. Sequitur Alex. conſ. cij. ſuper j. in vij. vol. & Dec. conſ. lxxij. piſo puncto. col. ij. verſ. iij. principaliter. † vnde etiam ſi quilibet collegio & confraternitati ſe adiungens teneatur in ſingulis annis ſoluere pro ſeruitio diuino aliquid, etiam hoc nõ eſt prohibitum dum fiat propter honeſtam cauſam, ac etiam dum non dicatur in ſtatutis, ne quis recipiatur, niſi ſoluat decem, quia excludit pietatem, & ſic communionem. Sed poteſt ſtatui, vt receptus ſoluat tantundem promiſsis, & ornamentis, & aliis rebus neceſſariis confratriæ: Arch. in c. ſi quis. xlij. diſt. & Inno. in c. inter dilect. de don. Ro. ſin. cccxliij. nunc habeo. ideo iudex poteſt compellere hæc collegia, & fraternitates, vt oſtendãt ſibi collegij ſtatuta, vt docet Iacob. in l. collegium. C. de hær. inſtit.

4 *Statuta fraternitatis quibus verbis cõcepta eſſe debeãt.*

Res fraternitatum ad quem pertineant, quando reprobãtur.

5 Secundum eſt, cùm iſta collegia, ſeu fraternitates ſint licitæ, non debent prohiberi: ſed ſi prohibeantur, ad quem pertineant res illarum: audi quid dicat ſuper hoc iure conſult. Mart. Collegia, ſi qua fuerint illicita mandatis, & conſtitutionibus, & ſenatuſconſultis diſſoluuntur. Sed permittitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis cùm dissoluuntur pecuniæ communes (si quas habent) diuidere, pecuniámque inter se partiri, in l.collegia.ff.de colle.illicit. ergo bona collegiorum, si prohibita fuerint, retineri à dissoluentibus iure possunt, nisi dissolueretur collegium religiosorum: tunc quia ipsi nihil proprij habere possunt, ob id ad superiorem bona spectant, vt bona templariorum, quia sunt vacantia. Ita docet Petr.de Vbal.in tract.de canonic. episcopal. q.xiij. nu.25. & seq.& quia semel Deo dedicatum, non est ad vsus humanos transferendum.reg.semel.de reg.iu.in vj. Imò si quis oblata Deo dederit, vel acceperit præter episcopi vel eius consensum qui ab eo institutus est, ad dispensandum misericordiam pauperibus, & qui dat & qui accipit, anathema sit.c. in canonibus.xvj.quæst.j.

Fraternitates hæredes institui possunt.

Etiam patet, quòd hęc collegia licita & fraternitates sunt capaces legatorum, & hæreditatum, vt hæredes institui, & eis legari possit.l.collegium. C.de hæredi.instituti l.j.de iudæ.l.cùm senatus.ff.de reb.dub. 6

Decimã Papalẽ non soluunt fraternitates.

Et sic infertur quòd hæ fraternitates decimam Papalem seu Regalem ex bonis quæ habent soluere non tenentur: quia hæc decima non soluitur nisi ex beneficijs.cle.fi. de deci. quorum nomine non veniunt confraternitates, glos.ibi & in §.voluit, in verb.beneficium.de annat.in pragma. & tex. in extrauag.vna.de deci.in communib. 7

Episcopo de legatis confraternitatis nõ debetur quarta.

Nec etiam ex legatis factis fraternitati debetur quarta episcopo, sicut de aliis relictis ecclesiæ.c.requisiuisti.de testa. quia personis & nõ loco relictum videtur.Panor.& Imol.in c.officij.eo.licet ibi Barba.teneat contra.& in consil.j.in iiij.vol.super quo distinguit Petr.de Vbald.in tract.de canoni. episcopali.lib.j.quæst.xiiij. quia fraternitas non est de iurisdictione episcopi, cùm Episcopus non exerceat iurisdictionem ibidem, cùm non sint loca sacra, vel religiosa vel ecclesiastica, quibus ecclesiæ non possunt accedere, nec alia iura spiritualia.cle.per literas. de præben. facit c.sacrosancta. & c. Messana.de ele.doct.in cle.quia contingit.de religio.domib.Pet.de Vbal. in d.tract.de canonic. Episcopal. in xiiij.quæst. principali. ideo si haberent proprium templum, tunc quarta episcopo deberetur: vt docet Alexan.consi.c.ij.super j.in vij.vol.alioqui non. 8

Bona vnius confraternitatis alteri non possunt dari.

Imò fortius, non potest officialis vnius confratriæ vnire alteri confratrię vtensilia, seu alia bona illius confratriæ, per l.quisquis.& l.pe.C.de spect.li. xj.vbi hoc expressè docet Iac.Rebuf.nisi hoc fieret de consensu confratrũ, & officialium illius fraternitatis, ac episcopi.c.j.de reb.eccle.non alienand. quia non debet vnum altare exui, vt aliud induatur.l.assiduis.C.qui potior. in pig.habean. 9

Fraternitates vnde deducãt.

Budę.in annot. in pandect. istas confraternitates dicit Phratrias vocari his verbis: Sunt autem Phratriæ apud Aristotelã conuentus quidam hominum, aut etiam conuenticula, quasi pagi propria sibi sacra. peculiariáque communiter habentium: ab eo dicta Phratriæ, quod communi puteo vtantur, quod Græcé φρέαρ dicitur. quo nomine primùm, quas confratrias hodie dicimus id est communem quandam religionem appellatas esse putat: non autem ab eo, quòd fratres sint illi, inter quos cultus ille sanctorum quorundam intercedit. † Ego putarem confraternitates dici Gallico sermone quodammodo tamen à fraternitate: vt quia Vlpianus ait societatem 10 11

tatem ius fraternitatis quodammodo habere, in l.verum.ff. pro socio. Ergo ista societas ad cultum inuenta diuinum dicitur fraternitas, quasi societas, & fraternitas ad vnum cultum, quia sunt omnes fratres in Christo.cap. ad mensam.xj.q.iij.sicut itidem videmus vocari fratres inuicem in cœnobiis, ad quorum similitudine m verius possemus dicere has confraternitates esse inductas.

Nam illa deductio ad φρέαρ multùm longè petita videtur.

Fraternitati renuncia ve licet.

12 Item confratres possunt renunciare Confratriæ, dumtamen nihil retineant de bonis illius, alioqui antequàm renuncient, illa reddere debent: vt docet Iacob.Rebuff.in l.nemo.col.vlt.C.de spectacul.lib.x. alia vide in text.sequente.

Rubri. Des confrairies.

François *article clxxxv. des publiées 1539.*

1 2 *VE suyuant noz anciennes ordonnances & arests de noz cours souueraines seront abbatues, interdites & defendues toutes confrairies de gents de mestier & artisans, par tout nostre Royaume.*

Et ne s'entremettront lesdits artisans & gens de mestier, sur peine de punition corporelle: ains seront tenuz dedans deux moys apres la publication de ces presentes faites en chacune de nosdites villes, apporter & mettre pardeuers noz luges ordinaires des lieux, toutes choses seruãs, & qui auroyent esté deputees & destinees pour le fait desdites confrairies, pour en estre ordonné, ainsi qu'ilz verront estre à faire.

3 *Et à faute d'auoir ce fait dedans ledit temps, seront tous les maistres du mestier constituez prisonniers, iusques à ce qu'ils auront obey, & neantmoins condamnez en grosses amendes enuers nous, pour n'y auoir satisfait dedans le temps dessusdit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRACTATVS IMMVNITATIS ECCLESIASTICAE, QVANDO ET QVIBVS INCIPIT.

HANC materiam etiam frequentem in curiis, à nostris tamen non iustè tractatam, & quæ super hoc in forensi exercentur iudicio, prædictis breui annectendam censui, ordinem materiarum non sequens, sed vtilitatem prosequens: vnde (si lubet) animum meum egregium ad tibi seruiendum & vtiliter, boni consules lector.

Articu. primus.

François *article 166. des publiées 1539. Qu'il n'y aura lieu de immunité.*

GLOSSA PRIMA.

Immunitas duplex.

DVPLEX est immunitas, quædam est ecclesiæ: Altera est munerum. at hîc de ecclesiarum immunitate tractabitur. Primò, quo iure inuenta sit. Secundò, quæ 1
dicatur, & vnde. Tertiò, quare ecclesiæ detur. Quartò, quæ ecclesiæ gaudeãt immunitate. Quintò, quibus personis concedatur ipsa immunitas, & quibus non. Sextò, qua pœna puniatur violãtes ipsam immu-
Summa totius tractatus. nitatem. Septimò, quis iudex possit super hac immunitate cognoscere. Octauò, quis sit immunitatis effectus. Et ista tractabuntur, elucidando constitutionem Regiam huic materiæ conformem. † Primæ quæstioni 2
Adeo immunitas cõ stituta. respond. à Deo hanc immunitatem datam. Primò Adonias filius maior Dauidis timens Salomonem Regem, fugit in tabernaculum Domini, tenuítque cornu altaris, vt Ioab. vt habetur iij. Regum capitulo primo, in fine, & sequent. posteà Deus optimus maximus præcepit filiis Israël vt in terra quadam daturus eis erat, constituerent sex oppida, in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea, qui nolens fuderit sanguinem. Numero. 35. capitul. & Deuteronom. xix. ac Iosue xx. capitulo. Demum cùm Salomon construxisset templum, donauit Deus illud immunitate, tertio Regum capitulo octauo & sequent. & posteà pontifices summi hanc templi immunitatem, & ecclesiarum multis constitutionibus ampliârunt & declarârunt, vt inferius videre licebit. † Ioseph etiam libro antiq. refert. 3
Asyli quis primus instituerit. Quidam verò Cadmum, cùm Thebas conderet, Asylum permisisse testantur. Alij à prognatis Herculis Asylum Athenis primò institutum, eos fortè timentes, quos auus afflixerat, quorum exemplo Romulus, & alij Romulæ Asylum aperuerunt. Liuius libro primo ab vrbe condita. Et veteres ad Imperatorum statuas confugientes immunitate donauerunt vt in titulo. C. de his qui ad statu. confugiunt. † Verùm cùm propter 4
Cæsar immunitates Asylorum abrogauit. Asylorum impunitatem multa committerentur facinora, Tyberius Cæsar, ne merita coërcione delinquentes leuarentur, immunitates Asylorum abrogauit, qui tamen Samiæ Iunoni, & Aesculapij delubro ius

veteris

veteris immunitatis ob religionem restituit. Alexand. lib. iij. Genial. c. xx. Apud Molossos verò Samothraces, Crotoniatas, Messenios & alios plerosque quamuis paganismum colerent, ad deorum aras confugisse pro Asylo habitum est, velut Ithacensibus Iouis seruatoris ara, delictis enim non voluntariis refugium aras esse putauerunt.

5 De his Asylis loquitur text. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. ff. de ædilit. edic. Et sic temporum seu ecclesiarum immunitatem à Deo opt. maximo inuentam & datam esse concludemus, ex quo infertur esse ecclesiasticam. Ideo in præiudicium illius, principes segulares disponere non posse. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. Aufrer. in decis. Tholos. q. cccxxij. Io de Turre Crema. in c. sacrilegium. xvij. quæstio. iiij. scripsi abundè in proœ ordinat. in primo Tomo. *Principes immunitatẽ duserre nõ possunt.*

6 Secundò, dicitur immunitas quasi extra munia, id est munera, & officia. vel immunis quasi sine munere, libertas absq; munere. *Immunitas munerũ duplex.* Hostien. in summa de immunit. ecclesia. §. & vnde dicatur. Et quia immunitas dicitur libertas à muneribus. Ea est duplex: quædam tẽporalis, quædam perpetua: de qua gl. & Io. de platea in rub. C. de excusat. muner. lib. x. & tria in hac immunitate munerum requiruntur: quòd fiat à principe cõcessio, & hoc fiat ex causa legitima: & quòd sit tẽporanea, vt idẽ de Platea docet in l. vna. C. de his qui à princip. vacatio. acceperint. lib. x. hîc vero prosequar immunitatis priuilegia tangentia ecclesias, vel ecclesia. personas. *Tria in immunitate munerũ requisita.*

7 Tertiò, quare datur ecclesiis immunitas? Respon. vt honor ecclesiarum seruetur. capit. Reum. xvij. quæsti. iiij. Iniuria quippe fit sanctis quando ab ecclesia sanctorum reus extrahitur. capit. frater. ibidẽ. capit. miror. vbi aliæ conscribuntur rationes. Nempe certũ est quòd sanctitas & reuerentia loco debetur, in quo Dei cultus exhibet. Psal. xcij. Decet domum sanctitudo. cap. j. de immu. eccle. in vj. & Psal. lvij. Sanctificauit tabernaculũ suum altissimus. & Nume. vij. Sanctificauit Moyses tabernaculum. Ideo sacrilegium committitur tam in violatione personarum Deo dedicatarum, quàm loci sacri, vasorum, & ornamentorum sacrorum. dicto c. sacrilegium. xvij. quæstio. iiij. vbi de Turte Cremata. Etiam quia in venerabilibus ecclesiis cum pace, & quiete vota competit celebrari. Ideo si quis tumultum, seditionem, vel impetum in ecclesia committeret, vltimo subiecebit supplicio. l. denunciamus. C. de his qui ad eccles. confug. *Ecclesijs quã ob reus detur immunitas.* *Tumultum in ecclesia faciẽs capitali pœna punitur.*

8 Quartò, quæ ecclesiæ gaudent immunitate? Respon. Omnes. c. definiuit. xvij. quæst. iiij. & xl. passus circum habebit maior ecclesia, minor autem xxx. capitul. sicut antiquitus. xvij. quæst. iiij. & nulla ædificia in atrio ecclesiæ ponantur, nisi tantùm clericorum. cap. nulla. xij. q. j. Oldra. consilio lv. consueuit. & si fuerit ibi aliqua domus, non gaudebit immunitate. Angel. de Clauas. in verb. immunitas. §. xxj. nisi esset claustrum monasterij, seu refectorium, vel dormitorium. Alexander consilio cxlv. viso
9 themate. in secundo dubio. volumin. septimo. † Vbi dicit totum circuitum monasterij, vel ecclesiæ gaudere immunitate, etiam si vltra prædictos passus habeat. dict. capitul. definiuit. & c. quisquis. xvij. quæstio. iiij. l. præsenti. in princ. ibi, ex ipsis ergo locis eorúmque finibus. C. de his qui ad eccles. confu. & fuit per arestum restitutus *Yuo Malerbe* captus in domo *de Lopin* *Quæ ecclesia gaudeãt immunitate.* *Domus vel claustrũ an gaudeat immunitate.* *Arestum.*

canon

Universidad de Deusto
Biblioteca

canonici Turo.an.1509.die xiij.Iulij. Idem in domibus canonicorum,si intra ambitum ecclesiæ, & clausstrum existant. † concludit Barb.cons.xxxiij. col.ij.vol.iiij.imò ecclesia ante cõsecrationem, illam habet immunitatem, vt non possit in ea delinquens capi, ac si esset cõsecrata,si ibi diuina mysteria celebrẽtur.c.ecclesię.de immu.eccl. c.vlt.de cõse.eccle.Porc.in §.sacrę. de rer.diuis.in instit. † Nec refragatur damnata Pet.de Ferrar.sentẽtia,quã posuit in pract.sua in forma inquisit.in j.gloss.ver.ex his potest, ista iura immunitatem concedentia sine ratione facta esse asserens: imò & contra ius diuinum,quo cautum est:Domus mea,domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latr. Si enim Deus noluit tolerare ementes & vendentes in ecclesia, sed eos eiecit, quantò magis non vult receptari in eius ecclesia latrones, homicidas, & similes? ideo tales delinquentes non debẽt in ecclesia recipi,nec eius subterfugio defendi.hæc ille. † Sed respõ. quòd Deus optim.maxi.eiecit ementes & vendentes in ecclesia, non enim vult quòd in ecclesia hæc fiãt,sed sanctitudo & Dei seruitiũ ibi adimpleat. verùm Deus præcepit,vt qui nolens interfecerit hominẽ,si ad asylum confugiat,vt ibi saluus sit:noluit inquam vt latrones ad eam cõfugerẽt,ne sit latronum spelunca,imò eiiciuntur ab immunitate: nec voluit,vt ibidẽ fierent homicidia,vel alia crimina. Sed si casu perpetrata sint alibi,placet ei vt ibi à malo tueantur. Ideo patet iura canonica non esse facta sine magna ratione,si bene ponderentur, imò ex ipsis verbis Dei sumpta sunt.Ideo non possunt non esse bona & rationabilia.Sed rebelles ecclesiæ,& hæretici ea sape re non possunt,vt quidam neoterici scriptores, qui potius ad ignem combustionis, quà deuotionis accedentes, sacros canones maledictis impetunt, sed ipsi à Deo maledicti in ignem mittentur æternum,si non resipiscant.

Ante cõsecrationem quid.

Damnatur sẽtẽtia Petri de Ferr.

Contra maledicẽtes canonibus.

Quibus personis cõcedi tur immunitas.

Quintò, quibus personis concedatur ipsa immunitas? Resp.omnibus fermè ad eccle.confu.siue sint laici, siue clerici c. Reum.xvij. q.iiij.& d.l.præsenti.Lud.Ro.consil.ccxxxiiij.aduertẽdum,etiã si essent excommunicati,quia lex eos non excipit.Ang.de Claua.in verb. immunitas. §.xj.& Fabr.in §.fin.inst.de his qui sunt sui vel alien.iur.excipiuntur tamen quædam personæ,quæ non iuuantur ecclesiæ immunitate.

Publicus latro nõ gaudet immu.

Primò publicus latro,& agrorum depopulator.c.inter alia.de immu.eccles.publicus latro vocatur famosus latro,& itinerum grassator,qui palàm furatur in viis publicis.l.capitalium.§.famosos.ff.de pœnis.

Nocturnus depopulator nõ gaudet.

Nocturnus depopulator dicitur,qui agros nocte destruit, comburit,aut vastat,& hos licet etiam priuatis occidere, quia in detrimentum cedit reipub.l.j.C.quan.liceat vnicuique sine iudice se vindic. Oldr. cons.cliij.quidam deliquit,vel quia noctu segetes corrumpit, & ibi se abscondit, dicitur nocturnus agrorum depopulator,teste Inn.& aliis in d.c.inter alia.

Qui per insidias hominem occidit non gaudet immunitate secus si vulnerat.

Secundò,excipitur is,qui per insidias, seu proditoriè interfecerit hominem, & vt Gallicè dicitur *de guet à pens.*c.j. de homicid. vbi sic scribitur:Si quis per industriam occiderit hominem, ab altari meo euellas eum vt moriatur.Secus ergo si tantùm vulneret,etiã per industriam : quia ibi loquitur de occidente. Boër.in decis.Burd.q.cxix.percutiens.col.iij.& Deute.xix.si quis autem odio habens proximũ suum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgénsque percusserit illum,& mortuus fuerit, fueritque ad vnam de supradictis

vrbibus

vrbibus,mittes seniores ciuitatis illius,& arripient eum de loco refugij,& morietur,quia videtur confidere de ecclesiæ immunitate:& quia magis interest istos puniri,quàm alios delinquentes,quia plus vtilitati publicæ nocent & plura cogitant mala quàm alij. Et cùm aliquis vni indulget indigno,ad prolapsionis contagium prouocat vniuersos.c.est iniusta. xxxiij. q.j. † Et quamuis Panor.& doct.in d.c.j. dubitent in intellectu illius capit. dicentes exponendum text.moriatur, id est excommunicetur.Sed hoc est somniare:debet enim intelligi de morte naturali,nec obstat quod ius canonicum non imponit pœnam mortis,fateor,etiam non imponitur in d.c. j.sed vult vt industrius homicida euellatur ab ecclesia,& quare? vt moriatur,& condemnetur,non à iudice ecclesiastico,sed à laico. Et sic ius canonicum illum homicidam non condemnat ad mortem,sed non indulget ei de licti impunitatem.& dicit Imperator:Homicida expectet, quod fecit.l.iij. C.de episcopal.audient.Et sic fuit iudicatum Grationopo.vt per industriã occidens hominem nulla gaudeat immunitate,teste Guid.Papæ in decisio. Delphi.q.cxxj.in camera.Et ita semper vidi seruari in curiis Franciæ,quicquid in oppositum dicatur.Et Ioab non euasit mortem,licet in archa esset, et in cornu altaris, quia tres per industriam occiderat.iij.Reg.c.ij Nec sequitur,ius pontificium refert ius diuinum,vel ciuile imponens mortis pœnam,ergo imponit:probatur in l.Gallus.ff.de liber.et posth.c.ij.de maio.vbi in fi.recitat id quod vult approbare.

Intellectus ad caput j. de homicid.

Ideo extat Caroli Regis olim Franciæ ordinatio in parlamenji lib. descripta ann.1356. in mense Martio, per quam Rex statuit ne gratia vel remissio detur homicidæ ex industria et insidiis,nec raptoribus, incendiariis, nec his qui pacem iuratam,vel fœdus fregerunt,seu Saluagardiam,et si data fuerit,q; iudices illi non obtemperẽt gratię,vt dico in trac.de grat.seu remiss.in ord. Reg. et ita declarauit senatus contra Robertũ Floridum vt refert Aufrerius in sty.prob.aresto clxv. item per idem arestum.imò ne hic gaudebit priuilegio clericali,vt decreuit senatus aresto cclxxvj.ibidem.

Constitutio prohibens gratiam concedi hic descriptis.

Apostata.

Idem si quis veneno occidat hominem, quia per industriam etiam hoc facere censetur. Et est plus veneno quã gladio occidere.l.j.C.de malc.et mathemat.et hoc firmat Boër.in decisio.Burde.quæst.cix.percutiens.

Veneno occidens alium non gaudet immunitate.

Tertiò, excipitur delinquens in ecclesia,vel iuxta eam confisus de immunitate.c.fin.de immunit.eccles.ne detur via delinquendi.l. conuenire.ff. de pact.dot.& frustra legis auxilium inuocat,qui committit in legẽ.d.c.fi. & ne Dei ecclesia fiat spelunca latronum.'Non præsumitur tamẽ delinquere quis sub immunitatis spe.Host.&Card.in d.c.fi.plenè Aleiat. in tracta.de præsum.reg.iij. præsump. xxxiij.vbi dicit quòd delinquens extra ecclesiam,vel cœmeterium,non gaudet immunitate,si sub fiducia huiusmodi delinquat,quia in eo qui deliquit puniri debet.Et quia deliquit in ecclesia, volens vt ecclesia sit tutrix sceleratorum: & rationes dicti capitul.fin.habent locum.& ego vidi suspendi vnum,qui interfecit alterum iuxta ecclesiam,& ita decreuit Senatus,vt in stylo patet,aresto clxv.

Delinquẽs in ecclesia immunitate non gaudet.

Arestum.

Quartò,non procedit in eo,qui armatus fugit ad ecclesiam.l. si seruus. C.de his qui ad eccle. confu.qui text.licet loquatur in seruo,idem tamen in libero, quia non confidit in immunitate, sed in armis, & sic ea non

Armatus ad ecclesiã accedẽs non gaudet immunitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gaudet.Idem si fur cum re furtiua ad ecclesiam confugiat,quia ad statuas confugere, vel imagines principum in iniuriam alterius prohibitum est.l. capitaliũ.§.ad statuas:& §.seq.ff.de pœnis.Et quia furtu cõtrectãdo ibi committere diceretur,si Bar.credatur in l.si dominiũ.ff.de fur.Et furans in ecclesia non gaudet immunitate, quia sacrilegus est.Host.in c.fi.de immu.eccle.sic expresè consuluit Barb.cons.xxxiij.Deum inuocent.in iiij.vol.

Iudæus non gaudet immunitate.

Quintò,excipitur iudæus.l.j.C.de his qui ad eccle.confu.quia non pro 22
pter zelum fidei fugit,sed vt vitare possit criminis punitionem, vel onera debitorũ.Ideò nisi velit fieri christianus non iuuatur immunitatis priuilegio.c.constituit.xvij.q.iiij.l.j.C.de his qui ad eccle.confu.vbi dicit Salyc.ecclesiam non esse tutelam eorum, qui non sunt sub lege sua.Et idem tenet Oldr.cons.liiij.an fugiens.in.fi.licet doc.in c.inter alia.teneant contra.& Felyn.in c.Iudæi.j.de iudæ.Sed prima seruatur Auenione.

Nec hæreticus, blasphemus & qui maiestatem læserit.

Sextò, hæreticus. Pan.in d.ca. inter alia.nu.23. quia frustra ecclesiæ auxi- 23
lium implorat, quia in illam committit.c.quia de vsur.Et de blasphemo quòd non gaudeat immunitate,fuit iudicatum in senatu Bur.vt refert Boc. in decis. Burde. q. cx. sed an consuetus,quia sapit hæresim si ex animo fiat. Idem videtur in læsæ maiestatis reo,cùm æquiparentur.authen.Gazaros. C.de hæret. vnde dicit Corn. Tacitus lib.iij. quòd cùm reus pro crimine proditionis confugit in templum Palladis,quòd ad eam diem fuerat inuolubile,fuit à matre muro obstructa ianua coactus mori famæ:& Adonias ab altari eductus est.iij.Reg.c.j.in fin.

Disciplinæ causam quis exirabi debet. Arestum.

Septimò, Religiosi à suis superioribus extrahentur causa disciplinæ & 24
pœnitentiæ iniungendæ,vt animæ confugientis consulatur.Pan. in d.ca.inter alia.facit c.reum.ibi legitimè componat.xvij.q.iij. Tamen an.1440.die iij.Maij fuit apostata ab ecclesia extractus,quia subtraxerat bullas,& sigilla,demũ fuit dictũ eum ad immunitatẽ restituendum,& gaudere immunitate debere.Sed apostata à fide non restitueretur,nec gauderet immunitate secus in apostata à religione.c.vno.vbi doct..de apost.in l.j.C.illo tit.

Apostata. Sacrilegus non est immunis. Nec raptor gaudet immunitate.

Octauò,non procedit in sacrilegis,quia frustra auxiliũ legis implorant, 25
qui in legem committunt.c.quia frustra.de vsur.text.in l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cle.plenè de Turre cremata in c.sacrilegium.xvij.q.iiij.

Nonò,in raptoribus virginum.§.neque in auth.de mand.princip.coll.iij. 26
sed de iure canonico gaudent immunitate.l.vna.C.de rap.& c.de raptorib. xxxvj.q.j.Angel.in d.§.immunitas.q.xvij.idem in adulteris dicitur ibidem. Sed ius canonicum hos duos casus non recipit,teste Berber.in viato.iur.rude viol.immunit.in j.parte.

Malefici nõ gaudent immunitate

Hodie iudices Regij iure seruant illũ.§.neque Quãuis in nouellis Græcis 27
nõ ita scriptũ sit.Sed sic iuuenit Neque item cõmittes,vt priuilegiis apud te vtãtur malefici,sed vnũ hoc illis ad salutẽ proficiat,si ab intentato crimine mundi,& vndique innoxij ostendantur.homicidia verò,& adulteria,& raptus virginum,& aggressuras,& maleficia cùm tanta vehementia persequeris,pœnas delinquẽtib⁹ secũdũ nostras leges inferẽs,vt paucorũ supplicijs,omnes alios salues:& sic ibi nil loquitur de im.eccl.& quamuis loqueretur,stabimus tamen iuri canonico in hoc quod distinxit quo ad homicidas vt per industriã occidẽs nõ gaudeat,ergo alius sic,quo ad alios casus ius canonicum

nonicum seruetur:& licet non sit expressum de raptore virginum, putarem itidem illum non debere gaudere immunitate,quia occidit corpus & animam,imo interdum duas animas,& de industria peccat.cap.ille. 22. quæst. meritò iudices seculares ab ecclesiis hos calidos delinquentes extrahunt, & posteà infrigidant:etiam raptores mulierum honestarum eadem ratione iudices ab ecclesiis extrahunt,& maximè latrunculatores.

Banniti nõ gaudent immunitate. Neque interficiens clericum.

28 Decimò fuit prohibitum à curia suprema,instigante procuratore Regio religiosi sancti Martini,ne bannitos à Rege recipere habeãt & si receperint à die notitiæ statim ab immunitate expellant,hoc an.1476. die 25. Februa.

26 Vndecimò interficiens clericum nulla gaudet ecclesiarum immunitate. Berber.in viator.iur.vbi suprà,quia sacrilegiũ cõmittit.ca.si quis suadente. 13.q.4.& quia sacrilegium in personam commissum est grauius, quia propter quod vnumquodque tale, & illud maius. Authen. multò magis.C.de sacrosan.eccle.de Turre Crema.in c.sacrilegium. 17. q. 4. Aliæ personæ regulariter ecclesiæ immunitate gaudent.c.sicut.17.q.4.

Violator immunitatis qua pœna puniatur.

30 Sextò qua pœna puniatur,qui violat immunitatem? Respon.de iure ciuili pœna legis Iuliæ maiestatis,& sic vltimo supplicio.l.2.& l.præsenti. C. de his qui ad eccles.confug.l.si quis in hoc genus,de episcop. & cleric. Chassan. in consuet.Burgun.in rub.*des iustices*,in verb.*& droit d'icelles*,& hoc quando iniuria infertur clericis.capitu.qui autem,17.q.4.cap.cum deuotissimam.12. q.2.de iure Canonico excommunicatur,capitu.frater.17.q.4.c. illi qui: 24. quæstio.2.

31 Secundò prohibetur recipi oblatio illius ab ecclesia. c. minor. ibidem. 17. quæst. 4.& hoc in pœnam statuit interdum ius canonicum,c.ex transmissa, de decim.

Violans immunitatem priuatur feudo vel re quã ab ecclesia tenet.

32 Tertiò priuatio rerum inducitur,quas ab ecclesia habet is, qui eam violauit:Ideo si sit vasallus ecclesiæ,feudo priuatur,vel si ius patronatus habeat illud perdit,teste de Turre cremata per illum tex.in c.frarer, 17.q.4. c.1.in fi. de treug.& pace.quia ex eo quis non debet habere lucrum,quod impugnare contendit,per regul.iur.ex eo.in 6.Nam si episcopus negligens punitur fortiùs & faciens,quia grauius delinquitur faciendo,quàm omittendo.l.diuus.ff.de senatusconsul.Syllania.vbi abundè tractaui. Sed parum est in vsu, teste Berber.in viato.iur.rub.de violat.immunit.in 1.parte.

33 Quartò etiam ad pœnam pecuniariam hic temerarius condẽnatur,videlicet in noningentis solidis,cap.si quis contumax,17.quæstio.4.& violatores ecclesiarum,& publici latrones excommunicati sunt.in c.omnes ecclesiæ. 17.quæstio.4.facit cap.sicut eodem,possunt etiam alia pœna arbitraria puniri,cap.non minus,& c.aduersus.de immunita.ecclesiar.sed in ea.quisquis.17. quæstio.4.puniuntur pœna triginta librarũ argenti examinati purissimi. Et scribitur Ezechiel.5.c. Viuo ergo dicit dominus Deus,nisi pro eo quòd factũ meũ violasti in omnibus offensionibus tuis,& in cunctis abominationibus tuis,ego quoq; confringam,& non parcet oculus meus,& nõ miserebor, & 2.Paralip.c.17.& 3.Eldræ 1.& Iudith.9.Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua & poluere tabernaculum nominis tui. Hodie quidam iudices semper contra ecclesiam pugnant,quos, si in parochia mea decederent,inter hircorum,& canum morticinia sepelirem.

Quis possit de hac immunitate cognoscere.

SEPTIMO quęro, quis iudex posit super hac immunitate cognoscere? 34
respon. iudex ecclesiasticus ad effectū defendendi immunitatem, vel remittēdi, siue dicat reum deliquisse intra ecclesiam, siue extra, c. definiuit. 17. q. 4. Anto. Butri. in c. tuam. de ordine cognitio. l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confug. vbi doct.

Item iudex secularis quo ad suū effectum, videlicet vt posit eum de ec- 35
clesia extrahere: si nō debeat immunitate gaudere. Petr. Belluge, in Speculo principum, rubr. 11. §. sed quia fol. 51. iudex ecclesiasticus vocato iudice secu lari, seu gentibus Regiis cognoscit: c. si iudex laicus, de sent. excom. in 6.

In vinculis quis in ecclesiis contineri non debet.

Reus tamen nō ponetur in compedibus, aut cathenis ecclesia: Hostien. 36
& alij in c. inter alia. de immunit. ecclesiar. Guido Papæ decis. 121. in camera licet non seruetur de consuetudine, teste eodem Guido. singul. 425. compeditatio. &c. Et idem Petrus Belluge in Speculo princip. rubri. de propositio. graua. §. sed quia, col. penul. vbi dicit interim ecclesiam nō spoliari pendēte dubio, licet cathenis ligetur reus intra eam. Sed videtur, vt statim videbitur, per istam ordinationem, ab ecclesia reum extrahendum.

Alere intra ecclesiā quis reum tenetur.

Dicet quis, Quisnam debeat ipsum reum intra ecclesiā allere? Respon. 37
ipsemet alere se debet, si bona habeat, gloss. in l. fi. C. de erogat. milita. anno. lib. 12. Iaso. in §. item si quis in fraudem. de actio. in insti. Hercu. in l. si victum. ff. de re iudica. si verò sit pauper, ecclesia tenetur eidem de alimentis prouidere. Archidi. in d. c. definiuit. 17. q. 4. dixi multa in repetit. l. diuus. in gl. ff. de senatusconsul. Sylla.

Effectus immunitatis.

OCTAVO quis sit effectus immunitatis? Resp. vt ab omni pœnarum 38
genere reus sit interim securus. c. reum. 17. q. 4.

Secundò vt etiam præceptor nō posit ibi flagris cædere, vel puerū ver- 39
berare. c. nullus. 17. q. 4. multò minus sacerdos eum, qui confessus est: quod tamen vidi aliquando apud Petragoricen. fieri, sed malè, vt scripsi in interpreta. c. omnis. de pœn. & remissio.

Tertiò vt non possint inde violēter adstrahi. c. frater. c. minor. ibidē. Etiā 40
nec à iudicibus ecclesiasticis, per d. c. reum, vbi videtur vniuersalis negatiua,

Confugientes ad ecclesias non possunt violenter abstrahi.

& in c. definiuit. ibidē, & l. 2. C. de his qui ad eccl. confug. Petrus Belluge in d. Spec. princip. rubr. de propositio. graua. §. sed quia, fol. 56. attamen sequitur ordinatio in contrarium, videlicet vt delinquentes sub prætextu immunitatis pœnam nō euadant, vt inferius dicetur. Alios effectus vide per Hosti. in summa, de immunita. ecclesiar. & per doct. in illo tit.

Pour debtes ny autres matieres ciuiles, & se pourront toutes personnes prendre en franchise.

GLOSSA II.

Immunitas nō detur pro debito.

TRES habet partes: in prima statuit immunitatem nō dari pro debitis, nec in ciuilibus causis, in 2. quę est ibi, *& se pourront*: cēset omnes personas posse capi in immunitate: tertia docet illā capturam in ecclesia factam non debere nocere, sed reintegrādi sunt, si hoc visum fuerit, *& sauf à les reintegrer.*

Primū ergo dictū tex. videlicet quòd immunitas no detur pro debito, nec pro aliis rebus ciuilibus, ne faciamus ecclesiā speluncā latronū: & quia pro cri

pro criminibus inducta est, vnde si tenear restituere rem aliquam, & ad ecclesiam confugero, nil mihi prodest. tex. in l. 1. C. de his qui ad eccles. confu. ibi, nec antè suscipiantur, quàm debita vniuersa reddiderint. Et quāuis tex. ille loquatur de seruis, idem tamen in liberis hominibus concludit Azo, in summa ibi. Sed alber. in rub. ibi dicit, quòd inspecto iure communi non potest debitor in ecclesia cap. nec inde extrahi. l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confug. quia liber homo de iure non potest capi pro debito, nisi sit ad hoc expresè obligatus. l. 1. & l. ob æs. C. de actio. & oblig. c. lator. de pigno. Imò nec extra ecclesiam caperetur si bonis cedere velit, l. 1. C. qui bonis cedere possunt. inspecto tamen iure municipali, secundum quod capitur quis pro debito, vt hîc, tūc ab ecclesia extrahi potest: cum persona per Ius municipale sit affecta, ne creditor defraudetur re sua vel sibi debita. Etiam quia ecclesiæ immunitatem concedendo, ius creditori competens ex lege municipali remissum non videtur: arg. no. in l. 1. C. de in ius vocand. aliâs daretur materia delinquendi. Nam si commodarem aliquam rem tibi, vel mutuò centum acciperes, vel à mercatore merces, posteà ad ecclesiam cōfugeres, & sic rem meam consumeres: quod leges non permittunt. argu. l. conuenire. ff. de pac. dotal. Sic docet Old. consi. 54. an fugiēs. Aufre. in decis. Delph.

2 quæst. 422. Et licet sint diuersæ doc. super hoc sententiæ: † tamen in hoc consuetudo erit attendenda, vel statutum: vt docet innoc. in ca. cùm inter. de consuetud. & d. c. inter alia. Plenè Socy. in tract. de citatio. artic. 17. quæstio. 5. ideo prouisio extrahendi concessa fuit à senatu Burdegalen. cuidam Petiot mercatori Lemouicen. contra suum institorem anno 1535. die 5. Augusti, teste Boër. in decis. Burdeg. quæstio. 215. incarceratus. nu. 7. & sequen. Etiam cōtra Stephanum Girard, qui eripuerat crumenam noctu de aliquo, in qua erant decem librę, fuit à senatu pronunciatum quòd extraheretur ab ecclesia sancti petri *Des asſis*, & quòd priuilegio immunitatis gaudere non debebat, anno 1473. in mense Ianuario. alioqui fur posset eripere res, & posteà ad ecclesiam confugere. vide Boër. quæstio. 215. nu. 7. cum seq.

Permissio extrahendi ab ecclesia concessa.

Arestum.

3 Item etiam de iure quis pro debito in ecclesia capitur, & extrahitur ab illa, vt debitor tributorum. l. nemo. C. de exactor. tributor. libr. 10. quoniam fiscalium ratio & militibus & priuatis ipsisq; templis & vniuersę reipub. vtilis, & necessaria est, tex. in authen. de mand. princip. colla. 3. §. publicorum. Oldrad. consil. 54. An fugiens &c.

4 Adde etiam, quòd si quis in ecclesia capiatur, consuetudo est quòd extrahatur non petitia licentia ab episcopo, licet Salyce. in authen. si quis. C. de adulter. dicat licentiam requiri. Sed ne reus interim fugiat, capitur sine mora: vt refert Guido Papæ in quæstio. 121. in camera, nec etiam requiritur alia declaratio per iudicem eccl esiasticum de consuetudine, teste Bened. in repetit. ca. Raynutius. in verb. & vxorem. nume. 444. cum seq. de testa. Sed posteà restituetur captus ad ecclesiam, si iure hoc fieri debeat. ista tamen sunt contra ea quæ 1. Machab. ca. 10. scribuntur his verbis, Quicunque confugerint in templum, quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij Regi, in omni negotio dimittantur, & vniuersa quæ sunt eis in Regno meo libera habeantur. Tamen ex consuetudine & lege nunc ista

Non est licentia petēda ab episcopo extrahendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obseruantur, quæ hîc statuta sunt. quanuis possumus hîc dicere, Ne sutor vltra crepidam, & falcem in messem alienam non debet quis imponere. c. nouit. de iudic.

Et sauf à les reintegrer quand y aura prinse de corps decernee à l'encontre d'eux sur les informations faites des cas dont ilz sont chargees & accusees, & qu'il soit ainsi ordonné par le iuge.

GLOSSA III.

Non legitimè captus in ecclesia, debet restitui ecclesiæ

ET SIC, quando prehensio, id est captura, non est ritè facta in ecclesia, captus debet restitui ecclesiæ, à qua fuit extractus: vt hîc, & docet Old. d. consilio 54. & ecclesia petere potest, vt restituatur pristinæ libertati, qua de facto fuit priuata. l. . & ij. ff. de liber. homi. exhib. Panor. & alij in d. c. inter alia. per text. in c. miror. 17. quæstio. 4. Alex. consi. 145. viso themate. in fi. volu. 7. Barba. consil. 33. Deum inuocent. col. j. vol. 4. 1

Imò reus taliter debet relaxari, vt non possit iterum facilè capi. Bart. in l. j. §. j. per illum text. & l. iij. ff. de acqui. rerum domi. 2

An iudex extrahens reum ab ecclesia debeat iurare se vitam & membra seruaturum.

Item debet iudex secularis iurare antequàm reum extrahat, quòd vitam & membra ei delinquenti in honorem ecclesiæ seruabit. c. id constituimus, & c. reum. 17. quæstio. 4. & d. c. inter. Guido Papæ in decis. Delp. q. cxxj. in camera. in fin.

Imò si tanta esset iudicis secularis sæuitia, ob quam nõ esset de iuramento iudicis confitendum, tunc maior cautio quàm iuratoria esset exigenda, arg. c. literas. de restitut. spoliat. secundum Inn. & alios in d. c. inter alia. Sed hodie hæc non seruantur, nec cautio iuratoria præstatur: seculares enim volunt ecclesiis dominari. 3

Iste articulus est dubius, & potest duobus modis intelligi. Primò, quòd restitui debet ad ecclesiam captus, si hoc fuerit ordinatum per iudicem videlicet secularem, & hic intellectus communiter recipitur. 4

Alio modo intelligunt quidam, quòd extrahi possunt delinquentes ab ecclesia, si ita fuerit per iudicem pronunciatum vilis informationibus, sed fortè dum ordinaretur, & cognosceretur, reus discederet, ob id primus intellectus recipitur.

De immunitate munerum non scribam hîc: quia doct. multa super his scribunt. Sed dicam cum Vergilio,

Claudite iam riuos pueri sat prata biberè.

De his gratias Deo optimo Maximo semper agens.

Tracta

TRACTATVS VT BENEFICIA ANTE VACATIONEM, VEL BONA CONFISCATA, PETI, ante declarationem non debeant: nec concedi, in vsu quotidiano vtilis & frequens.

De ne donner benefice, office, ne confiscation auant la vacation, & declaration. Aticulus primus.

Charles vij. *arti. lxxxv. des premieres.*

Item & pource que souuentesfoys sommes trauaillés par plusieurs. Et par grande importunité des requerans.

GLOSSA I.

1 2 RIA IN HOC TEXTV STATVVNtur. In prima parte ponitur ratio cõstitutionis. in secũda constitutio prohibẽs, ibi: *nous en enfuyuant*. In tertia annulatio si fiat cõtra prohibitionem, ibi, *& voulons*. Primò ponitur ratio, cur prohibeat officia, & benefi cia concedi ante vacationem, & alia hîc conscripta: quia sæpius molestatur Rex propter importunitatem petẽtium. hæc ratio probatur in l. j. C. de pet. bon. sub. lib. x. ibi, sed quoniam plerunque ita in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: multi nanque molesti sunt nobis semper, precesq; crebre, & flentes petitores. §. confideremus. in auth. de trin. & semisse. colla. 3. Ne igitur importunitatẽ patiamur de his, per singulos dies formas scribere cogimur. §. ne igitur, vt factæ nouæ consti. coll. 5. Et alibi dicit Papa, Propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuersis partibus venerunt. c. omnibus. 2. quæst. v. Et per hanc importunitatem vincitur Deus Optimus Maximus: vt in euangelio de vidua importuna, vbi dicitur: Etiam violenti rapiunt cælos, & sancti quoq; vincũtur. c. importuna. de peniten. dis. j. ideo statuit vt ista importuna petitio esset. *Ratio cur officia ante vacationẽ peti non debeant.*

3 Sed hæc importunitas super rebus iustis prodest, & bona est, de qua Pau. ad Thimothe. 4. Insta oportunè & importunè, ipsa enim sui vtilitate se destruit, si habere importunitas opportunitem nescit. c. sit rector. in fi. 43. dist. c. prisca. 100. distin. c. importuna. de pœniten. distin. j.

4 Sed si hæc importuna petitio fiat super beneficiis habendis, vel honoribus ecclesiasticis, simonia est. c. ordinationes. j. quæst. j. cap. tuam. de ætate & qualit. cap. ij. & iij. de concess. præben. & super honoribus vel officiis secularibus dicitur etiam ambitiosa importunitas, & reprobata. c. fi. de rescript. li. 6. facit l. ambitiosa decreta. ff. de decret. ab ord. facien. nec interest roget quis per se, an per alium: nam qui per alium fecit perinde est, ac si ipse faceret, per regu. iur. & Bernar. ait ad Eugen. Per importunitatem extorta licentia, non est licentia, sed violentia. Et Lucas de Penna scribit in l. multis. colum. j. C. de prin. argent. in reb. lib. vij. *Petitio in beneficijs simoniam inducit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Importunitas multiplex.

Et sic primus est casus hic, in quo princeps interdum propter importunitatem petentium concedit non concedenda. Et aduertendum est, quòd aliquando est importunitas in petente, quia frequenter peti. d. §. cõsideramus. de trien. & semisse. Fely. & Dec. in c. quæ in ecclesiarũ. col. antepenul. de cõstitu. Barb. consi. 24. clementissimi. colũ. 3. vol. 2. & quando maritus donauit vxori propter frequentem mulieris petitionem, talis donatio non confirmatur morte mariti: quia quodam calore iracundiæ facta censetur, teste Bald. in l. j. C. de petit. bono. subl. lib. x. vt refert Io. Lupus in repet. ca. per vestras. §. antepe. versi. tertius casus est, de donatio. inter vir. & vxor. 4

Sententia et electio ad clamorẽ populi nõ valent.

Nonnunquam importunitas est respectu plurium, putà curialium principum, vel aliorum magnorum nobilium. d. c. omnibus. ij. q. v. & tunc etiam non valet, sicut nec electio facta ad clamorem populi. c. ij. de elect. c. miramur. 61. distin. nec sententia ad clamorem populi prolata. l. decurionum. C. de pœnis. nec ex acclamatione populi potest quis manumittere. l. si priuatus. ff. qui & à quib. manumis. liber. non fiant. 5

Item non valet donatio facta monasterio ab eo, qui ingressus fuit religionem, si per circunuentionem & importunitatem exorta est, sed bona hæredibus reddi debent. c. fi. 20. q. iij. Panor. & alij. in c. præterea. de offi. deleg. 6

Interdum est importunitas ratione potentiæ, de qua in l. j. C. de fund. limitroph. lib. 11. vbi Bar. & patruus meus Rebuffi dicunt rescriptum sic impetratũ esse nullum, quando infert alicui præiudicium: vt etiam docet Corset. in sing. incip. rescriptum 3. & Lancel. Dec. in l. si mihi. §. in legatis. colũ. 4. versi. secundò no. ff. de le. 1. Fulgos. consi. xx. pro pleniori, col. iij. vbi allegat illud dictum Luca. 7

Nulla fides, pietas q; viris qui castra sequuntur,
Venales q; manus, ibi fas, vbi maxima merces.

Grauis mulierũ importunitas.

Quandoque premitur princeps ad requisitionem mulierũ: & hæc est grauis importunitas, quæ oportunitatẽ habere nescit. d. §. hinc nobis, in authẽ. vt omnes obedi. iudi. Prouin. colla. 5. & Bal. in c. j. col. fi. de constit. vbi refert mulierẽ dixisse Imperatori, Si libet, licet. vnde placita à principe eblandita non valent, sed dicitur furtiua deprecatio, in d. l. j. C. de fund. limitrop. li. xj. 8

Cõcessio ob nimiam lætitiã nõ valet.

Interdum princeps concedit per nimiam lætitiam, & tunc etiam illud quod concedit non valet: quia dum concedit, est extra mentẽ, arg. ca. vnusquisque, iuncta glo. 22. quæstio. 4. & glo. in verb. balneum. §. ferui. instit. de liber. nec sunt principis placita, sed extorta, seu exacta. Vnde donatio facta tempore acquisitionis Regni, vel coronationis, non valet: vel statim parta magna victoria, vt dicit Neuisa. in sylua nuptial. circa fin. 9

Signaturæ papæ in principio suæ coronationis nõ valent.

Item signaturæ, quas facit Papa antequã exeat ex cõclaui, propter nimiã lætitiã nõ valẽt: vt dicit gl. in procem. reg. cancell. & Io. de Selua in trac. de benefi. in j. parte, quæstio. 2. nu. 16. versi. primũ beneficiũ est. † facit quod no. Panor. in c. sicut, in ij. de iureiu. in iij. notab. vbi dicit, quòd si cardinales promittant inter se aliqua cũ iuramẽto, quæ sint in præiudiciũ dignitatis, si contingat aliquẽ promoueri ad papatum, nõ tenebitur promotus illa adimplere, nec seruare. Sequitur Fel. in c. j. col. 4. verſ. Septimò declara. de probatio. quod dicit esse bene notãdũ ad infringẽdas promissiones factas à principi- 10 11

Conuentiones cardinalium in electione pape quando valeant.

bus

bus in principio suæ creationis: quas non tenentur seruare, si præiudicent Regno & Regi. vide extrauag. vltimam, de senten. excommunicat. in communic. & in principio dicuntur factæ vsque ad annum, quia adhuc nouus princeps censetur, l. cùm quid, si cer. pe. dixi in §. 2. glo. 3. suprà de rescrip.

Donatio præsumitur ad importunitatem facta.

12 Et in dubio hæc donatio facta ad postulationem alicuius, censetur facta per importunitatẽ. d. l. j. C. de petit. bono. subla. libro 10. doct. in l. 3. ff. quod quisque iuris. Ludoui. Roma. consi. 436. quod indultum, col. 4. nu. 19. Ias. in l. si testamentum, col. 2. C. de test. Soci. con. 62. visis. col. vl. in 4. vol. ac plenè Hippol. in sing. 6 incipien. in princi. vnde quæ scripsi suprà in tract. de rescrip. & liter. Reg. arti. 2. glo. 3. Alia est importunitas, quæ fit ab adhærentibus principi, & tunc etiam vitiat actum, vt alibi dicam.

Qui nous demandent offices.

GLOSSA II.

Argumentum de beneficijs ad officia secularia procedat.

ERGO petitio officiorum, antequàm vacent, fieri non debet, nec conferri, probatur arg. capitul. 1. de concess. præben. quod loquitur in beneficio: sed bonum est argumentum de beneficijs ad officia. Bar. in l. secunda. §. data. ff. de optio. lega. Lucas de Penna in l. annonas. C. de eroga. militar. anno. libr. 12. refert Ioan. Lupus in repeti. capitu. per vestras. in princip. colum. secunda. de donatio. inter vir. & vxor. Etiam quia hîc expressum est: quia non potest dari id quod non est. Et aliæ rationes etiam habent locum, quæ in beneficijs conscribuntur in d. c. j. quas scripsi in praxi beneficiali.

Imò nec debent promitti officia antequàm vacẽt. c. 2. de concess. præbẽ. quia prohibita concessione censetur prohibitum omne id, per quod ad illam peruenitur. l. oratio. ff. de desponsat. de hoc abundè scripsi in procem. concordat. in verb. alieni fati.

Benefices.

GLOSSA III.

Beneficia ante vacationẽ quare non conceduntur.

EST SIC quis non debet promittere, nec concedere beneficiũ antequam vacet, alioqui ecclesiastica communione pellendus est, c. j. de concess. præbend. Ratio est, quia beneficia perpetuò debent teneri ab eo, cui collata sunt. Et non est quis sine causa suo priuandus beneficio. c. satis peruersum. 56. distinc. c. inutumẽ. 16. quæsti. 7. Ideo beneficium tuum non est alteri conferendum, antequàm eo priuatus fueris, alioqui oportet priuare eum, qui illud habet.

Secundò, inducitur votum captandæ mortis: ipsis etiam gentibus exosum. d. c. 2. de concess. præbend.

Tertiò, ad tollendum vitium ambitionis, & cupiditatis, c. quia in tantum, de præbend. & sicut is qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris altaribus est remouendus: sic qui vltrò ambit, vel importunus se ingerit, est proculdubio repellendus. c. sicut. j. q. 6. verùm quia amplissimè tractaui conscribendo regulam cum ampliati & limita. in praxi beneficiali, & pœnas, ideo ibi qui libet videre poterit, nec repetam hîc.

Eschoit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eschoites.

GLOSSA IIII.

Caduca ante declarationem dari non debent.

ESchoites, Latinè caduca dici possunt: & dicunt illa, quæ ceciderunt, fortè in cõmissum, vel alio modo confiscata Reg.sunt. igitur non potest dari illud cõmissum ante declarationem: vt per totum tit.de public.& vestig.etiam caduca vel quasi caduca hîc comprehenduntur, ac prò non scripta.de quibus est tex.in l.vna. C. de caduc.tollend.& Iuuenal.ait Fisco:

Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Declaraui in l.sylua.§.glans caduca.ff.de verb.sign.

Amendes.

GLOSSA V.

Mulcta ante adiudicationẽ peti nõ debet.

MVLCTA(quam emendam dicit tex.in c.dilecto.de sentent. excommunici.lib.6.)non debet dari antequã sit declarata, & Regi adiudicata:vt videre potes art.seq.& de hac mulcta plura essem hîc dicturus, nisi materiam plenè tractassem in l.aliud est mulcta,& in l.si qua pœna.ff.de ver.sig.ibi videri potest.

Confiscations.

GLOSSA VI.

ET SIC bona confiscata Rex dare non debet, antequam sint sibi adiudicata, scilicet per sententiam: sed an sufficiat prima sententia? Respon.non sufficere, si appellatum fuerit, quia per appellationem extinguitur iudicatum.l.1.in fin.ff.ad Turp.& quia potest dici malè iudicatũ, ideo nihil debebitur.l.eos.C.de appell.Ideo non potest dare antequàm sint bona adiudicata per sentẽtiam appellatione non suspensam, vel à qua non possit appellari, vt à senatu. Aliâs donum non valet, nec quidem hodie etiam post declarationem,&adiudicationem: vt habetur in artic.seq.

Auant qu'ilz vacquent, ou qu'ilz soyent crées, ou nous soyent adiugées.

GLOSSA VII.

Confiscata non sunt cõcedẽda ante adiudicationem appellatione non suspensam.

REFERENDA sunt singula singulis:vt dicit gloss.in c. cum singula.de præbend.in 6.

Primò, quòd officia & beneficia non debẽt concedi antequàm vacent, & concessa non valent,d.c.1.de conce.præben. Secũdò, *Ou qu'elles soyent crées*, scilicet *les amendes:* vt emendæ nõ dẽtur antequàm creatæ sint, id est à iudicibus prolatæ & declaratæ, ac impositæ, & Regi adiudicatæ,d.l.aliud.ff.de verb.sig.nam licet quis sciat appellantem perperam appellasse, tamen non debet mulctam petere sexaginta librarum antequàm mulcta fuerit declarata & Regi adiudicata.

Tertiò, *ou nous soyent adiugées*, loquitur de cõfiscatiõibus, vt antequã adiudicatę sint, nõ debebãt dari, etiã si ipso iure bona essẽt cõfiscata, vtpotè per crimẽ lęsę maiestatis, adhuc tamẽ non valebit donũ Regis: nisi bona fuerint per iudices adiudicata.l.quisquis.C.ad l.Iul.maie.& hoc in seq.declaratur.

Nous

Nous en ensuiuant les ordonnances de noz predecesseurs Rois de France, voulons & ordonnons que plus ne soyons trauaillés de telles requestes,& ne donnerons ne cõfererons aucun office, benefice, escheoitte, ou autre chose quelconque auant qu'ilz vacquent ou soyent crées amende & confiscation, auant qu'elles soyent adiugées & declarées à nous appartenir.

GLOSSA OCTAVA.

Mala prouenientia ex cõcessione confiscationis ante quàm sit adiudicata.

HIC ERGO testatur Rex, quòd non conferet officium, vel beneficium, antequàm vacauerit: nec emendam, antequàm creata sit,& adiudicata: nec confiscationem, aut commissum, antequàm sit declaratum & adiudicatum. Et vtinam bene seruaretur. nam multa mala ex hoc præmaturo dono oriuntur.

Primò, ex hoc dono potest suboriri corruptio iudicum. nam quãdo Rex dederit confiscationem alicuius antequàm sit declarata pars, cui est cõcessa, iudices quos vult, impetrare conatur ad declarandum sibi dictam confiscationem deberi:& omnes præmiis, saltẽ multis promissionibus corrumpere potest,& eos omnes in maximam dignitatem venire,& in gratiã principis profitetur, si ista iudices fecerint, contra l.1.& authent.ibi positam.C. de pœna iudi.qui malè iudica.

Secũdò corrũpũtur testes, vt falsum deponãt testimoniũ cõtra istũ, cuius bona cõfiscata esse prætẽdũtur.c.licet.de probatio.vel saltẽ hoc potest fieri.

Tertiò violatur iustitia: nam princeps, qui dedit confiscationẽ, putat hoc verum esse,& instanter solicitat iudices, vt sic pronũcient, bona fide tamen existimans verum esse. Et sic iudices putantes principi complacere, laxant interdum aliquid de conscientia, vel laxare possunt,& inspicimus quod euenire potest.l.si quis domum.in fi.ff.loca.

Quartò mortis alienæ occasio præbetur per fas vel nefas: vt habetur in l. 2.§.initium.ff.de orig.iur.

Quintò infamia generatur erga bonos, qui in carceribus detinentur longo tempore,& posteà innocentes inueniuntur:& iudices non audent eos liberare, ne agãt contra delatores,& ne principi displiceãt seu adhærẽtibus.

Sextò ex hoc multi in paupertatem & mendicitatem rediguntur, in authen.vt differen.iudi.§.1.colla.9.

Septimò explentur vindictæ magnorum dominorum, qui cùm non possunt aliter torquere homines, saltem petent confiscationem bonorum, & ex musca facient Elephantum:& datur materia delinquendi & vindicandi, contra l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pact.

Octauò, inter partes tantæ & tales oriuntur inimicitiæ, vt sæpius durante processu vna pars alteram occidat: vt interdum visum fuit.

Nonò, quia hi interdum impensis Regis, vel capti lites prosequuntur, ob id non verentur etiam iniustè prosequi: quod non fieret, si ad expensas, damna & interesse condemnarentur, & interdum ad talionis pœnam: alia infinita mala venire possunt, quæ exprimere non audeo: ob id Rex fatetur se non daturum, antequam bona sint ipsi adiudicata.

Et voulons que si par importunité, ou inaduertãce nous faisons, ou auiõs fait le contraire. que le don ou collation qu'en auriõs fait, ou ferions, soit nul & de nulle valeur.

GLOS

Universidad de Deusto
Biblioteca

GLOSSA VLTIMA.

HACTENVS prohibuit donum: nunc verò ſtatuit quòd ſi per importunitatem,vel aliâs fuerit factũ,vt donatio cõtra præmiſſa non valeat, & nullius ſit momenti. Et idem ſtatuit Ludo. 11.anno 1467.vt eſt in ſtylo Parlamen. Aufre.in rubr.de conceſſ.beneficij.vel officij non vacantis,in hęc verba:Statuimus & ordinamus quòd de cætero aliquod ex officijs noſtris non conferemus: niſi vacet per mortẽ,aut reſignationẽ ſpontè factam de conſenſu reſignantis,de qua prius conſtabit:vel per forfacturam primitus iudicatã & declaratã ſecundum iuſtitiæ terminos per iudicem competẽtem,de qua ſimiliter apparebit. Quod ſi per inaduertentiã, aut requirentis importunitatem cõtrarium fecerimus: id nunc prout ex tũc reuocamus,& annullamus:quodq; literæ nõ cõficiantur,vel expediantur:& ſi factæ fuerint,illis vel aliis quibuſcunq; ſuper hoc à nobis obtinẽdis fides non adhibeatur:nec propterea aliquis ab eius officio deſtituatur, nec in eodẽ inquieretur. & in rub. de reſcri.ordinatio.2c.ibidẽ & ſic conceſsio Regis Franciæ cõtra ſuam pronuntiationem eſt nulla,quia præſumitur circumuentus. Bal.ſunt verba in c.cùm olim.col.3. de re iudica.

Officiũ Regium ſi nõ vacat per reſignationem tenentis nõ eſt cõferendum.

Motu proprio cõceſſio principis non valet.

Hoc tamen limitant doct.ſi fiat hoc donũ motu proprio:quia hoc non fit ad petitionẽ,& importunitatem.doct.in d.l.2.C.de petitio.bonor. ſubl.lib. 10.& doct.in l.3.ff.quod quiſque iur.hæc tamen cõſtitutio etiã videtur comprehendere motum proprium,dum dicit,*ou inaduertence*:etiã quia pars procurabit illã clauſulã in literis apponi. Et eadẽ facilitate qua Rex donat, cõſcribere itidem faciet illam clauſulam, motu proprio, de qua plura ſcripſi in gloſſ.motu proprio in forma manda.in Concord.& dico in ſeq.limit.

Feuda ancõ cedit ante vacationẽ poſſunt.

Secundò non procedit in feudis,quæ liberè impetrari poſſunt, teſte Bal. in c.audientiam, in fin. de præſcrip. cui non conſentirem, ſi non vacarent. Sed poſtquàm vacant,& reuerſa ſunt ad dominũ,ſic, ca.primo,&2. defeu. vnde dicit Imperator his verbis in l.fi.C.de loca.prædior.ciuili.libro 11. Apertè enim hoc definimus edicto,vt à perpetuario nunquam poſſeſsio trãſferatur:etiam ſi alteri eam Imperator exoratus,vel ſpõtè donauerit, ſiue annotatione,ſiue pragmatica, &c. Et ibi diſputat Lucas de donatione facta à Rege duobus,vter præferatur.

Fiſcalia bona nulli ſũt cõcedenda.

Item aduertendum eſt, quòd bona principis ſunt in duplici differẽtia, vt dicit d.Lucas de Penna in l.quæcũque.C. de omni agro deſer. libro 11.quædam ſunt fiſcalia,quæ ad ſuſtinẽda reipub. onera illi ſunt conceſſa, vt Auri fodinæ,Salinæ,portoria,& alia quæ ſcribuntur in rubri. quæ ſunt Regal. in feud.& iſta nulli ſunt concedenda:periret enim paulatim Regnum, ſeu Imperium,ſi iſta concederentur,glo.in verb.conferens.in fi.§.j.in authen.quomod.oport.epiſc.iudic.colla.2.& c.monemus.12.quæſtio.2.c.intellecto. de iureiur.ſcripſi in l.bonorum.j.de verbo.ſigni.

Patrimonialia Regis nõ ſunt cõcedenda.

Alia ſunt bona patrimonialia principis,quæ ad vſum principis deputata ſunt:& iſta etiam non poſſunt alienari ſine cauſa, & iuſſu principis.l. idem Iulianus.§.fi.ff.de leg.j.Barba.in rub.de rebus eccleſ. non alienand. coll.5. Si tamẽ aliqua bona ex crimine perduelliõis,vel homicidij fuerint cõfiſcata,vel alia ex cauſa,illa dicũtur patrimonialia principis,l.3.C.de bonis vac. libro x.& l.ij.de feud. patrimonial. lib. xj. quod eſt verum, ſi fuerint incorporata,

porata & inſcripta legitimè fiſco,& poſt confiſcationem,aliàs non:vt patet in rubric.de bon.vacan.& incorpor.lib.10.C.&neceſſe eſt vt iſtæ res in fiſcũ peruenerint:alioqui patrimonialia eſſe non poſſunt.

Confiſcata bona poſt incorporationem non poterunt dari.

Ideo poterit ſtatim poſt confiſcationem declaratam,& ante incorporationem Rex illa bona donare,vel in alium transferre, ſicut & quilibet priuatus:dummodo à Regno non eximat.l.hi quibus.C.de fund. patrimonial. lib.11.arg.cap.abbate ſanè.de re iudica.in 6.& feuda & antiqua poſſunt alienari etiam ab eccleſia, capitul.primo,& 2.de feud.niſi dictum fuiſſet ſententia,quòd illa bona incorporamus & vnimus:tunc erunt patrimonialia, vt ſæpius vidi fieri.

Limitãtur Regia dona à magiſtris computorũ.

Hodie oportet tenere non valere donationem,niſi propria manu Rex ſignauerit conceſsionem bonorum immobilium exiſtentium in patria pacifica. Secus ſi in infinibus Regni, bellum geritur:& vult Rex, quòd dum omnia ſolennia interuenerint in donatione, tamen nunquam recipiatur à gentibus computorum,vel à Theſaurariis,niſi pro dimidia parte. Ita eſt ſtatutum in rub. *De la iuriſdiction des chambres des comtes*,ordin.3.arti.7.& ſeq.

Francoys par la grace de Dieu Roy de France.

Articulus ſecũdus.

GLOSSA I.

Rex quare gratia Dei Rex dicatur.

REX Franciſcus perſonam boni Chriſticolæ gerens dicit ſe Franciæ Regem gratia Dei. Nam licet hoc regnum ſucceſsione deferatur, gratia tamen Dei eſt,cùm alicui obuenit: vt habetur 1.ad Corinth.15.in princip.Gratia autem Dei ſum, id quod ſum,quia Deus potuit auferre,vel morte,vel permittere vt alius regnum occuparet. Ideo Deus ſponte ſua videtur relinquere,& dare ei, à quo non aufert, cùm poſsit.argu.text.in l.proficiuntur.in princip.ff.de iure codicill.l.prima.§.ſciendum.de lega.3.Solent ſupremi principes in terris nullũ ſuperiorem recognoſcentes in temporalibus hac phraſi vti, Gratia Dei, vel diuina gratia,ſeu clemenria:vt denotent, quòd à Deo immediatè regnum,vel imperium habeant,non ab aliquo alio,& vulgò ſolent dicere ſe Regnum vel imperium tenere *de Dieu & de leſpée*.& ſic Rex cùm nullum in temporalibus in mundo recognoſcat,vt in capitu. per venerabilem. qui filij ſint legit.iuſtè ſcribit ſe Regem gratia Dei.

Inferiores non dicant ſe ſimpliciter duces,vel tales gratia Dei.

Illi verò qui aliquem recognoſcunt in ſuperiorem,non ſolent ac phraſi vti,licet iura imperij habeant,ſed ſimpliciter ſe ſolent dicere duces, vel comites,vt Carolus Dux Sabaudiæ.&c.Franciſcus Dux Mediolani.item epiſcopi in ſuis literis ſolent vtrunque addere ſic,Ioannes miſeratione diuina ac ſanctæ ſedis apoſtolicæ gratia epiſcopus,non ſimpliciter Dei gratia. Alioqui viderentur velle denegare ſedem apoſtolicam,cui iurauerunt,& à qua epiſcopatus receperunt.ca.ego N.de iureiur.

Imò ſi dux Sabaudię vel alius recognoſcẽs Imperatorẽ,vel Regẽ,diceret ſe ducẽ gratia Dei,poſſet cogi vt in literis adderet,& Imperatoris,vel Regis gratia,à quo immediatè habet,ſicut faciunt dicti epiſcopi. Alioqui tãquam ingratus eſſet priuandus,cùm nollet recognoſcere ſuum immediatum dominum §. vaſallus. 1. ſi de feudo contentio ſit inter domi. & agnat.vaſal.doc.in c.cæterũ.de iud.Carol.de graſſalio.in trac.Regalũ,lib.1.in 9.iur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tous ceux qui ces presentes lettres verront salut.

GLOSSA II.

SALVTAT hîc Rex omnes, qui literas has & ordinationes videbunt. Et iste est mos & stylus etiam Papæ in scribendo, & aliorum principum, ac episcoporum: nisi in certis casibus. qui stylus si non seruaretur, literæ essent suspectæ, per cap. licet. & cap. quam graui. de crimi. fals. cap. ex literis. de consti. vide quæ scripsi in proœmio concordator. Et de quo profit hæc salutatio in forma manda. in Verb. salutem.

Comme par cy deuant ayent esté faites par noz predecesseurs, & nous, plusieurs ordonnances contenans.

GLOSSA III.

AN SVCCESSOR teneatur seruare ordinationes sui prædecessoris, vide Iacob. Rebuffi in l. semel. C. de apoch. public. lib. 10. & ibi in additio. & quæ scripsi in præfatio. ad rubric. de collat. in concord.

Inducî debet allegata constitutio.

Ex hoc text. patet, quòd dum allegatur cõstitutio, oportet quòd inducatur, nec sufficit adducere legem, nisi ad hoc expresse inducatur, nisi esset ad hoc expressa. l. non solum. §. qui primipilum. ff. de excusatio. tutor. text. in l. pronunciatio. §. 1. vbi plenè scripsi. ff. de verbo. signifi. & quomodo iura sint alleganda, abunde scripsi in proœm. concord. in verb. iura citare.

Que toutes confiscations, & forfactures seront appliquées à nous, & à nostre fisque.

GLOSSA IIII.

DE FISCO scribunt doct. in rub. de iure fisci, lib. 10. C. & scripsi in l. inter publica. ff. verb. signi.

Pour la tuition & defense de nostre Royaume & administration d'icelluy, & dautant soulager nostre peuple, & subiectz.

GLOSSA V.

Quare bona fisco addicantur.

ECCE igitur quare inuentum sit, vt bona applicarentur fisco. Primò, vt principes tuerentur rempubl. & eam defenderent ab inimicis, quam totis vt aiunt, neruis protegere habent, alioqui exactam Deo rationem sunt reddituri.

Secundò pro administratione, vt negotia Regni fiant, & administrentur pecunia confiscationis.

Tertiò vt oneribus subleuetur populus: ergo ista bona frequenter dare non potest, alioqui populus leuaretur oneribus.

Vectigalia cur inuenta

Item vectigalia fuerunt postea inuenta: quia viæ & alia loca publica negligebantur. ideo fuit vni concessum, videlicet principi: vt quicquã reciperet id q; ad instructiones pontiũ, viarũ, & locorum publicorũ exponeret, & pro defensione fidei, ac patriæ, & aliis iustis causis. Et qui hoc vectigal recipit, ad ista tenetur, alioqui ad satisfactionẽ, teste Host. in summa de censi. §. ex quibus causis,

bus causis. versi. siue causa. quem sequitur Guido Papæ consil. lxv. viso themate. col. j.

Et si verũ esset istas cõfiscationes datas esse principi ob causas precedentes vt illi aiunt, non liceret eas ad alias causas dare: & si daret, & ex hoc grauetur populus, peccaret: nisi esset causa iusta cõcedendi, vtpote propter remunerãtionem. c. cum ex officiis. de testa. l. si pater. ff. de dona. Ideo potentes si his non satisfacerent, potenter torquerentur, post illam vocem emissam: Ite maladicti in ignem æternum.

En consideration dequoy par noz letres patentes données à Fõtaine Françoise, & le xxij iour de Septembre 1535. voulans de plus en plus, oster toute occasion d'estre importunez de telles demãdes, requestes & poursuites, aurions icelles confiscations, amendes, forfaitures & autres deniers casuelz à nous aduenans, destinez & voulu estre appliquez à la fortification, emparemens, & reparations des places fortes frontieres de nostre royaume, jusques à six ans l'ors ensuyuans.

GLOSSA VI.

Bona confiscationũ reparatiõibus publicis seruire debent

ECCE bonam constitutionẽ, vt pecunia, vel bona quę ex confiscationibus proueniũt, & alio quouis casu, statuit vt sint addicta reparationibus publicis, & præcipuè ad reparationes castrorum in limitibus regni constitutorum, & sic quod ad certam speciem ciuitati vel fisco datur, in alios vsus conuertere non licet. l. j. ff. de administ. rer. ad ciui. pert. & legatam municipio pecuniam, in aliam rem quàm defunctus voluit, conuertere non licet. legatum. Ibidem & in cle. quia contingit. de relig. do. & semel Deo dicatum, non est ad vsus humanos transferendum. reg. semel. de regul. iur. in vj. & qui prædia diuinis vsibus tradita, humanis vsibus applicant, Deo cui tradita sunt ea subtrahunt: ideo vt sacrilegi iudicentur, ait c. prædia. & c. nulli. xij. quæstio. ij. quare Rex voluit, vt istæ confiscationes ad illos vsus deuenirent, ad quos fuerunt institutæ, &c.

Ceste derniere ordonnance toutesfoys par la grãde instance, importunité & inciuilité des requerans a esté aussi peu gardée, que les precedentes.

GLOSSA VII.

Importunitas facit vt constitutiones non seruentur.

IMPORTVNITAS ergo facit, vt constitutiones editæ non seruentur. De multiplici importunitate scripsi in artic. j. vnde Imperator scribit in §. hinc nobis. in authen. vt omnes obed. iud. Prouin. coll. v. Hinc nobis multitudo plurima est interpellantium quotidie, & crebrò in talibus causis inquietamus paruarum gratia occasionum, & ipsi multas sustinentes importunitates & videntes plurimam quidem multitudinem virorum, plurimarúmque mulierum ex propriis locis agitatam: & ad hanc venientes felicissimam ciuitatem. quorum plurimi etiam mendicantes, & afflicti hoc agunt, interdum quoque hîc moriuntur, &c.

Constitutiones S. Lud. debent renouari.

Ex hoc habemus, quòd constitutiones bonæ per abusum non seruatę, debent reintegrari & confirmari. l. j. vbi Bar. de fund. limitr. lib. xj. C. & ibi patruus meus magnus sic ait, Facit pro statutis sancti Ludouici Regis Francorum, vt debeant confirmari, & obseruari non obstante abusu curialium, & quòd non fuerint obseruata. nam principes in Regno succedentes debent ea facere obseruari: sicut petitum fuit pluries per ciuitates, comites & Barones, vt per principem renouarentur.

Sauoir vous faisons à ces causes, & autres bõnes & grãdes cõsideratiõs qui nous ont meu & meuuent, desirans de nostre cœur & affection la conseruatiõ & augmẽtatiõ du corps politique de noz Royaume, pays & seigneuries de nostre pays & obeissance, & extirper toutes choser à ce contraires, ayus deliberé & cõclud pour chose certaine, & du tout arreste ne faire do resnauãt aucun dõ ou octroy desdites cõfiscations, amẽdes & autres biẽs quelcõques à vaquer ne vacans par forfaiture à personage quelconques.

GLOSSA VIII.

CONCLVDIT ergo mulctas, & confiscationes nulli se daturum sed suis vsibus applicaturum: factúmne sit, aliis relinquo.

De quelque estat, qualité & condition qu'il puisse estre.

GLOSSA IX.

Clausula eunsque status, Cardinales, Reges & Reginas comprehendit.

HAEC verba cuiuscunque status, qualitatis & cõditionis, comprehendunt tam clericos quàm laicos: siue homines sint in potestate, siue sui iuris. gl. sing. in l. promittendo. in gl. ij. ff. de iure dotium. Et licet illa gl. dicat nõ comprehendi minores tamẽ in hoc text. puto etiam comprehendi per hæc verba generalia, & per superiora, ibi, *personage quelconque*, licet interdum non comprehendantur pro materia, vt ibidem dicitur.

Et ideo non valeret donatio facta clericis etiam cardinalibus, licet regulariter non contineantur, non facta mentione illorum. c. j. de schism. in vj. scripsi in §. si quis verò. de colla. in concord. & Alex. consi. cxxiij. scripsit. col. iij. nu. 16. in iiij. vol. dicit tunc comprehendi clericos, quando hęc clausula ponitur ab eo, qui habent potestatem statuendi supra clericos: verùm quia Cardinales, cò quòd tales sunt, non sunt extra ambitionem, ob id multa petere possent, & obtinere, ideo hîc comprehenduntur. Et vtinam peterent multi à Deo se meliores fieri, quod his melius & conducibilius esset.

Idem si facta sit mulieribus donatio talis: quia ista verba etiam continent mulieres, cùm magis sint importunę, quàm viri, vt patet in euang. Die vt sedeant duo filij mei, &c. in auth. vt omnes obed. iud. prouin. § hinc nobis colla. v.

Etiam comprehendit Reges & Reginas. glo. sing in cle. j. inverb. quibuscunque. de iud. secundum Barba. consi. xxiij. sapientissimus. col. ij. & consil. xxxvj. sapienter. in ij. vol. & consi. lxxxviij. illud col. iij. & seq. in iij. vol.

Itẽ continet tã liberos quã seruos, per tex. in l. postliminiũ. § fi. ff. de capti.

Item

Item coniunctos & affines, vt consuluit Barb. d. consi. xxiij. col. iiij. nu. 14. in ij. vol. & quia in istis est maior importunitas, & hic omnem importunitatem tollere vult quam non potest adimere, si consanguineis & affinibus concedat, & rationes superiores habent etiam in his locum.

Atque adeò in omni persona procedit, siue priuata, siue militari, siue sacerdotali, siue imperiali, siue alterius cuiuslibet dignitatis, aut status. Communem namque legem omnibus hominibus imponit hæc lex, vt dicit Imperator in §. fi. in authen. de hær. & falcid. colla. j. Iaſ. in l. ij. §. prætor. col. ij. & seq. ff. qui satisd. cog. & quia reipu. est vtile, ob id debet extendi. l. si quis. §. vtrum. ff. de senatusconſ. Sylla.

Soit au parauant, ou apres la condemnation des deferez, & accusez: declaration, ou adiudication desdites amendes & confiscations.

GLOSSA X.

Confiscatio etiam post condemnationem concedi nõ debet.

PROHIBET hîc vltra ius, videlicet vt non valeat donatio confiscationis, siue ante condemnationem, siue post, etiam post declarationẽ, & adiudicationẽ. Ratio est: quia si detur ante condemnationem, tunc votum captandę mortis inducitur. vt in cap. ij. de conceſſ. præben. vt alia quæ scripsi suprà artic. j.

Delatores qui.

Item iste tex. loquitur de delatoribus: delatores autem sunt qui inuidia produnt alios. c. delatori. v. q. vj. de hoc plenè scripsi in l. delata. ff. de verb. signific.

Auons par edict perpetuel & irreuocable inhibé & defendu inhibons & defendons à tous noz subiets de non demander, requerir, ou importuner par eux, ne par autres.

GLOSSA XI.

Petitio bonorum confiscatorum hic prohibetur.

PROHIBET hîc ne fiat petitio, & sic nec donatio: quia prohibito vno, censetur id omne esse prohibitum, per quod peruenitur ad illud, vt si prohibentur nuptiæ, & prohibita intelliguntur sponsalia, per quæ ad nuptias peruenimus, & matrimonium. l. oratio. ff. de sponsal.

Item prohibet petere per se, & per alios: nam qui per alium petit, perinde est ac si ipse peteret, per reg. iur. & potest quis petere per alium minus fauorabilem, vt si magister militum velit petere, non petet per se, sed per alium. Et iste est mox curialium, & ille minus fauorabilis etiam petere non debet, per istum tex. & si Rex concedat, non valet.

Interdum quis petit per eum, cui magis fauebit princeps. Et tunc est maior importunitas, vt dixi artic. j. suprà eo. vide text. in c. sex differentiæ. in fi. xxiij. q. iij.

En quelque maniere que ce soit.

GLOSSA XII.

ET SIC quocunque modo fiat petitio, non valet, vt hîc patet. & tex. in l. j C. de fun. limitr. libro xj ibi: amouentes quicquid vel potentia cuiuscunque elicuit, vel furtiua deprecato, addentes nihilominus in futurum nulli licere aduersus vtilem

Universidad de Deusto Biblioteca

Sectores qui.

vetuſtatem,& præſentem legem noſtram importuna & reſpuenda repoſcere. Et hoc vocat ſectores Budæus in foren. qui ante adiudicationem petunt.

Conceſſa cuialibus præſumuntur ex tortiper importunitatem.

Si ergo princeps motu proprio conceſſerit,& ex certa ſcientia, videtur valere. quia hic prohibet petere, ſed non motu proprio concedi. d.l.j C. de petitio. bonor. ſub.l.ij.quod quiſque iuris.Et ſi hæc donatio fiat præſenti, & in curia reſidenti, non præſumitur motu proprio, nec ex certa ſcientia,ſed ex importunitate,& ſuaſione.Bal.in c. cùm adeò.in fi.de reſcr. vbi Barba.dicit eſſe notandum contra reſcripta & priuilegia, quæ quotidie conceduntur illis qui aſsiduè verſantur in curia, vt tunc non præſumatur in principe liberalitas, ſed importunitas impetrantis. Ideo illa reſcripta non valebunt. Sed ſi aliquis petierit, & faciat addere clauſulam motu proprio conceſſum, adhuc non valebit, ne fiat fraus huic conſtitutioni: vt dixi ſuprà artic.j.

De leur en faire donner conceſsion quelconque.

GLOSSA XIII.

Petitio ad fiſci vel eccleſiæ vtilitatem, non prohibetur.

PROHIBETVR hîc ne quis petat ſibi donari, vel concedi. Si ergo peteretur ad vtilitatem fiſci vel eccleſiæ, applicari & adiudicari non prohibetur, imò conceditur: quia prohibitum in vno,in altero videtur conceſſum.l.cùm prætor. ff de iudic.c.nonnc, de præſumptio.

Et neantmoins, par l'aduis d'aucuns princes & ſeigneurs de noſtre ſang, & gens de noſtre conſeil priué,auons ſtatué & ordonné, ſtatuons & ordonnons:par meſme edict voulons & nous plaiſt que ſi par importunité, ſurprinſe,deguiſement,ou autrement en quelque forme & maniere que ce ſoit telz vous eſtoyent par nous accordez,fait & ottroyés,& par noz ſecretaires ſignés,& expediés en forme,ſéellés:il ſoyent neantmoins declarés nuz, Et lequelz des maintenant.

GLOSSA XIIII.

Facta cum conſilio ad beatitudinẽ tendunt.

STATVIT hîc de conſilio principium,procerum,& aliorum & dubium non eſt omnia omnino, quæ conſilio rectè geruntur,iure meritoque, effectu, & firmitate niti.l. dubium.C. de repub.bene enim(ait Imperator)Cognoſcimus,quòd cum veſtro conſilio fuerit ordinatum, id ad beatudinem noſtri imperij, & ad noſtram gloriam redundare.l. humanum. in fin.C. de legib. multas ſcripſi conſilij vtilitates in ſcholaſtic. priuileg. & in interpret. authen. habita. C. ne filius pro patr.

Comme pour lors declairons par ces preſentes nulz & de nul effect.

GLOS

GLOSSA XV.

Clauſulaex nunc prout ex tũc quid operetur.

IDEM eſt dicere,declaramus tales donationes,quę deinceps fient,nullas,& nunc,prout ex tunc:de qua phraſi eſt glo.in cle. vna.de conceſſ. præb. & in cle.j. de iure patr. Felyn. docet in cap.licet.nota ſexto.de prob. Guido Pap. in deciſi.688. clericus & in reg.cancell.xxxij.Dec.cõſ.405.& Barb.conſi.lxiiij.col. viij. in iiij. vol.& Gomeſ.in §.rurſus.col.ix.de act.in inſtit.Iac.in l.j.in fi.de pact.glo.in pragm.ſang.§.vt verò prout.de colla.dixi in j.Tomo conſti. Regiar. & hæc eſt prima pœna.

Inuito dãte fiũt quæ per importunitatem cõceduntur.

Ratio eſt:quia ea, quæ per importunitatem conceduntur, videntur fieri inuito dante:ergo nulla tanquàm coacta.c.audacter.viij.q.j.vbi glo.text. in l.ſi priuatus.ff.qui & à quib.

Cauſæ tres quibus promiſsis non ſtamus.

Et generaliter tres ſunt cauſæ,ob quas promiſsis non ſtamus,aut animo fallendi:vel quia poſteà nos pœnitet: ſeu certè volenti præſtare, quod promiſit, deeſt facultas. Prima, eſt malæ voluntatis: Secunda, infirmi iudicij: Tertia,inopiæ facultatis: hæc omnia minimè Deo conueniunt, qui ob bonitatem non decipit,ob ſtabilitatem non retractat,ob potentiam imperfectam non relinquit.hæc Volaterr.lib.xxviij.c.de veritate.

Et les impetrans,& tous autres qui s'en voudront ayder indignes & incapables non ſeulement deſdits dons,mais de toute autre munificence,& liberalité qu'ilz porroyent attendre & eſperer de nous.

GLOSSA XVI.

Impetrãtes ſunt inhabiles cuius debet fieri mẽtio.

SECVNDA pœna hîc adiicitur, quòd impetrantes ſunt inhabiles ad obtinẽdum aliud donum, & munificentiam Regiã: ergo ſi aliquis impetrauerit primum donum, non valet poſteà ſecundũ impetrare,& ſi impetret non valebit.Imò ſi eſſent derogationes in ſecunda conceſsione,non tamen valebit: niſi fuerit facta expreſsio illius indignitatis & incapacitatis & inhabilitatis, per ea quæ not. Fely.in c.in noſtra.de reſcri.Et ego ſcripſi in gl.pro expreſsis,in form. mãd. in Concor.& multa dona Regia vidi in curia annullari inſtãte procuratore Regio,& allegante hunc ſecundum impetrantem inhabilem.de qua inhabilitate in literis non erat facta mentio.quod eſt notandum.

Voulons & nous plaiſt que contre ceux ſoit procedé,comme infracteurs & violateurs de noz ordonnances.

GLOSSA XVII.

Violatores legum quomodo punĩãtur.

CONTRA violatores legum proceditur. Primò ad periuriũ quia ſunt periuri: quia iurauerunt in principio officij eas ordinationes ſeruare, vt habetur ſuper rubr. *des ſermens.* Et periurus eſt priuandus ſaltem officio, vel beneficio. l. pe. C. de dig.lib.xj.c.ij.de reſcrip.ſcripſi in tract.de pacific.poſſ.in iiij.limit.nu. 223.

Secundò, violatores canonum voluntariè à ſanctis patribus iudicantur, & à ſancto ſpiritu(inſtinctu cuius ac dono dicati ſunt)damnantur:quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

blasphemare spiritum sanctum non incongruè videtur.c. violatores. 25. q.j.

Non seruãs legem Regiam punitur.

Tertiò scribitur primo Esdræ c.vij.in fi. Omnis qui non fecerit legẽ Regis,diligenter iudicium erit de eo:siue in morte,siue in exilium,siue in condemnationem substantiæ eius, vel certè in carcerem. Alias pœnas scripsi in tract:nominatio.q.xix.ibi videre quilibet poterit,ne plura.

Et neantmoins defendons expressément à nostre tresamé,& feal Chancellier.

GLOSSA XVIII.

Cancellarius Regis dono nõ debet consentire.

PROHIBET Cancellario ne consentiat huic donationi. Quomodo potest resistere,si Rex consenserit? Respon. nõ debet sigillum illis literis impartiri,sed Regi ostendere tam suam legem quàm rationes:ob quas fuit inuenta confiscatio, & prohibitionem: & hoc modo non consentiet illi dono, sed expectabit secundam iussionem Regis.

Et aux secretaires de noz finances. Et commandons respectiuement de n'expedier ne seeller telz dons & octroys.

GLOSSA XIX.

Secretarij dona Regia signare nõ debent.

ITEM auricularij, siue silentiarij, vel secretarij non debent etiam concessionem expedire, nec debent signa eorum inscribere in dictis literis doni,vel concessionis confiscationis.

Et à nostre procureur general,de ne les consentir n'y accorder.

GLOSSA XX.

Procurator Regius opponit cõtra literas doni Regij.

SED melius esset mandare parlamentis singulis,quòd has literas non comprobarent,sed nullas pronunciarent. Et quòd camera computorũ omnino has donationes recusaret. Et tutius esset,quia omnia hodie fiunt per amicos,& pecunias,& maximè apud Curiales. Sed procurator Regius debet impedire, ne literæ approbentur, alioqui puniri debet, vt hîc. Et quando præsentantur literæ,is debet se opponere dicens,Regem fuisse circumuentum:vt dicit Bald. in c. cùm olim.de re iudic.

Ains leur enioingnons les empescher,impugner,& debatre encores que par les letres d'iceux lon fust expressement releué de la presente ordonnance en quelque clause derogatoire,ou derogatoire de la derogatoire qui soit inseree ausdites letres.

GLOSSA XXI.

Clausulæ derogatoriæ etiam princeps derogat.

ET SIC annullat concessionem, etiam si in ea esset clausula derogatoria huius ordinationis. Sed nónne princeps posset derogare ex causa huic constitutioni? Bart. in l. si quis. in prin. ff. de leg. iij. dicit posse: dummodo derogauerit expressè huic clausulæ derogatoriæ.Idem tenet Vicen.Hercula.in l. si mihi.§. in legatis.

gatis.col.iij.& seq.de leg.j.ff.& Socyn.consi.lxiij.col.ij.in iij.vol.& de Ripa in c.j.nu.80.de rescrip.scripsi in d.l.si quis.in additio.ad illam legem.

Item mandat procuratori Regio, quòd has literas impugnet tanquam supreptitias, & obreptitias,ac ciuiles, & non consentiat approbationi illorum.ita habetur hic,& in l.j.C. de fundo patrimonial. lib. xj. quia fallendo conscientiam principis,obtinuit.l.fi.C.de his qui à non dom.manumitt. facit text.in l.fi.C.de loca.prædior.ciuil.lib.xj.ibi,cui si fortè contra perpetuarium vir illustris comes priuatarum rerum allegabitur acquiescet,& de proprio ipse centum libras auri,& alias centum fisci iuribus in palatinum cogatur inferre officium.vide ibi pœnam quam subibit procurator Regis.

Noz letres patentes dessus dattees en ce qui reste à eschoir desdits si ans, pour le regart des autres parties casuelles icy declarees demourans en leur force & vertu.

GLOSSA VLTIMA.

NON reuocabat literas, quibus cautum erat vt ad reparationes conuerterentur intra sex annos, sed cùm sint elapsi, superest tantùm hîc, vt concessiones confiscationum non valeant: siue datæ sint ante condemnationem, vel post: etiam non valent post declarationem factam:per istũ text.nisi vt superius dixi.vide Boer. in q.lxiiij.& seq.

Vxor de dono Regio marito facto an possit cõtra quæstũ habere.

Item vidi dubitari, an vxor habebit dimidiam partem ratione conquæstuum (qui pro media diuiduntur, & lucrantur de consuetudine inter virum & vxorem) de dono facto marito à rege? Respond. habebit, si fuerit factum marito & hæredibus. Secus si marito & eius masculis, per ea quæ doct.scribunt in l.ex facto.§.fina.ff.ad trebel.& in l.Gallus.§.etiam à parente.de liber.& posth.

Item nihil habebit vxor,si detur marito & suis hæredibus ex suo corpore descendentibus,quia vxor non descendit de corpore mariti, vt doct.not.in d.l.ex facto,in §.j.

De donatione per Regem facta Rex suscipit defensionem.

Et si Rex donauerit Titio, & suis hæredibus, eis deficientibus ad Regẽ reuertetur,sicut dos soluto matrimonio sine liberis,per totum titu.ff. & C. soluto matrimo.

Etiam si Rex donauerit Titio & filio suo masculo: si Titius plures procreauit,succedent pro virili,licet Rex singulariter locutus fuerit.l.j.§. item hoc.ff.quod falso tuto.author.gest.l.singularia.in fi.si cert.pet.

Item Rex in rebus iure donatis euictionem suscipit: vt aliâs fuit iudicatum in curia,licet regulariter donans de euictione non teneatur.l. Aristo.ff. de donatio.l.ad res.de ædilit.edit. Sed voluntariè Rex suscipit defensionẽ, nisi donatio factâ sit propter benemerita: nam tunc defensionem suscipere tenetur,quia non est simplex donatio,sed genus quoddam permutationis. l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de pretio.hæred.

Promissiones principũ quales.

Hodie principum & dominorum promissiones Charetis pollicitationes quidam existimant. hunc enim Charetem domini & Pontifices

Universidad de Deusto
Biblioteca

imitantur, qui omnibus omnia promittunt, neque quicquam recusant, vt saltem à se lætos homines dimittant. Et commodum esset tam ad vitandum importunitatem, quàm petentium inhiationem, vt petenti rarò aut nunquàm daretur: sed in officiis ac beneficiis episcopus, ac Rex suum haberent librum, in quo essent descripti docti, & vtiles reipublicæ, & posteà secundum illorum merita illis conferrent beneficia, vel officia: & fortè non esset malum, vt quicunque officium peteret, aut beneficium, inhabilis esset ad cætera officia seu beneficia, collatio facta illi, non valeret, tunc virtus in pretio esset, nec essent tot malitiosi & importuni, qui diuites nunc sunt, & virtutibus præditi, non ambitiosi negliguntur, & vtinam à Deo diligantur, & illis sufficiet, qui in Trinitate perfecta viuit per secula.
Amen.

TRACTATVS DE DONATIONIBVS ET ALIIS DISPOSITIONIBVS, tutoribus & administratoribus factis, reprobatis.

Des donations & autres dispositions faites aux tuteurs, ou administrateurs reprouees.

Françoys, *artic. cxxxj. des publiées 1539.*
Nous declairons toutes dispositions.

GLOSSA PRIMA.

1 ITEM statuit Imperator Carolus Quintus in ordinatio. apud Brucell. publicatis anno 1549. vbi scribitur: *Que tous dons testamentaires, legations d'entre vifz, ou en cas de mort, faitz par mineurs de vingtcinq ans, des biens immeubles, ou par lesquelz les biens immeubles seroyent chargez de somme d'argent, ou rente à vie, ou perpetuelle, au proffit de leurs curateurs, gardiens & autres leurs administrateurs, ou de leurs enfans, ou au proffit de leurs perastres & marastres, ou de leurs cõcubines seront nulz & de nulle valeur, ordonnans à tous les iuges ainsi le iuger.* *Ordinatio Caroli quinti.*

2 Licet iniuriũ interpretes dicãt dispositionẽ propriè in vltimis voluntatibus dici pro ordinatiõe, & vltima volũtate testatoris, per §. disponat. in auth. de nup. coll. iij. & §. fi. quib. manum. licet. in inst. tamẽ etiã propriè actus inter viuos, vt donationes, acceptilationes, & alij actus liberatorij hîc possunt vocari dispositiones, quia in illis actibus disponitur de bonis, quod probatur in proœ. ff. §. Tertij. & §. illud autem. & in l. j. C. de bonis damnator. *Dispositio generale verbum.*

3 Est enim disponere, vel dispositio, generale verbũ, quod etiã de iure canonico significat collationẽ, præsentationẽ, institutionẽ, & aliã prouisionẽ: vt probat tex. in c. pe. de offi. leg. in vj. Feder. cõsi. cxcv. factũ ita. col. j. Panor. per tex. in c. ij. no. iij. de sepu. scripsi in §. præfatiq; graduati. & §. seq. de colla. in concord. ac in l. hæc verba ille. ff. de verb. sign. & quãuis verbũ dispositio, sit verbũ latum, tamen intelligerẽ hanc ordinationẽ in donationibus tantũ, seu remissionibus, acceptilationibus, vel aliis quibuscunque donationibus factis à minoribus, ad vtilitatẽ tutorũ vel administratorũ, vt non valeant: vt hîc, & sic declarat ordinatio Caroli Quinti, quæ expressius profert, ob id non habet locum in contractibus aliis: vt in seq. glos. dicetur.

4 Ideo poterit tutor possessionem rei sibi debitæ, antequã esset tutor, accipere. l. fistulas. §. j. ff. de contrah. empt. quia agitur de executione alterius cõtractus, & vacuæ possessionis, in quibus non requiritur authoritas præsidis. l. j. C. quando decreto opus non est. Nec videtur minor disponere de suis bonis patiendo tutorem nanciscì possessionem ex præcedẽte contractu, quasi in consequentiam contractus: cui enim permissum est antecedens, scilicet contractus, & consequens, scilicet possessionem adipiscì. l. ad legatum. & l. ad rem. ff. de procur. *Tutor nanciscì possessionem potest rei debitæ sibi antequã esset tutor.*

5 Item poterit sibi soluere, quando debitum esset in pecunia. l. quoties. §. sicut. *Tutor sibi soluere potest debitũ in pecunia.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Apostata. sicut.ff. de adminiſt. tutor. & ſic cenſuit ſenatus Pariſ. pro Petro Seguier, anno 1528.die xiiij.Decembris: ſed ſi res eſſet immobilis, requirerentur ſolennitates poſitæ in l.magis puto.ff.de reb.eor.& in l.ſi prædium.C.de prædiis minor.doct.in l. ſingularia.ff.ſi cert.petat.

An executor teſtamẽtarius poteſt ſibi ipſi ſoluere. Et executor datus in teſtamento poteſt ſibiipſi ſoluere,vt no.Ioan.And. in addit.ad Spec.in tit.de inſtr.edit.§.nunc aliqua. verſicu. xxxix. ſed pone. nec incidit in l. non dubium. C. de leg.Bal.ibi & Pau.hoc refert:& ſequitur Dec.conſi. ccxliij. vt clarior.col. j. in ij.dubio.in regno tamen Franciæ quia hæredes ſunt ſayſiti,debet ab hæredibus executor petere & accipere, vt viſum eſt Senatui pro hæredibus *Charpentier*, contra viduam executricem anno 1534.die v.Maij.& ideo vſus eſt hoc verbo, *declarons*, quia vt dixi iſtæ donationes, à pupillis, tutoribus & aliis adminiſtratoribus factæ, ſunt de iure nullius momenti. Ideo hoc declaratur hîc:& declaratio ius nouum non conſtituit.c.fin.de decim.in vj.

Arreſtum.

D'entre vifz.

GLOSSA II.

Rationes cõſtitutionis prohibentis dona fieri tutoribus. VT donationes, quæ nõ valent factæ tutoribus aut curatoribus: 1
quia authoritatem in illis tutores præbere,tãquàm in re ſua nõ poſſunt.l.j.ff.de autho.tut.Tutor autem datus eſt pupillo,vt eũ tueatur, nõ vt eũ ſpoliet.l.j.ff.de tute.§. tutores. illo tit.in inſt. Secunda ratio propter metum & reuerentiam, quam pupilli habent tempore tutelæ, ob ius tutelæ,ipſius,vel adminiſtrationis:& hîc metus & reuerentia ſufficiunt ad reſciſsionem contractus.text.iuncta glo.in l.j.§.quæ onerandæ.in verb.metu.ff.quar.rer.actio non detur.& tutor plenitudinem poteſtatis habet in pupillo, quia tutela eſt ius & poteſtas in capite libero. §.j. de tutel.in inſtit.Bald.conſi.cccl xxvj.ex his etiam.in v.vol. Tertia ratio eſt: quia aliâs tutores,& alij adminiſtratores ſuos pupillos,& hos quos regerẽt, ſpoliarẽt. vt multi faciunt: licet eos tueri debeãt, & dicerẽtur tollitores & nõ tutores,vt dicit Alber.in l.j.ff.de tutel.facit l.j.de don.inter.vir. & vxor. Quarta,in fauorem minorũ eſt introductum ne decipiantur.l.j.ff. de minor. Et iſtæ donationes non valent,etiã factæ aliis quàm tutoribus:etiam ſi nihil tangant hos adminiſtratores.l.tutor ad vtilitatem.ff.de adminiſt.tut.l. fi.C. ſi maior factus. Nam à iure prohibitæ ſunt : licet non per hanc conſtitutionem.Imò ſi tutor illis præſtiterit authoritatem, tenebitur, per text. in l.j.in princ.ff.de tutel.& ratio.diſtr.vbi addidi,quia donare eſt perdere.l. filiusfa. ff.de dona.

Tutores tollitores.

An acceptilatio à pupillo vel adulto facta tutori vel curatori valeat. Etiã non valebit acceptilatio facta per pupillum tutorꝛ,vel curatori,ſeu 2
alteri adminiſtratori durante tutela:nec quidem ſtatim finita tutela : ſed ex longo interuallo ſecus:quia ceſſat ratio huius tex.arg. l. ſi ventri. in fi.ff. de priuileg. creditor. & l.j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rer. actio non datur. Ibi: & in ſumma ſi incontinẽti impoſitum quid ſit liberto,quod oneret eius libertatem, dicendum eſt exceptioni locum fore. Sed ſi poſt interuallum,habet quidem dubitationem : quia nemo cogebat eum, vt promitteret : & qualitas iuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi. l. in delictis.

delictis.§.j.ff.de noxal.actio.& ne officium ſit alicui damnoſum.l.ſi quis.ff. ſi quis omiſſ. cauſ.teſta. dummodo fieret poſt redditas rationes,& reliqua. Poſſet tamen minor læſus poſteà reſtitui,per l.j.ff.de minorib.

3 Non valeret etiã ceſsio factã tutori,vel curatori:quia donationis vicem plerunq; habet l.pen.& ſeq.C.de mand.dico in tract.de ceſſ.& tranſp.hoc tomo:imò etiã fuit annullata donatio minoris facta tutori,licet poſt donationem minor fuiſſet profeſſus,& bona fuerunt adiudicata legitimis hæredibus per ſenatũ,ann.1512.die xxvij.Maij proſequente Guliermo Choarto.

4 Limitatur hæc ordinatio in cõtractibus,nam poteſt tutor quẽlibet cõtractum cũ pupillo facere palã & bona fide:vnde ipſe tutor nõ prohibetur cõparare ex bonis pupilli.l.cum ipſe.C.de contr.emp.Bar. & alij.in l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.Alex.in l.j. §.fuit quæſitũ.in fi.ad Treb.& iſta eſt cõmunis opinio ſecundũ eos. Et in ſocietate,quod valeat,concludit Socy.conſi.cix. in ij.vol.nam cùm contractus ſit vltrocitroq; obligatorius.l. Labeo. §.contractum.ff.de verb. ſign.& ſic ad vtilitatem vtriuſque contrahentis cedat: igitur de hoc nõ intelligatur tex.hîc,dicẽs *au prouffit de leurs tuteurs.* Nam eo ipſo videtur inuere tex.loqui in donationibus, & non in contractibus oneroſis,probat etiam hæc ordinatio:ibi.*par les donateurs ou teſtateurs.*

Arreſtum. Tutor poteſt emere à pupillo palàm & bona fide adhibitis ſolennitatibus.

5 Quod eſt verum,ſi duo ſint tutores,& ille qui non emit, præſtat authoritatem, quod poteſt.l. pupillus. §.item ipſe.ff.de author.tut.Bar.in l.tutorum. de adminiſt. tut. vbi poteſt retinere rem venditam alij, cum decreto & authoritate iudicis pro pretio,quod emptor non ſoluerat.doctor. in dicta.l.ſingularia. col.iiij.per l.primam.C.quando decreto opus non eſt. & aduertat quòd faciat hoc cum iudicis authoritate, & ſolennitatibus requiſitis,aliàs oneratur.

Emere per interpoſitã perſonã quã diu tutor poſſit.

6 Secundò,quando hoc per ſe emeret,ſecus ſi per interpoſitam perſonã, quia tunc non bona fide videtur geſiſſe rem,d.l.pupillus. § ſed & ſi.ibidem. & d.l.nõ exiſtimd.Si tamen publicè emeret,& in ſubhaſtatione per interpoſitam perſonam,valeret:nam tunc cùm nulla ſubeſt doli ſuſpicio,qui per ſe poteſt, & per interpoſitam perſonam.l.j.C.de delat.li.x.& hoc expreſsè decidit in tutore Bal.conſi.cccl xvij.Titius geſsit.in iiij.volumine.

7 Tertiò, non habet locum quando callidè emiſſet,clàm fortè & non palàm,ſecus ſi palàm & bona fide.d.l.non exiſtimo.ff.de adminiſt.tuto.l.ſi in emptione.in fi.ff de contrahen.empt.& d.l. pupillus.gloſ.& doct.in d.l.ſi cùm ipſe.de contrahend.empt.

Quando palàm & bona fide quid fieri dicatur.

8 Palàm, & bona fide cenſetur facere,quando contractus fit in præſentia amicorum. lex. tranſactionem. C.de tranſaction. Bart.in l.frater à fratre. col.antepenult.ff.de condict.indeb. & Bald. in l. Polla.C.de his quib.vt indig.vel in præſentia iudicis.l.vonorum.C. qui admit. & l.ſi infanti.in fin.de iure deliber.doct. in l.de pupillo. in fin.princ.ff.de noui oper.nunciat.laſ.& alij in l.ſingularia ff.ſi certum petatur.poſſet tamen minor reſtitui ſi læſus fuerit, & facilius in his contractibus,ſicut in aliis beneficio minoris ætatis: ſed valeret contractus palàm & bona fide initus,vt per totum tit.ff.de minorib.d.l.non exiſtimo.ff. de adminiſtr. tut. Et ſcripſi in rubr.de reſtit.& relegiam.in hoc Tomo.

Ratihabitio poſt 25. an. confirmat donationem.

Item limitatur iſte tex.ſi minor factus ætatis legitimæ,id eſt maio.xxv.

anis approbauerit illum contractum,vel doationem.l.pupillus.§.item ipse ff.de admini.tut.& in l.fi.C.si maior factus.Sed valebit illa donatio à tempore approbationis,non antè,quia est nulla donatio,ob id non potest conualescere.l.quod in initio.ff.de reg.iur.& duo extrema non sunt habilia,vt per Bar.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsuc.vide quæ scripsi in proœ.ord.

Fructus donationis factæ tutor non lucratur.

Et ideo fructus,quos interim tutor recepit,non lucratur,nisi de nouo donentur,quia hic text.dicit donationem nullam,& nullius effectus:ergo non lucrabitur fructus tutor:quia ex nullo quis nihil consequi potest,& quia vult nullum effectum habere,vt dico in glo.vt infrà per l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.l.quoties.qui satisd.cog.

Ou testamentaire.

GLOSSA III.

Testamentum ab adolescente in fauorem tutoris factum non valet.

ERGO testamentum factum ab adolescente,licet sit validum post xiiij.an.in masculo,post duodecim in fœmina.l.qua ætate.ff.de test.& in.§.j.quib.non permis.fac.testa.tamen si in illo est institutus tutor,vel curator,non valebit institutio.Nec ratione huius testamenti poterit tutor obtinere hæreditatem:quia hîc prohibetur,nam per impressionem & metum factum censetur.d.l.j.ff.quar.rer.actio.non detur.

Donatio causa mortis tutori facta non valet.

Idem dicerem in donatione causa mortis,vt in l.ij.ff.de leg.j. vbi docto. disputant,nunquid donatio causa mortis æquiparetur contractibus,vel vltimis voluntatibus:sed hîc non est necesse pertractare,quia & dispositio inter viuos,& testamentaria prohibetur,ergo & donatio mortis causa,& hoc exprimitur in constitutione Imperatoris.

Hæc ordinatio locum habet in legatis.

Idem in legatis,vt non debeântur tutoribus,quia legatum donatio est.§. legatum de legat.in instit.quæ est hîc prohibita,etiam in codicillis facta, cùm sit eadem ratio:& quæcunque donatio testamentaria prohibetur,ergo & in codicillis facta.Nam lex Cornelia de falsi.testamentaria habet etiam locum in codicillis.l.Diuus.j.& l.impuberem.ff.de falsi.

Restitui hæreditas non potest à pupillo tutori fideicommissario sine iudice.

Item pupillus institutus hæres non potest restituere hæreditatem tutori suo sine iudicis authoritate,cum sola tutoris authoritate,quia non potest esse in re sua author.l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebel.nam hoc ad vtilitatem etiam tutoris fit,cùm in eum transeant actiones,vt ibidem in prin.scribitur.& in tit.de fideicom.hæred.in instit.declarant doc.in l.singularia.ff.si cert.pet.& egregius Bello.in lib.supputat.iij.c.xiij.& seq.de quo alibi scripsi.Et quia in hac restitutione posset esse donatio,quia pupillus posset non retenta quarta,suo tutori restituere,ob id prohibetur,in d.l.j.imò si restitueret,etiam cum iudicis authoritate,&,non retineret quartam, posset posteà eam petere.l.pen.vbi doct.C.ad Treb.

Qui seront cy apres faictes.

GLOSSA IIII.

Hæc constitutio non comprehendit donationes factas ante eam.

ERGO non comprehendit factas ante hanc legẽ:quia hic text. dicit de cætero:*cy apres*.ergo præterita non comprehendit,sicut lex non extenditur ad præterita.l.leges.C.de legi.c. fin.de rescrip.tamen vt dixi de iure anteà prohibebantur rationibus suprà descriptis. Ideo donatio ante hanc ordinationem annullaretur de iure

iure,sed non in vim huius ordinationis,quæ est iuris declaratoria, vt superiùs dictum fuit:& leges ad futura & non ad præterita trahuntur.l.leges. C. de legib. & c.fin.de consti.

Par les donateurs.

GLOSSA V.

Ab alijs quæ enumeratis in hac ordinatione donationes factæ valẽt

ERGO si fiant ab aliis, valent:vnde si mater pupilli det tutori. filij sui, valebit donatio, nec hîc annullatur,nisi donatio filij in fauorem sui tutoris,quia in alia persona non habent locum rationes tex.& quia iste tex.in minore loquitur,& non in maiore, & in pupillo,non in alio.& vbi tex.in vna persona loquitur, non extenditur ad aliam.l.j.ff.de const.princi.nec effectus est ob hæc tutor inhabilis ad recipienda dona,nisi ab ipso pupillo,quem regit,aliâs suum officium esset sibi damno sum,contra l.sed si quis.ff.quemad.testa.aper.

Substitutiones pupillares an valeant.

Et sic non haberet locũ in substitutionibus pupillaribus vel fideic. quia nõ fiũt à pupillis,tutori.& sic requiritur, quòd sint factę à donatoribus,tutoribus.Et vbi verba nõ conueniũt,nec dispositio.l.iiij.§.toties.ff.de dam.inf. Et quia superiores rationes deficiũt in his,igitur & dispositio, vt dixi: & est potius dispositio testatoris quàm filij pupilli.l.Papi.§.sed nec impuberis.ff. de inoffi.test.& est prouisio patris,magis quàm donatio filij,in l.patris.ff.de vul.& sic substitutio valebit vel fideicõmissum.c.si pater.de test.vbi doct.

Consanguineo tutoris donatio facta,non valet.

Tamen si donaretur consanguineo tutoris,filio fortè,aut filiæ, vel nepti tutoris à pupillo,etiam non valebit donatio,quia fieret fraus de persona ad personam.l.pupillus.§.sed & si per interpositam.ff.de administr.tut.Et ita in ordin.Imperator.exprimitur.& doct.in l.fraus. de legibus. & in reg.quę in fraudem. de reg.iur. in vj.

Ou testateurs.

GLOSSA VI.

Testamentum in fauorem administratorum factum nõ.

ERGO non valet testamentum,in fauorem curatoris,vel aliorum administratorum,ab adolescente factum,quia non liberè videtur factum,vt decet.l.j.C.de sacrosan.eccles.l.j.& per totum.si quis aliquem test.prohib.quanuis si alius non prohibitus fuisset institutus,valeret,per l.qua ætate.ff.de testa.imò etiam non valeret donatio tutori facta inter viuos,si fieret in testamento, vt fieri potest etiam contractus.l.hæredes palam.§.fi.ff.de'test.

Au proffit de leurs tuteurs.

GLOSSA VII.

Contractus facti cũ pupillo quando valeant.

AD vtilitatem ergo pupillorum valebit etiam sine authoritate tutoris, quia hoc est introductum in fauorem pupillorum, ne decipiantur, & bonis suis priuentur, igitur in fauorem ipsorum valebit, quia vtilitatem suam facere possunt.§.j.de autho. tut.in instit.l.non eò minus.C.de curat.glossa. in l.ij. ff.de accep.vt scilicet alius ei obligetur,non ipse.l.obligari.ff.de act.& oblig.nisi vbi ex re nascitur actio.l.furiosus.ibidẽ.& superius in gl.ij.dixi hîc non cõtineri cõtractus.

Imò si tutor haberet ex hoc vtilitatem,& pupillus etiam, hoc valeret, quia hîc dicit,*au profit de leurs tuteurs*. ergo si commodum esset commune valeret, nec contineretur in ista lege: quia non vult iste tex.prohibere vtilitatem pupilli,sed augere:& contrarium operaretur effectum, si pupillo acquiri non posset.quod esset contra l.legata.ff.de lega.j. nec pro parte valebit actus,& pro parte non:ideo si tutor daret sua bona pupillo,si ei daret centũ aureos,illa donatio pupilli facta tantùm cum authoritate alterius tutoris, curatoris,vel iudicis valeret,si magis esset ad vtilitatem pupilli,quàm curatoris,per istum tex.quia fortè bona tutoris valent mille.

Donatio vtilis pupillo facta tutori valet.

Mutuũ tutori à pupillo quãdo fieri possit.

Si tamen pupillus mutaret suam pecuniam tutori, vel tutor acciperet mutuò pecuniam sui pupilli,si palàm & bona fide faceret,obligaretur tutor ex sua scriptura,per tex.in l.nõ existimo.ff.de admi.tuto.& melius in l. quoties.§.non tantùm,ibidem.Et tunc cessat exceptio nõ numeratæ pecuniæ, etiam ante biennium,quia non est verisimile quòd scripsisset se accepisse, si verum non esset.arg.l.fi.C.arbit.tutel.Iaſ.& Purpur.in.l.singularia.ff. si cert.scripsi in tract.de chirograph.recognit.in j. Tomo.si autẽ clàm recipiat, prędo dicitur,& teneretur,ad restitutionem,& in pœnam incideret.argu.l. Pomponius.§.ex facto.ff.de acquir.pos.vbi Ang.no.& glos.in l.actio.& in l. actione.& l.si tutor.ff.de tutel.& ratio.distr.Soci. consil.cclix. in præsenti. col.iij.versi.quarto.in ij.vol. vide doct.in d.l.singularia.

Curateurs,Gardiens,Baillistres.

GLOSSA IX.

Baillistre & gard ẽ quis dicatur.

IC ET ista vocabula videantur synonyma,tamen ex consuetudine aliquarum prouinciarum, bail,respicit nobiles. nam cùm nobili defertur tutela sui consanguinei,ipse vocatur communi idiomate, Baillistre, quia solent isti tutores nobilium in pluribus locis facere fructus bonorum pupilli suos, postquam eum aluerint, debitaque soluerint. Et sic consuetudo vocat baillistres per effectum sequentem,quòd ex ipsis multi pupillos suos *bellitres* & pauperes faciant,vt quidam dicunt. Multi alij vocant *gardiens*,hoc pro consuetudine locorum melius cognoscitur:nam.Paris.Garde,vocatur inter patrem & matrem,auum,auiam & superiores,in recta linea,inter verò collaterales dicitur,bail,vnde frater dicitur *baillistre,ou frere*,& idẽ in patruis & alijs,& inter extraneos tutor:tamẽ quo ad effectum omnes isti sunt tutores,& hoc,vt dixi,intelligitur,& accipitur pro diuersitate locorũ,vt docet Chassa. in cõsuetud.Burgund.in rubr.*des enfans de plusieurs litz*.§.iiij.gl. *baillistre*, & donatio facta istis,vel alicui ipsorum prohibetur hîc.

Gardequid

Custodienti personã non valet donato.

Imò per hoc verbum *gardiens*,dixi etiam custodi personę non valere donationem factam à custodita persona:vnde cùm in c.cùm locum.de spõsal. dicatur,quando agitur super matrimonij fœdere,debet custodiri mulier in loco tuto,si ista filia minor custodita daret custodi,non valeret per hũc tex. quia ratione metus videretur facere.l.j.§.quæ onerandæ. ff.quarũ rer.actio non detur.idẽ si carceri mancipatus daret cõmentariensi, quia custodi à custodito nõ valet facta donatio hîc:quod est notandũ,nec etiã valeret, si custoditus

stoditus dare apparitori,eũ custodiẽti.doct.in l.qui in carcerẽ.ff. quod met. caus.per istum tex. *gardiens*. & quia rationes prædictæ in his locum habent.

Et autres leurs administrateurs.

GLOSSA IX.

De quibus ministratoribus intelligẽda hæc constitutio.

SIVE sint administratores personæ,siue bonorũ: cùm hic text. loquatur de administratoribus indefinitè, & indefinita æquipollet vniuersali.l.si pluribus.ff.de leg.ij. c. vt circa.de elec. in vj.& iura loquentia in tutore,habent locum in quolibet administratore, quando in illis est eadem ratio: vt probatur in l.si emptione.§.fi. de contr.emp.Bart.& alij in l.singularia.ff.si cer.pet.& Alexand.in l. principalibus.vij.fallent.ibidem.doct.in l.præses.C. de transact. & verbum minister seu administrator comprehendit omnem gubernatorẽ.Archi.in c. præsenti.in fi.de offi.ord.doct.in cle.j.de rescript.

Regula vt non valeat donatio cũ limitationibus & ampliat.

2 Regula ergo est non valere donationem vel aliam dispositionem minoris factam ad vtilitatẽ tutoris, vel curatoris, seu alterius administratoris per rationes in gloss.ij.scriptas superius.

3 Idem in testamento,donatione causa mortis, legatis, & fideicommissis, vt superius dixi in glo.iij.

Donatio procuratori facta, an valeat.

4 Idem in procuratore,qui mandato domini administrat. l.j. ff. de procur. quia rationes suprадictæ,vel saltem vna illarum habet locũ in istis, & quia administratores vocantur.

Vxori tutoris cõ.ubina vel filio tutoris nõ potest donari à pupillo.

5 Idem declaratur in ordinatione Imperatoris,in donatiõe facta filiis, vel filio administratoris,seu victrico,nouercæ,vel concubinæ istius administratoris,& multò fortius si illius vxori.arg.l.pen.C.de in ius voc. & quia maritus & vxor dicuntur vna caro.l.aduersus.C.de crimi.expil.hæred.& idem si per interpositam personam vtilitas proueniret ad tutorẽ vel administratorem, vt in glo. v.superius docui.

Donatio facta famulo tutoris incõpensationẽ seruitiorũ, non valet.

6 Idẽ dicerẽ si daret famulo tutoris in cõpensationẽ seruitij facti à tutore ipsi pupillo,quia domino dare videtur,si tantùm haberet de salario soluere: & breui nõ valet donatio in omnibus personis per quas emolumentũ senti

7 ret tutor, vel administrator. †Et habet locum hæc ordinatio tam in donatione bonorũ mobiliũ quàm immobiliũ: quia per immobilia peruenire posset pupillus ad paupertatẽ, & quia pecunia donaretur, quæ omnes res æstimat.l.si ita. ff. de fideiuss.ideo habent locum rationes præscriptæ, quamuis Imperator in d.sua ordinatiõe loquatur de bonis immobilibus, & in terris Imperij prohibetur donatio immobiliũ,facta à pupillo tutori, & alteri administratori,sed non donatio mobilium. Diuersum est in ista ordinatione,quę generaliter loquitur, *toutes dispositions*,ergo generaliter intelligetur.l.j.§.& generaliter.ff.de leg.præst.& bonorũ nomine comprehẽduntur tam mobilia,quã immobilia.l.bonorũ.vbi dixi,& in l.mobilium.ff.de verb.signifi.

Etiã si donatio facta sit in præsentia amicorũ nõ magis valet.

Iudex non permittit donari tutori à pupillo.

8 Etiã si donaret in præsentia amicorũ, cùm hîc generaliter prohibeatur: & præsentia amicorũ tollit suspicionẽ,quę aliàs esset.l.trãsactionẽ.C.de trãsac.Sed nõ tollit prohibitionẽ,imò nec posset donare tutori, vel alij hîc prohibito, etiam in præsentia iudicis, cùm hîc prohibeatur, non potest iudex huic articulo derogare, quia inferior non tollit legem superioris, ma-

ximè prohibitiuam.l.j.C.ne fideiussor. dotium dentur. cle. ne Romani. de elect.aliàs nunquàm haberent locum constitutiones,vel ordinationes prohibentes aliquid fieri,cõtra l.nemo.vbi doct.ff.de leg.j. nisi iudex ex magna causa approbaret, quia fortè esset vtile pupillo, vel aliàs vt in l.si hominem. ff.manda.vide infrà,in vj.limitat.

Limitationes ad hanc ordinationẽ quibus casibus valet donatio.

Limitatem non procedere,quando finita cura,& eò existẽte maiore donaret, cùm hîc prohibetur donare administratori. Et tunc ille non administrat. Et qualitas iuncta verbo,debet intelligi secundum tempus verbi.l. in delictis.§.si detracta.ff.si de noxal. Alioqui officium esset alicui damnosum, contra l.si quis ex signatoribus.ff.quemadmod.testa.aperiant.& cessat ratio huius constitutionis:vt scripsi suprà,in glo.quod est verum ex interuallo: vt superius scripsi.† Secundò, non procedit in parte substituente tutorem pupillo:vt superius dixi in glo.v. 10 11

Tertiò,quando vtile esset pupillo,vt superius docui in glo.vij. 12

Quartò,quando factus maior approbaret.Dixi in glo.ij.suprà. 13

Quintò, non haberet locum in maiore donante suo administratori, nisi aliàs reprobaretur à lege, vtpote si æger donaret medico durante infirmitate,nõ valeret.l.medicus.ff.de var. & extraor.cognitio. vel si esset prodigus, furiosus,vel demens,tunc non valeret donatio illorum, non quòd hîc prohibeatur,sed à iure: nam hæ personæ de bonis suis disponere non possunt.l. is cui bonis. ff. de verb. obli. & idem in aliis qui curatorum ope iuuantur.l. Fulcinius.§.planè.ff.quib.ex caus.in posses.catur. 14

Donatio cũ authoritate iudicis facta administrator an valeat.

Sextò,non procederet tex. quando hoc fieret cum authoritate iudicis ex aliqua causa,vt probat Io.Durant.in tract.de arte testandi cautel.j. arg. l.si furiosi.C.de nup.vbi Bald.sed hoc vt superius dixi in hac glo. maxima causa,& iuri conueniente, nõ aliàs: nam regulariter non potest minori donare, etiam cum decreto.l.fi.vbi etiã Bal.C.si maior fact.aliena.quẽ tex.sing.not. Barb.cõsi.lx.illud.col.xv.ij.versi.capio aliud dubiũ.in iij.vol.vbi dicit dictã donationẽ nullã, etiã si minor iurauerit, & idem firmat in consil.lxix.illud col.v.ibidem.vbi allegat Bal.in l.j.C.si aduersꝰ.donat.& idem Barba.consil. xlj.immortalitatem.in iiij. volu.consuluit de statuto prohibẽte minori contrahere,vt non possit donare,etiam cum authoritate iudicis. 15

Administrator,& tutor pupillo donare possunt.

Septimò,non procedit econtrariò:nam tutor vel alius administrator potest donare suo pupillo, quia pupillus & minor prohibetur tantum, ne rem suam faciat deteriorem. §.j. de authori. tutor. sed meliorem facere poterit. Ideo poterit tutor donare suo pupillo. Quia non prohibitum, ergo permissum.l.cùm prætor.ff.de iudic.& superius dixi in glo.vij. 16

Octauò,non habet locum si filius iussu patris donauerit, aut illius volũtate,quia tunc pater donare videtur.l.Molestinus.§.quod filiusfamil.ff. de dona.Socy.cõsi.cxiiij.in fi.vol.j. quod est verũ si ex bonis patris donaret: secus si filius bona donaret aduentitia:nam illa donatio re probaretur:hîc eadem ratione.† 17

An à pupillo donatio patri facta valeat.

Nonò, iste tex.non haberet locũ in filio donãte patri,quia cessant rationes supradictæ & nõ minus debetur à natura filiorũ hereditas patribus quã patrũ filiis.l.nã & si parẽtibus.ff. de inofficio. testa. tum etiam quia pater nõ dicitur propriè administrator filij,sed pater, & lex tribuit ei administrationẽ bonorũ aduentitiorũ filij.l.cũ oportet.C.de bo.quæ libe. & nõ est 18

verũ

risimile quòd pater eum cogat donare,vel quòd velit spoliare suum filium, cùm eum ditare cupiat,licet multi inhumani patres hoc faciant.

Pater filio sibi donãti an possit cõsentire.

19 Vnde licet doct.sint in hoc contrarij, quãdo filius donat causa mortis patri,an pater ei consentire possit? & dicunt generaliter hoc posse, dando ei potestatem donãdi,quibus velit,tunc & patri donare poterit: diuersum est, si consentiret tantùm,vt eidem patri donaret,tunc non valeret. & ita consuluit Deci.consi.255.in causa.col.2.& allegat Socy. idẽ tenere consilio 112. multùm abundè.colum.2.in tertio volu. & Corneus consilio 242.circa primum.colum. 2. in quarto volu. sed non faciunt dubium an filius dare patri possit? & dicerem ex causa emancipatum filiũ posse. Sed quando rationes, vel vna ex supradictis rationibus haberent locum in eo, tunc annullandam donationem maximè inter viuos per identitatem rationis,vt doct. dicunt in authen.quas actiones.C.de sacrosanct.eccles.

Donationi noris facta loco pio valet.

20 Decimò non procedit in minore 25.annis,sed maiore 14. qui si donauerit pio loco,dum ibi custodiebatur professionis voluntariæ faciendæ causa, tunc valebit.glo.in l.si quis Titio.ff.de lega. 2. Bald. in l.generali.C. de sacrosanct.eccles.Panormit.& alij per illum tex.in c.relatum. 1. de testamen. & alex.consi.105.viso.col.3.in 4.vol.plenè Ludo.Roma.in repet.authen.similiter.C.ad legem Falcid.

An negotiorũ gestori donatio facta valeat.

21 Vndecimò,nõ procedit in negotiorum gestore, qui administrat negotia sine mandato domini,per totum titu.ff. de nego. gest. quia bona fides non debet ei obesse in administrando negotia absentis,secus si præsentis administrasset negotia,& sic sciẽte pupillo: quia tunc posset habere locũ aliqua ratio ex prædictis,quod non habet,quãdo ignorantibus minoribus administrant:alioqui nullus vellet illorum negotia gerere,& officium illorum qui gererent essent eis damnosum,& pupilli bona periclitarentur. Ideo vtile est in hoc casu,quòd possit donare tanquàm alteri extraneo.

Præceptori donari non potest à minore.

22 Duodecimò,non comprehenderetur præceptor, qui non administrat negotia domini,sed docet & instruit.l.quibus.ff.de verb.sign. Tamen ratio videtur esse in eo,scilicet metus,& libera debẽt esse iudicia,& dispositiões.l.j. C.de saccros.eccl. Procuraret enim præceptor,vt pupillus valetudine affectus ei omnia bona donaret, & priuaret parentes & consanguineos bonis, ob id res esset mali exempli,vnde putarem non valere:quia hic tex.dicit *gardiens*,& præceptor custodit & tuetur personã pupilli,ob id & res illius custodire debet cõsanguineis,ad quos lege peruẽturæ sunt, nisi disponeret quòd vult præceptorẽ suum cõpensare de tali re,arbitrio tamẽ boni viri:nam præceptor iustè est cõpensandus.l.Aquilius Regulus.ff.de do.cũ in officiis charitatis primo loco illis teneamur obnoxij,à quibus beneficiũ nos cognoscimus recepisse.c.cùm in officiis.de test.gl.in l.fi.C.si maior factus. Ob id arbitrio iudicũ relinqueretur in hoc casu.vi ratione moderatæ compensationis donatio approbetur.per d.l.Aquilius.& §.eadẽ.quib. ex cau. manumitt. lic.l.cùm plures.§.fi.ff.de administ.tut.& donatio remuneratoria est quoddam genus permutationis.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de pet. hæredi.

Modici donatio facta valet à pupillo.

Vltimò, limitarem quãdo pupillus ditissimus modicum tutori donaret: de modicis enim non curat prætor.l.scio.ff.de in integ.rest.d.l.cùm plures. in fi.de admi.tut.alias limitationes poteris hîc addere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Estre nulles & de nul effect & valeur.

GLOSSA VLTIMA.

Cõfirmata donatio non retrotrahitur.

ET Sic istæ minorũ dispositiones sunt nullæ & nullius effectus & valoris,adeò quòd confirmatæ posteà non prodessent: quia quod nullius est valoris,approbari non potest: regul.non firmatur.de reg.iur.in 6.& ideo dixi suprà in glo. 2. tutorem non lucrari fructus, ex illa donatione nulla. Sed verum est quòd non trahitur retro ad diem donationis, sed valebit à die confirmationis tantùm & approbationis,per l.fi. C.si maior factus.

Quæro cùm iste contractus sit nullus,quomodo agi debet? Respon. videtur quòd coram iudice, ad declarandum illum actum nullum: vt dicitur in l.& eleganter.ff.de dolo.

Praxis ad donationẽ hanc annullãdam vel declarandã nullam.

Sed contrarium seruat praxis Franciæ,videlicet,vt pupillus impetret literas Regias à cancellaria, in quibus narret se dedisse talem rem suo tutori, vel administratori id temporis quo erat minor,& is erat eius curator & administrator,ideo supplicat vt concedatur ei petere declarari dictam donationem nullam,& quatenus de facto processit,cassari,& annullari,& rem donatam sibi restitui:hoc Rex ei concedit, & literæ diriguuntur iudici Regio domicilij vtriusque,si eius sint:vt dixi in tract.de rescision. cõtract. vbi alia vide.

Alia nunc,vt reliquas ordinationes prosequar,missa faciam, de his tamẽ Deo Optimo Maximo gratias agens immensas. Amen.

TRACTATVS DE DONATIONIBVS INSINVANDIS.

Que toutes donations seront insinuées.

Insinuatio quid.

1 CVM HIC DE INSINVATIONIBVS loquamur,videndum est, quid sit insinuatio? Respon.quantũ ad materiã attinet,est donationis factæ & scriptæ coram iudice competente rite facta exhibitio,seu intimatio,licet de Canaro in tract.de insinuatio.aliter definiat. Et aliã definitionẽ dedi insinuationi nominationum,in tract.de nominatio.

Insinuatio quæ de iure requirebatur.

2 q.† Primò in definitione dicitur donationis,quia de iure communi donatio vltra quingẽtos aureos facta solùm insinuationẽ requirit,per l.sancimus.C.de dona.Et sic ista ordinatio est partim secũdum ius commune,partim præter ius,videlicet quia consuetudo inualuerat in Francia contra ius cõmune,eò quòd nulla insinuabatur donatio quantũcunque magna.Ideo etiam multæ clãdestinè fiebant donationes,& posteà res donatæ vendebantur,& emptor sic fraudabatur, vnde necesse fuit per hũc constitutionem prouidere,qua statuitur vt non solùm donationes excedentes quingentos aureos insinuentur,sed omnes donationes,vt dicitur in prin.huius ordinat.*Toutes donations*.De hoc verbo dixi in §.j.in gl.j.tract.de liter.obligator.in 1.Tomo consti.Regiar.

3 Factæ,in definitione scribitur,quia ea quæ non est,insinuari non potest. Ideo requiritur quòd facta sit,arg.l.decem.ff.de verbo.obl.§.seruus.de capit.diminut.in institu.& quòd sit perfecta.l.nominis.in fi.ff.de verborum significatio.

Donatio requiri scripturam.

4 Scriptæ,etiam ponitur,quia in donatione hac insinuanda requiritur scriptura:vt inferius dicetur artic.2.& tertiò,cùm in acta redigi debeat.l.sancimus.& l.penul.C.de donatio.quod nõ posset fieri nisi esset scripta,licet de iure nõ requiratur,quia sufficit pacto nudo donare.l.si quis argentum.§.penulti.C.de dona.& §.fi.vbi gl.in auth.vt fiant pignor.coll. quinta.nec crederetur parti donationem factam asserenti,si de ea non constaret, nec donatio posset per testes probari:cùm illius instrumentum registrari debeat vt hîc,& ideo requirit scripturam.Bal.in l.ij.C. de edendo.† Si tamen aliquis

Donatio nõ scripta insinuari quomodo poterit.

5 coram testibus donauerit alicui præsenti bona sua,tunc is donatarius potest vti praxi conscripta in capitu.significauit.de testib.vt citetur donans coram iudice,& interrogetur,si donauerit:& si dicat se donasse,conscribetur sua donatio,& donatarius petat eã sic insinuari,& in acta redigi,vt probet: vt ibi,vel citabũtur testes,& donatarius petet vt audiãtur,& de hoc fiet instrumentũ ad æternam rei memoriã,& iudex audiet testes,& rediget in monumenta,& in scripturam publicam.Et tunc poterit insinuari, quia iam est in registris posita.Vel si semel sit facta donationis scriptura,& ea insinuata, si posteà amissa fuerit,poterit posteà per testes probari,per tex. in l.testium. in fi.C.de testibus.& doct.in authen.si quis in aliquo.de edendo.

Coram

Universidad de Salamanca Biblioteca

Insinuatio partis nõ requirit præsentiam.

Coram iudice,ergo coram apparitore vel notario fieri non potest insinuatio,quia non dicitur iudex,vt in c.forus.de verb.sig.nec requiritur citatio partis ad faciendam istam insinuationem,cùm ea etiam inuita fieri possit,ergo & absente,& non vocata.l.qui inuitis.ff.de re.iu.Baldus in authentica eodem cursu.in prin.C.de donation.ante nupt.& in l.illud.col.3. C.de sacrosanct.eccles.

Competens iudex quis dicatur.

Competente.Quis dicatur competens?respon.de iure in vrbe Rom.Magister census,in ciuitatibus aliis defensor ciuitatis.l.cõsulta.l.testamẽta.& l. omnium.C.de test.l.repetita.de epis.& cle.l.in hac.eo.dicam arti.1.& dico competente,quia iudex cõpetens adiri debet.l.j.ibi,aditus iudex cõpetens. C.de præd.min.l.bonorum.qui admitti.& quamuis Barto.in l.Modestinus. de don.dicat insinuationem posse fieri apud quemcunque iudicem, etiam cui non subest donator, nec res donata: tamen contrarium est verum per tex.in l.secundum diui.C.de don.Imol.in d.l.Modestinus.& Guid.cõsi.lvij. omissa.tex.in authen.vt non fiant pigno.§.illud.vbi gl.coll.5.

Ritè facta,quia in iudicio fieri debet,& alia solẽnia interuenire, quæ inferius tractabo.

Exhibitio.ergo donatio intimari debet,& exhiberi coram iudice:& ista exhibitio vocatur insinuatio,de qua in hoc tract.dicetur & tex.iuncta glo. in l.sancimus.C.de diuer.rescr.dicit originalia insinuentur,& glo.exponit, idest,in iudicio ostendantur & publicentur:alia inferius dicentur. hactenus de prima quæstione.

Articulus primus.

Nous voulons que toutes donations.

GLOSSA I.

Insinuationem quæ requirant.

QVAE requirant insinuationem?hic tex.respõdet,*Toutes donations*.donationis enim verbum simpliciter loquendo, omnem donationem comprehendisse videtur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit.l.alienatum.§.j.ff.de verb.sig.vbi multa scripsi.Sed non hîc mortis causa donationes comprehenduntur, vt inferius dicetur. 1

Rationes cur donationes insinuari debeant.

Rationes quatuor describit Ioannes Andreas in additio.ad Speculat.in titul.de instrument.edition.§.porrò.versicu.donatio.quare hæc insinuatio fieri debeat. 2

Prima est,vt inter insinuationẽ & donationem possit deliberare donãs, an sibi expediat donationem perficere.tex.in authen.de appel.post princi. vers.vt liceat.coll.iiij.ergo ante insinuationem non est perfecta donatio. 3

Secunda,vt iteratio actus ostendat mentis perdurationem.C.de plus petitio.l.vna.Sicut dicitur de geminato actu,in l.Balista.ff.ad Tre.& Corse. plura scribit in trac.suo de geminatis.sub tract.de potest.Reg. 4

Tertia,vt tollatur deceptionis suspicio.l.si decipiẽdi.ff.ad Velleia.nã sicut præsentia amicorum tollit suspicionẽ fraudis:ita & præsentia iudicis.l. transactionem.& l.siue apud.C.de transact.Guid.Pap.consi.lvij.omissa.colum.secunda. 5

Quarta,vt occurratur falsis probationum modis.l si.C.de fideicõ. Bart. in l. 6

in l.Modestinus.duas addit,videlicet ne si clàm fiant,homines fraudulentur.vt l.data.C.de dona.Et quia in magnis quantitatibus magna exigitur obseruatio.l.fi.& authen.ibi posita.C.si cert.peta.Ant.de Cana.in tract.de insinua.quæstio.ix.dicit has rationes magistrales nec necessarias, dempta illa quæ ponitur in l.data.C.de dona.vbi dicitur,causa fraudis euitãdæ inuentum esse.Et quia reipub.interest,ne quis re sua malè vtatur,§.fi.in instit. de his qui sunt vel alieni iuris.

Insinuatio inuenta ad vitandum falsum.

6 Item ad vitandum falsum inuenta est insinuatio. Nam donatarius poterit post mortẽ alicuius prætendere donationem sibi esse factam, quod non fecisset in vita donantis,ob id bona est insinuatio ad hoc vitãdum,sicut de testamento dicitur in l.fin.C.de fideicom.Et vt omnis via malignandi præcludatur,ibidem,& propter incognitam hominum infidelitatem, æquum est quòd publicentur ad perpetuam,& irrefragabilem memoriam.l. gesta. C.de re iudic.ac propter fidem sinceram.§.nulla.in authen.de defensorib. ciuit.coll.iij.Hoc docet Bal.cons.clxxxiiij.municipale.colla.penul.in v.vol. & vt quod actum est facilius probari possit,l.contrahitur.in fi.ff.de pignor. nam poterit volens emere talem domum,videre an donata prius sit necne in curiæ regestis.

Remissio an dicatur donatio.

7 Et sic iste tex.generaliter loquens *toutes donations* habebit etiam locũ in creditore,qui remisit pratum,vel domum sibi debitam,quia remissio donatio est,l.si mulier.ff.de condi.causa data.Et in remissione facta causa donationis requiritur insinuatio.gl.Dec.& Caignol.in l.si quis obligatione.ff. de reg.iur.Bar.in l.Modestinus.de dona.& Bal.in l.pactũ.q.xvij.C.de coll. & est communis opinio secundum Alex.& Dec.in l.creditorib. C. de pact. & consilio cxxxvij.in causa.circa fin.in ij.volumi.& Barba.consi.xlj. colum. j.in j.volu.& hoc verum quando quis rem vel debitum remittit liquidum, tunc requiritur insinuatio.doct.in l.j.ff.de transactio.& l.contra.§.fi.de pac. nisi odio vsurarum:dicta l.Modestinus.Feli.in c.veniens.j.de testi.Iason.in d. l.si mulier.

Donatio tã extraneis quã coniunctis facta est insinuãda.

8 Siue donatio facta fuerit extraneis,siue coniunctis. Bal.in l.data opera. C.de dona.quia eadem ratio & maior videtur inter coniunctos vt dicit Barba.consil.xxiij.sapientissimus.col.iiij.nume.14.in ij.volu.

Donatio reciproca insinuanda.

9 Idem in donatione reciproca,licet de iure secus.l.Aquilius. ff.de donatio.Alex.consi.xx.ponderatis.colum.ij.in iij.volu.tum propter tex.generalitatem,tum etiam vt iste tex.iuri aliquid addat vt dicunt doc.in l.iiij.§.prætor.ff.de damno infecto.

10 Item procedit in donatione perfecta, quia anteà nihil censetur actum quando aliquid supereſt agendũ.l.fin.C.de his quib.vt indig.Ideo opertet quod donatio sit scripta,mũda,& absoluta,aliàs non potest insinuari.l. contractus.C.de fide instr.vt Ant.de Canaro testatur,quæst.ij.in suo tract.

Appellandum non est ab insinuatione.

11 Et ab ista insinuatione non possunt consanguinei donantis appellare, quia non grauãtur.l.j.in prin.ff.de appellatio.recipien.nam quilibet potest liberè de re sua disponere.l.in re mandata.C.mãda.etiã abutendo.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de petit.hæred.& iudex ex illa ostensione donationis nihil contra partem agit,ergo nõ videtur eã grauare:ideo cessabit appellatio,& qui appellaret,perperam appellasse diceretur.Nec donans appellabit,

bit,quia donãdo cõsenſit.l.generaliter.§.j.C.de reb.cred.Canar.q.x.in fi.

Donatio ſimplex inſinuanda.

Prætereà donatio ſimplex quæ ea mẽte fit,vt ſtatim velit donãs accipiẽtis fieri,nec vllo caſu ad ſe reuerti,& propter nullã aliã cauſam facit quàm vt liberalitatem & munificentiã exerceat,& hæc propriè donatio appellatur.l.j.l.Ariſto.& l.hoc iure.§.j.ff.de don.Ideo inſinuanda eſt. 12

Donationes puræ & in diem ac ſub conditione ſunt inſinuãdæ.

Siue fiat purè,ſiue in diem vel ſub conditione.l.ſancimus.C.de don.vbi gl.& in authen.vt fratrum filij.§.illud.iuncta gl.vlt.coll.ix.l. donatio. C.de donat.† Vnde ſponſalitia largitas,ideſt donatio quam ſponſus ſponſæ facit, vel è contrario:licet tacitè intelligatur,ſi matrimonium ſequatur.l.ſi extraneus.ff.de condict.cauſ.dat.& d.l.j.in fi.tamen inſinuationem requirit.Canar.q.xxxv.per hoc verb.*toutes*.ſi in rebus conſiſtat immobilibus, quod rarum eſt,vt infelius dicetur. 13 14

Tacita donatio eſt inſinuanda.

Idem in donatione tacita,vt ſi ſciens ſoluero indebitum, etenim donare videor.l.j.ff.de condi.indeb.l.cuius per errorem.de reg.iur.vbi dicit,donatio eſt.Et hic text.dicit omnes donationes inſinuandas. Sic & iſta, alioqui poſſet fieri fraus huic cõſtitutioni:& qui non poteſt donare, diceret ſe ſoluere, intellige quãdo ſoluitur indebitum omni iure vtroque ſciente, ſecus ſi debitum naturaliter,tunc nõ videtur propriè donatio, & ſic nec requiritur inſinuatio.l.hoc iure.§.ſi quis ſeruo.ff.de dona.& Idem ſi recipiens cauſam putebat ſubeſſe.Iaſ.in l.cùm quis.C.de iuris & facti ignoran. 15

Idem,ſi ſoluam tuo creditori animo donandi,per text.in l.fin.C.de iure dot l.ſi quis delegauerit.ff.de nouatio.Iſta tamen inferius limitabo immobilibus in quibus non requiritur inſinuatio. 16

Simplex & ob cauſam donatio inſinuatur.

Item,quia tex.dixit,*toutes donations*,ergo intelligitur tam de donatione ſimplici,quàm ob cauſam:licet donatio ob cauſam propriè non dicatur donatio.l.j.ff.de donat.tamen ratione generalitatis comprehendetur in hoc tex.videbimus tamen declarationem Henrici ſuper hoc. 17

Vnde in quibus caſibus valet donatio inter virum & vxorem, erit tunc inſinuanda.l.donationes quas parentes.C.de don.inter vir.& vxor.quia in illis debet eſſe æqualitas,authen.æqualitas.C.de pact. conuen.ideo debet hoc iudici notificari,an ita ſit,& inſinuari,ſicut olim inſinuabãtur hæ donationes ſi excedebant quantitatem.d.l.donationes.Sic & hodie,licet nõ excedant per iſtum tex.Io.Lupus in repeti.c.per veſtras.in fi.tamen rubri.de dona.inter virum & vxor. 18

Dotis donatio an ſit inſinuanda.

Limitemus non procedere in dote l.fi.§.j.C.de iure dotium.l.fi.de dona. ante nup.& hoc fauore dotis ſtatutum eſt ſicut multa alia,in l.j.ff.ſol.matri. hodie tamen declaratum fuit per Regem Henricum hanc etiam donationẽ fauore matrimonij,vel in tractatu matrimonij factam eſſe inſinuandam,anno 1549.in menſe Februa.vt in edicto eius patet:quod inferius deſcribetur,ſaltem quantum ad hanc pertinet materiam. 19

Quid in donatione propter nuptias.

Secundò,nõ procedit in donatione propter nuptias, quæ nõ eſt minoris fauoris,quàm dos.d.l.fi.C.de donatio.ante nup. Imò dicitur quòd in ſubſtantia nil diſtat à dote,& facit authen.eo decurſum.ibid.ita cẽſuit ſenatus Pariſ.in magna camera,videlicet vt donatarius ſine inſinuatione gauderet re donata donatione propter nuptias quo ad vſumfructum, per text.in authenti. vt ſponſalit. largitas. in princip. colla. ix.licet de iure C.eſſet inſinuanda, 20

manda,ſi ſummam à iure taxatam excedebat.l.ſancimus.C.de dona.& l.fina.de donatio.ante nupt.ac l.donationes.de dona.inter vir. & vxor.Guido Pape in deciſ.cccxxv.hodie etiam per dictam declarationem Regis inſinuari debet,vt proximè ſcripſi.

Donatio in feudum nõ inſinuatur, nec quando à principe fit.

Tertiò, vitiatur donatione in feudũ,vt ſi Rex vel alius det caſtrum, aut aliam rem in feudũ,valebit ſine inſinuatione,teſte Bald.in c.peruenit.ij. de iureiur.idem in alia donatione à principe facta.l.illud.C.de ſacroſan. eccl. l.penult.de donatio.§.fi.in authen.vt non fiant pignora.colla.v. quia multa priuilegia imperialibus donationibus præſtita ſunt, & dignum incrementũ & his conferre dignata eſt noſtra clementia, vt ſcribit Imperator in l. cùm multa. C.de bonis quæ lib.vt enim Imperialis fortuna omnes ſupereminet, ita oportet & principales liberalitares culmen habere præcipuum. ibidem. 21

Remuneratoria donatio & mutua.

Quartò, non procedit in donatione remuneratoria, & mutua.l. ſi pater. in fi.& l.Aquilius.vbi etiam gl.ff.de don.l.fi.vbi gl.& Ang.C.de iure dotiũ, quia vim permutationis habet.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit. hæred. & non ſubiicitur regulis donationis,nec reuocabitur prætextu ingratitudinis.d.l.ſi pater.in fi.ff.de donatio. Et donatio remuneratoria valet inter patrem & filium.in l.ſi donatione. C. de collatio. & inter virum & vxorem.l. quod autem.§.ſi vir.de dona.inter virum & vxor.hoc docet Anto.Capit.in deciſ.Neapolita.quæſtio.cciij.in iij.dubio. 22

Remuneratoria per natiuitatẽ liberorum non reuocatur.

Item non reuocatur per natiuitatẽ liberorum.Bal.& alij.in l. ſi vnquàm. C. de reuocan. donat. & alienata ob remunerationem etiam ſi in fraudem non reuocantur.l.vnius libertus.ff.ſi quid in fraud.patro. Iaſ.in l. ſi non ſortem.§.libertus.col.v.ff.de condictio.indebi.& bona quæ veniunt ad fiſcum propter remunerationẽ poſſunt alienari.l.Diui.ff.de pœnis. & res eccleſiæ. l.iubemus.C.de ſacroſan.eccl.c.cùm in officiis.de teſta.c.quicunque. in ij. & c.eccleſiaſticis.xij.q.ij.Benemerita tamen debent eſſet vera,nõ ficta, aut aſſerta.l.etiam.§.ex præterito.ff.de manumiſ.vind.& iuxta ſeruitij meritum valet donatio nõ vltra,c.cùm ex officij.& c.requiſiſti.de teſta. probatio ergo meritorum eſt neceſſaria donatario. Bald. in l.j. C. ne liceat potentior. Doct. in d.l. ſi donatione. Nec probarentur benemerita per inſtrumentum etiam inſinuatum,quicquid dicat Bald.in c.edoceri,nu.vij.de reſcrip. 23

Tamen cùm hic tex.generaliter loquatur, *Toutes*, putarẽ hanc comprehendi,tum quòd rationes prædictæ ſaltem aliquæ in eadem videntur habere locum. Nam in his donationibus fieri ſolent maximæ fraudes, præcipuè inter perſonas coniunctas merita nominantur, etiam ſi nõ interuenerint,l. data.C.de dona.& aſſertio meritorum non probat merita,niſi arter probentur.gl.& doct.in l.ſi donatione.C.de colla.Bar.in l.ſi fortè.ff.de caſtr. pecul. Alioqui ſemper poſſet fieri fraus huic legi, adiiciendo quòd propter benemerita donauit:vt docet Ludouic.Roma.in l.Aquilius.ff.de donatio.Sic cõſuluit Barb.conſi.ij.illud.in tertio volu.vbi agitur de ſimili ſtatuto, quia donatarius nihil habet detrimenti ſequendo legem.Vnde ſibi debet imputari, ſi illam neglexit:hodie habemus declarationem Henrici Regis factam anno 1549. in menſe Februario, vbi iſtam donationem remuneratoriam vult eſſe inſinuandam,alioqui non valebit. 24

Donatio in teſtamento facta nõ inſinuatur.

Quintò,nõ procedit in bonis donatis in teſtamẽtis:quia donationis nomine 25

Universidad de Deusto Biblioteca

mine non venit teſtamentum.l.alienum.§.fina.ff.de verborum ſignificat.& ſic inſtitutus in teſtamento non tenetur inſinuare, licet ſi teſtamenta facta ſint coram Curato,& teſtibus,iuxta c.relatum. & capit. cùm eſſes.de teſta. oporteat quòd publicentur, & in publicam redigantur formam, ad hoc vt probent text. in l. publicari. C. de teſtament. tamen hîc non agitur de illa publicatione,nec de illa quæ ad aperturam teſtamentorum fieri ſolebat.l.j. & ij.ff.quemadmod.teſt.aperian.vnde ſi lex Regia diceret iſtam donationẽ inſinuandam, aliàs non valere, & curia eccleſiaſtica ſtatueret, quod donationes iſtæ exequerentur, licet non ſint inſinuatæ, non exequentur. Nam poſtquàm hoc ſtatutum eſt bonum & æquum,& eſt ſanctio ſancta,ideo ſeruanda etiam in foro conſcientiæ. Et ideo curia eccleſiaſtica ſi diceret, ſine inſinuatione valere, abuteretur, vt conſuluit pulchrè Baldus conſilio 194. municipali.in v.vol.licet Cana.q.lvj.dicat ſtatutum de inſinuatione non ligare clericos,nec eccleſiaſticas perſonas. Sed hoc eſt falſum, vt etiam docet Alexan.conſil.lxv.quoniam.nu.16.in vj.vol.prout ſcripſi inprocem.conſtit.Regia.in primo Tomo.

Declaratur l.publicari. C. de teſta.

Sextò,limitatur in l.vna.in fi.C.de plus petitio. ibi ſiue inſinualæ ſint, ſi- 26
ue non.

Septimò,non procedit in contractibus, qui donationis nomine non con- 27
tinentur.Ideo venditio & alij contractus non inſinuantur.l.Labeo.§.contractum.ff.de verb.ſign.vbi plenè ſcripſi.

Donatio cauſa mortis nõ indiget inſinuatione.

Octauò,in donatione cauſa mortis.tex.in l.fi.C.de don.cauſ.mortis. vbi 28
hæc donatio omnes effectus ſortitur, quos vltimæ habent voluntates. Ibidem.Et hoc docet Gui.Papa,deciſ.ccccccx. item etiam. & quæſtio. cccxv. poteſt.& ita declaratum fuit per Regem Henricum ſecundum, ſiue donando cauſa mortis, vel legando, quia legatum donatio eſt & cauſa mortis.§. legatum.de leg.in inſtit.

Donatio mobiliũ nõ inſinuatur.

Nonò,non haber locum in rebus mobilibus donatis, vilis enim & abie- 29
cta eſt illarum poſſeſsio.l.ſi rem.ff.de acquir.poſſ.& regulariter minimi ſunt emolumenti.Ideo de his nõ videtur lex iſta ſcripta.l.ſcio.ff.de in integ.reſt. & quia fortè plus in inſinuatione interdum exponeretur, quàm res eſſet.l. medi terraneæ.C.de ann.& trib.lib.x. & quia ordinatio dicit faciendã inſinuationem in ea iuriſditione,in qua res ſitæ ſunt, quod nõ diceret in rebus mobilibus,ideo de illis noluit intelligere.& ita accepi,vt dicit tex.in l.ſi negotium.ff. de priuile. cred. vbi de Ripa notat doctorem habere facultatem interpretandi iura & extendendi.ſcripſi in proœ.ord.in j.Tomo.

Renũtiatio ſucceſsionis non acquiſitæ non indiget inſinuatione.

Decimò,ſi filia renunciet futuræ ſucceſsioni, non requiritur in hoc inſinuatio,ſecus ſi iam eſſet quæſita hæreditas,& filia remitteret,quia tunc donatio eſt.Bal.in d.l.illud.C.de ſacroſ.eccleſ.Cana. q.xlix. & q.ij.& ſuperius ſcripſi.Idem ſi fiat pactũ,quòd vnus ſuccedat alteri.l.licet. C. de pact. quia potius dicitur contractus,quàm donatio.ob id non requiritur inſinuatio.Io. And.in d.§.porrò,in add.ad Spec.& plenè Canar.q.lij.

Cõfeſsio an inſinuationem requirat.

Vndecimò, confeſsio facta in iudicio animo donandi inſinuationem nõ 30
requirit.l.quidam in iure.ff.de don.vbi Bar.& Bald.in dicta l.illud quæſtio. viij.C.de ſacroſanct.eccleſ.quia pro inſinuata habetur.poſtquàm in iudicio facta eſt l.cura.C.de omni agro deſerto.lib.xj.Cana.q.48.ergo tamen huic deci

deciſioni facilè non acquieſcerem: quia ad vnum finem inducta, non operantur alium effectuum.l.legata inutiliter.ff. de lega.j.Sed iſta confeſsio fit animo donandi,ergo ad donationem tantùm valere poterit, ſed nõ ad inſinuationem.de qua non fuit dictum,nec cogitatum.arg.l.mater.ff.de inof. teſta.vnde qui confitetur animo donandi debere prædiũ alicui, licet in iudicio fiat ſi aliâs non inſinuetur: niſi per hanc confeſsionem, dicerem hanc donationem non valere: quia iudex falli poteſt, credens fortè ex venditione,vel ex alio contractu debitam rem,ideo nullam ſuper hoc facit inquiſitionem ad inſinuationem neceſſariam: nec interrogationem: ergo pro inſinuata non habebitur.

Lucrum ex lege prouenies nõ requirit inſinuationem.

Duodecimò,limitatur in lucro,quod quis acquirit,ex legis vel conſuetu- 32
dinis diſpoſitione, vnde ſi maritus lucretur ex cõſuetudine, vt Tholoſæ omnia bõa vxoris dotalia,ſi prædecedat vxor: nõ requiritur in hoc aliqua inſinuatio.Bal.in auth.eodem curſu.in fin.C.de don. ante nupt. quia vxor nõ donat,ſed lex.Et iſte tex.dicens *donations*, debet intelligi de donationibus ab homine factis,non à iure,quanuis in §.illud.in authen.vt fratrũ filij,colla. ix. dicatur hoc lucrum requirere inſinuationem. quod fortè eſt verum, quando ex ſolo pacto veniret:ſecus ſi à lege,vel conſuetudine.

Ideo dum vxor lucratur mediam partem conquæſtuum,in illa acquiſitio- 33
ne non requiritur inſinuatio:quia ipſo iure acquiritur vi conſuetudinis,ſi tamen maritus donaret vxori inter viuos dimidiam illam partẽ conquæſtuũ, non poterit ob hoc grauari vxor inſinuatione: quia donationem mariti non acceptabit:ſed legis id eſt conſuetudinis, itaque debent eſſe cauti hi matrimonium contrahentes,ne aliquas donationes recipiant, de quibus lex diſponit:alioqui inſinuatione indigerẽt, ſi ſola donatione hominis iuuarẽtur.

Donatio coram iudice an inſinuationem requirat.

Decimotertiò,limitatur ſi donatio facta eſſet coram iudice:quia eo ipſo 34
videtur inſinuata l.omnium.vbi doct.C.de teſta.l.ſancimus.C.de dona.Bartol.in l.Modeſtinus.ff.de donatio.& doctor.in l.fi.C.de prædiis curial.lib.x. Alex,conſi.xx.ponderatis,col.ij.in tertio vol. & an ſi iudex donet coram ſe, poſsit inſinuatio fieri,vide Bart,& alios in l.ſi conſul. ff. de adoptio. & Anto.Capit.in deciſ,Deapol.quæſtio.cciij.in quarto dubio,& ſequen. dicas tamen vt proximè dixi non eſſe ob hoc inſinuationem factam, ſi nulla ſolennia interuenerint.

Renunciari an poſsit in ſinuationi.

Decimoquartò,ſi inſinuationi fuerit renunciatum cum iuramento, vale- 35
bit,vt Bar,& alij videtur tenere,in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſor. & ibi ſcripſi.& doct.in c.cùm contingat.de iureiuran.Guido Papæ in deciſ.eccl.vtrũ renunciatio.Hoc tamen non probarem:quia legi inducenti ſolennitatẽ renunciari non poteſt.l.nemo poteſt.ff.de leg.j.Bald.in dicta l. illud. quæſtio. v.nec valeret donatio non inſinuata, quantuncunque eſſet renũciatum inſinuationi,cui non eſt liberum partibus renunciare,vt ibi,& gloſſ.docet in c. j.de verb.ſigni.in ſexto,vt dixi inferius nu.41.

Pia donatio non inſinuatur.

Decimoquintò, non habet locum in donatione facta in redemptionem 36
captiuorum.l.ſi quis pro redemptione.C.de donatio.facit l.ſancimus.C.de ſacroſanc. eccle. Etiam pro redemptione eorũ, qui ſunt intra carceres pro malefi.glo.in c.ſacrorum.xij.q.ij.Bal.in l.illud.col.j.C.de ſacroſ. eccle.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem si relinquatur ecclesiæ,vel aliis piis locis dicta l.illud.nam cùm ista 37
ordinatio non sit fauorabilis ecclesiis,nec piis locis,quoad hoc non recipitur.c.ecclesia.de consti.vnde docet Panor.in c.clericis. col.iij. de foro competen. quòd statuta de insinuationibus requirentia certas solennitates non seruantur in causis ecclesiarum,etiam in foro ciuili.refert & sequitur Ante. Capi.in decis. Neapol.quæstio.ccj. Sed non præsumitur relictũ ad pias causas,nisi probetur,quòd relictum sit pauperi, vel religioso, vel aliâs congruæ personæ.glos.in l.si quis Titio.ff.de lega.ij.vbi multa addidi,Bald. in d.l. illud.vbi etiam dicit relictum fraternitatibus esse pium,per illum text. scripsi in tractatu.de confratr.

Cõfirmatio principis vim insinuatiõe habet.

Decimoseptimò limita,quando princeps non obstante hac cõstitutione, 38
confirmaret donationem non insinuatam,tunc valeret,vt consuluit Panor. consi.lxxxiiij.illud in summa,in j.volu.vbi consuluit rescriptum principis ex certa scientia confirmans donationem non insinuatam valere,etiam in præiudicium filiorum,quibus erat ius quæsitum spe probabili: quia ista insinuatio est solẽnitas quædam de mero iure positiuo introducta: quamobrem est in arbitrio principis, Alex.in l.quanquàm. C. de testa.mili. probat Alciã. in tract.præsump.reg.iij.in xj.præsump.& doct.in rub. de confirma.vtil. & per totum illum titu. quia cessant rationes suprascriptæ post cõfirmationem ex certa scientia factam.

Iurata donatio etiam insinuatur.

Decimoseptimò limitant quidam in donatione iurata,vt Ioan. Andr. in 39
additio.ad Spec.in titu.de instru. editio.§.porrò.versi donatio.Et hanc sententiam plenè prosequitur Io.Imol.in c.cùm contingat.de iureiurã.in decimo membro.& Soci.cons.lxxvij.& alij multi.Sed tamen ego in contrariam inclino, vt non valeat donatio etiam iurata , si non sit insinuata , tum quòd hîc dicat *toutes*. † Secundò , quòd iuramentum ad hoc vt aliquid operetur 40
requirit tria.Primò, quòd persona sit habilis , vel per iuramentum habilitetur.Secundò,quòd sit generalis forma obseruata. Tertiò , quòd res non sit

Iuramentũ tria requirit.

prohibita.l.si quis inquilinos.in fin.ff.de lega.j.Bal.in l.illud. C.de sacrosan. eccles.Sed quando insinuatio omittitur,generalis forma huius legis nõ seruatur,ergo non valet, siue simpliciter iurauerit super cõtractu, siue iurauerit tenere ratam non obstante insinuatione: quia in vtroque casu requiritur insinuatio.

Primò,quia non potest renunciari legi disponenti insinuationem esse fa- 41
ciendam:quia non est introducta in fauorem donantium : sed in odium recipientiũ clãdestinas donationes,& ne quis prodigaliter sua substantia vtatur.argu.l.Imperator.ff.ad Trebel. Et legi ponenti solẽnitates nõ potest renunciari.l.nemo potest,vbi plenè doct.ff.de lega.j.Barto.in l. si quis pro eo, de fideiuss.& ibi scripsi,& multos hinc inde adducit Bertrã.cõs.xxx.ex casu. colum.ij.in iij.vol.ex nouis editio.plus dicẽs.col.iiij.quòd si quis pluries donauerit vnam rem , valebit donatio sine insinuatione : quia sic iterata caret omni fraude,& suspicione.allegat l.si mulier.C.ad Velleia.& glo.in l. in cõ tractibus.§.illo.C.de non nume.pecu.multa poterat alia adducere quæ Ias. scribit in l.iurisgentium §.sed cùm nulla.ff.de pact.& per Corset.in tract.de gemina. Ego verò puto , quòd si donator repeteret centies donationem,& eam non insinuaret,quod non ob hoc donatio valeret:aliâs esset in potesta-

te do

te donatoris tollere legem iterando actum.& sic non potest expressè,nec tacitè renunciare legi,videlicet per actus iterationũ, alioqui fieret fraus legi, & nunquã insinuatio fieret,quod reprobat l.fraus.ff.de leg. & alia multa iura:& quotidie fieret vna donatio, sicut impij ordinarij collatiões beneficiorum opimorum faciunt,vt abundè scripsi in praxi beneficia.in prima parte.

Qui seront faictes cy apres.

GLOSSA II.

Donationes non insinuatæ valẽt ante hanc ordinationem factæ.

ERGO factæ ante istam ordinationem valent sine insinuatione,siue sint in magna quantitate,siue in parua,ratione consuetudinis Franciæ,quæ nõ requirebat insinuationem. Et sine hoc verbo idem dixi debebat : quia lex non extenditur ad præterita,sed ad futura.l.leges futuris.C.de legib.& c.fi.de consti.

Par & entre noz subietz.

GLOSSA III.

Bona sita extra regnũ donari etiã sine insinuatione possit Subditus qui.

Exteri an donationẽ insinuare debeant.

EGITVR si exterus donaret hîc Paris. bona sita Mediolani, valeret donatio:quia hîc tantùm vult donationes insinuari,quæ à subditis fiunt,& inter Regis subditos:subditos autem hîc voco ratione domicilij,vt dicit glo.sing.in clem.vna.de foro competen. id est omnes qui in regno.degunt : quia legibus Regni subiici debent. quod est verum in bonis sitis in Regno,sed si alibi sita sint,seruabuntur quo ad hoc leges sitæ in illo loco,vbi res sunt,per ea quæ tradit Bartol.& alij in l.j.C.de summa trinita.& Panor.in c.quod clericis.de foro competen.Item hæc verba addita sunt ad tollendum dubium à docto. motum, quòd testamentum,vel donatio debeat insinuari, & registrari , aliâs non valeat : tunc includit etiam exteros,& forenses in loco statuti donantes,vel testãtes:quia talis insinuatio concernit solennitatẽ actus illius loci,in quo fit, ideo adesse debet etiã quo ad extraneos.l.si fundus.ff.de euict. l.ij. C. quemadmodum testamen.aperian.Barto.& alij in l. cunctos populos.C.de summa.trin.hoc enim fit,vt fraus euitetur , & spectat ad officium eius in cuius territorio instrumentum conficitur,vt fraus non adsit.arg.l.congruit.ff. de offic. præsi. Et quando consuetudo vel statutum respicit solennitatem, debet seruari in loco in quo actus geritur.l.j.C.de emancipa.l. si non speciali. de testamen. l.iij.in fin.ff.de testib.non enim debent exteri violare statuta, & leges ciuitatis.c.quo iure,& ca.quæ contra.viij.distinctio. Sic plenè consuluit Panor. consil.lij.in quæstione j.dubio.volu.ij.& Barb.consi.ij.illud.col.vj. in tertio volu.Ego tamen dicerem per hæc verba *entre noz subietz*, hîc posita non esse de mente condentis, vt ligaret exteros ad hanc insinuationem si bona non sint in regno sita. Ergo lex non debet extendi contra voluntatem statuentis, quicquid doct.teneant, quæ possunt intelligi , quando Rex simpliciter statuisset non adiectis his verbis , & sic conciliabuntur diuersæ sententiæ: vel quando instrumentum contractus esset tantùm insinuandum,sed hîc statuit insinuandum in loco vbi res sitæ sunt , ergo non comprehendit extraneos extra regnum bona habentes,sed bene ipsos subditos in Anglia:vel alibi extra regnum bona in regno sita donãtes,itaque si Italus bona in hoc re-

gno sita donaret, requireretur insinuatio per hunc tex. quia subditus dicitur respectu bonorum, quæ in regno habet. Bald. in cap. cùm venissent. de eo qui mittitur in possess. causa rei seruan. diuersum putarem si donaret bona extra regnum sita.

Soyent insinuees ou enregistrees.

GLOSSA IIII.

Registrari eur donatio nes debeãt.

ET SIC donationes non solùm debent in iudicio ostendi & insinuari: sed & registrari, & in actis curiæ describi. alioqui non valent, vt hîc. fiunt enim hæ scripturæ, vt quod actum est, facilius probari possit. l. contrahitur, in fine ff. de pignor. Per librũ enim registri validior & efficacior fit probatio, quàm per aliud probationis genus. l. census. ff. de probatio. Ludouic. Roma. consi. ccxv. duo, & vt volens rem emere, possit perquirere curiæ libros, & sic videre an sit alteri donata necne, & vt sibi prouideat.

Insinuatio à quo petenda sit.

Sed quis hanc petere debeat insinuationẽ? Respond. is cuius principaliter interest. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. §. legatarius. de testamen. in institu. facit l. si quis nec causam. ff. de rebus creditorum. Ideo donatarius eum petere debebat: quia sua principaliter interest, vt donatio valeat: alioqui nil consequi ex ea poterit. Et si is omittat, potest quilibet prętẽdens interesse eam petere insinuationem, vt docet Bart. in l. si res. ff. quibus modis pignus soluit. Vnde si insinuatio testamenti non fuerit ab hærede facta in casibus, quibus fieri debebat, nocebit substitutis & legatariis, qui eam debebant petere, vt probat Alexan. consi. lxv. quoniam. nume. 28. in sexto volu. & facta his proderit, & aliis ius ex testamento prætendentibus. l. fina. §. simili modo. C. de iure dotium. l. in hac. de donatio.

Item donator insinuationem petere poterit. l. in hac, ibi, donator habeat liberam facultatem donationis rerum suarum vbicunque positarum, & c. prout maluerit publicare. C. de donatio. §. illud. in authent. vt fratrum filij succedant. collatio. nona, etiam donatario absente: quia nemo potest impedire, ne quis volũtatem suam declaret. l. Lucius. in fine. ff. de legatis primo, Bald. in l. prima. C. de litis contestatio.

Et ipse testator insinuationem testamenti petere poterit, in quibus casibus requireretur, dum viuit. l. omnium, & ibi Bald. C. de testamen. Non autem hæres viuente testatore: quia nil adhuc iuris habet eo superstite, cùm deambulatoria sit vltima voluntas vsque ad extremum vitæ exitum. l. prima. C. de sacrosanctis ecclesiis, & testamentum morte confirmatur. l. cùm hic status. ff. de donatio. inter virum & vxorem. cap. cum Marte. de celebratio. missarum.

Excommunicatus non potest insinuationem.

Excommunicatus tamen insinuationem coram iudice petere non potest, nec iudex ei assidere, teste bald. in cap. cùm inter. in fine. de exceptio. vt scripsi in rubri. de excommunica. vitand. in trigesimoseptimo, pœna excommunicatorum. Si tamen peteret insinuationem, non esset ob hoc nulla, sed iudici datur facultas illum repellendi, quando præsentabitur ab excommunicato, vt docto. docent per illum textum, in c. intelleximus. de iudiciis.

En nos

En nos cours & iurisditions ordinaires des parties & choses donnees.

GLOSSA V.

Insinuatio coram quo iudice fieri debeat.

1 ISTE text. declarat coram quo iudice insinuatio fieri debeat, & primò dicit in curiis nostris, *en nos cours*. ergo coram iudicibus Regiis, & sic non valeret insinuatio facta coram iudicibus Baronum, vel aliorum dominorum, licet quidam interpretes dicant, quòd insinuatio possit geri coram quocunque iudice: etiam si non sit iudex partium, rei vel loci, per l. data. C. de donatio. l. in hac. ibidem. & §. illud. in authentica vt fratrum filij. colla. ix. ibi, aut apud quos omnia talia documenta fieri possunt, quoniam insinuatio est actus voluntariæ iurisditionis, qui fit inter volentes. §. nulla. in authen. de defen. ciuit. colla. iij. & ibi glo. & ita tenet Io. And. in additio. ad Specul. in titu. de instrumen. editio. §. porrò. Bal. in ca. fi. in fin. de offi. iudic. quem refert & sequitur Guido Papæ consil. xxiij. viso facto. col. v. & q. cccxxv. tamen ad euitandas opiniones hîc statuitur, quòd coram iudicibus Regiis. Et hodie est contentiosæ iuriditionis, quia poterunt opponere consanguinei dicentes donantem esse furiosum, tempore quo donauit. Quanuis Cana. contra. q. xij. nec valeret nisi donatio sit insinuata coram iudicibus Regiis.

Requisita in hoc tex.

2 Et sic ex hoc tex. habes requisita. Primò, requiritur quòd donatio facta sit secundò, quòd capaci, aliàs non valeret etiam cum insinuatione: vtpote si facta esset extero, qui sine literis naturalitatis bona sibi in Regno acquirere non potest, vt scripsi in tract. de liter. naturalit. Tertiò, quòd insinuata sit donatio, ibi *insinuees*. Quartò, quòd coram iudicibus Regiis illius loci, vbi res sita est, vt superius dictum fuit. Quintò, requiritur quòd sit iudex ordinarius, vnde si Paris. donet rem, quæ sit in iurisditione Paris. sita, debet insinuari Paris. coram iudice Regio, qui erit dominus partium & rerum, id est, si sit, res sita in bailliuia, & domicilium, etiam non poterit fieri insinuatio coram alio iudice, quàm ordinario iudice casteleti. Imò non sufficeret si esset iudex, nisi sit ordinarius loci, ergo iudex appellationum, aut conseruator, aut iudex criminum non posset approbare: & approbatio non valeret per hoc verbum, *iurisditions ordinaires*. Etiam non sufficeret, si esset iudex ordinarius nisi sit itidem iudex ordinarius partium, vt hic *des parties*. & iudex ordinarius dicitur, qui iure suo, vel principis beneficio vniuersaliter iurisditionem exercere potest. l. more, & seq. ff. de iurisd. omn. iud. Spec. in tit. de offic. ord.

Iudex ordinarius partiũ & rerum quis dicatur.

3 Nec valeret prorogatio partium in alium iudicem: tum quia hoc datur hic pro forma, quæ si non seruetur, vitiat actum. l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transactio. cap. cum dilecta. de rescript. tum etiam quia in hoc Regno iurisditiones sunt patrimoniales, ob id non facilè prorogantur, vt scripsi in tit. de causis in concord. & alius iudex ignorare posset conditionem donantis: nec requiriret vtrum donans fuerit deceptus nec ne, aut dolo nductus ad donandum teste Guid. Papæ in decis. cccxxv potest fieri.

4 Sed si Paris. ciuis rem vendat Aureliæ sitam, debet insinuatio fieri Aureliæ. quia ille iudex est iudex partium & rerum quo ad illam rem: & sic

quo ad insinuationem, vt per totum titulum. C. vbi in rem actio exerceri debeat.

Duplex insinuatio nõ est facienda.

Nec refragatur, quod quidam dicunt faciendam esse insinuationem & 6
Aureliæ, vbi res est sita: & Paris. vbi est domicilium, per istum tex. cui respõ. verum esse, quando res est sita in loco domicilij, tunc opus est vt insinuetur coram iudice partium & rerum. diuersum est, si res sit alibi sita: quia tunc sufficit quod in loco, in quo res est sita, insinuatio fiat coram iudice Regio illius loci. Nam ille iudex dicitur quo ad hoc iudex partium & rerum, nec iste text. adstringit nos ad duplicem insinuationem. Imò hodie declaratum est per Regem Henricum insinuationem esse faciendam in iurisditione Regia, vbi bona donata sita sunt, & sic sufficit.

Insinuatio in iudicio fit.

Sextò requiritur, quòd fiat in curia, & in iudicio, ibi, *en noz cours & iurisditions ordinaires*, & sic domi facta non valeret: quia non esset facta in curia, & non conuenit cõstitutioni, vt scripsi in §. cùm verò. de colla. in concor. 7

Instrumentum donationis ad verbum in iudicio conscribi debet & in actis redigi.

Septimò requiritur, quòd instrumentum donationis sit in actis curiæ cõ 8
scriptum, & ad verbum, ibi, *enregistrees*, si tamen aliquod verbum omissum esset, non vitiaretur ob hoc insinuatio, per not. in l. edita actio. C. de edendo. Et eo ipso quod iudex est præsens, & approbat donationem, ex ipsa insinuatione ius donatario acquiritur: per istum text. & probat Canar. q. iiij. debet tamen iudex eam suscipere. l. secundum diui. C. de donatio. aliâs non sufficeret præsentia, si nihil diceret. Sed si dicat eam in actis describendam, eo videtur illam recipere, teste Bald. in l. illud. C. de sacros. eccle. etiam sufficit si dicat, recipimus dictam donationem, si & inquantum de iure valet, & recipi debet. † Et si nollet recipere, posset pars à denegatione appellare, 9.
& iudex appellationis reciperet: vel cogeret primum iudicem ad recipiendum. Imò posset illum ad mulctam condemnare, si absque causa recusaret, & duplum parti resarcire ille iudex teneretur. §. & hoc peruenit. in authen. vt nulli iudic. colla. ix. Canar. q. xv. & effectus computaretur à die insinuationis perperam denegatæ, vt in glos. seq. Nam quod per me non stat, mihi non est imputandum. l. in iure ciuili. ff. de reg. iur.

Iudex insinuationem recusans quomodo puniatur.

Autrement seront reputees nulles.

GLOSSA VI.

Donatio est imperfecta ante insinuationem.

PRIMVM hic annullatur donatio sine insinuatione, probatur in l. sancimus. in princ. ibi, sed hoc pro non scripto, vel intellecto esse credatur. C. de donatio. Et in effectu donatio ante insinuatione est imperfecta, & non completa, ac pro non facta. l. fin. C. de donatio. ante nupt. Ideo nullum effectum habet ante insinuationem, sed ab eo die incipit effectum habere, quo insinuatur, vel recusatur sine causa, vt superius scripsi, vnde non poterit donans cogi ad petendum insinuationem cùm donatio non habeat effectum, & non sit perfecta nec completa anteà: † imò poterit donans posteà alteri donare, cùm pro non scripta sit, & non perfecta donatio ante insinuationem: etiam rem traditam repetere condictione sine causa. glo. & doct. in l. j. ff. de donatio. & in l. cõtractus. C. de fide instrumento. Ego tenco, quòd per donationem, & traditionem dominium est in pendenti. arg. §. si filiusfam. ff. quib.

Donatio secunda ante insinuationem an valeat.

quib. mod. ius pat. pot. soluit. Quamuis Cana. q. xxvj. teneat transferrẽ dominium, si res tradatur: quia talis donatio non est contra legem. l. nõ dubium. C. de legib. Sed fac esse, tamen quia pendet an insinuatio fiet, vel non, interim non potest transferri dominiũ: quia si non fiat insinuatio, donatio habebitur pro non scripta, ideo interim dominium non transfertur.

Non refragatur l. traditionibus. C. de pact. quia loquitur quando præcessit causa habilis ad transferendum dominiũ. doct. ibi, sed ista donatio non in insinuata nõ est causa habilis ante insinuationem: ergo nõ transfert dominium. Et quia ipso iure hic annullatur, ideo dominium interim transferri non potest irreuocabiliter. Bar. & alij in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de ver. obli. & in l. cum lex. de fideiuss. Bal. in l. ij. qui. C. de appel. & in l. vniuersa. C. de precib. Imper. offer. Nã sicut ex imperfecto testamento nil debetur etiam Imperatori. l. ex imperfect. ff. de leg. iij. l. ex imperfecto. C. de testa. Sic nec ex donatione imperfecta, nec ex ipsa venditione. l. j. ff. de pericu. & cõmo. rei vend. Ideo dicit hîc tex. *autrement seront reputees nulles, & ne commenceröt à auoir leur effect, que du iour de ladite insinuation*, vt sequitur.

Et ne commenceront à auoir leur effect, que du iour de ladite insinuation.

GLOSSA VII.

Donare quis an possit secundo ante insinuationem.

SECVNDVM est, quòd effectus donationis ab insinuatione incipit, ergo anteà, si res fuerit donata alteri valebit cum insinuatione: quia prima donatio non habet effectum ante insinuationem: ideo si tradita sit secundo cum insinuatione in eum dominium transfertur, per l. quoties. C. de rei vend.

Lucretur an donatarius fructus ante insinuationem.

Tertiò, non lucratur fructus donatarius ante insinuationem: quia donatio non habet anteà effectum: per istum tex. & haberet effectum donatio, si interim donatarius lucraretur fructus, nec ex imperfecta donatione & nulla, potest quis aliquid emolumenti consequi. capit. ad dissoluendum. de despon. impuber.

Obligari res donata an possit ante insinuationem. Venditio ante insinuationem an valeat.

Quartò, si interim donãs obliget omnia sua bona, videtur istã rem donatam non insinuatam obligare: quia dominus remãsit ante insinuationem, ideo præfertur habẽs hypothecã donatario posterioris, per reg. qui prior.

Quintò, si donatarius illam rem donatam vendiderit ante insinuationẽ, vel obligauerit, & donãs moriatur nõ facta insinuatione, nulla est donatio: sic & venditio, & hypotheca: quia resoluta donatione ex defectu insinuationis, & emptio resoluta censetur, vt docet Barto. Bal. in l. ij. C. de rescinden. venditio. q. xiij. facit l. si domus. §. si fundus. ff. de leg. j. & l. vxor patrui. C. de leg. l. lex vectigali. ff. de pigno. Bal. & Alex. in l. si res. de leg. j. Et istud tenendum est, quando voluntas eius, qui non insinuauit, nõ fuit ad hoc directè ordinata, vt donatio resolueretur, vt non insinuare, vel non soluere canonem tunc resoluitur: alioqui cõtra, vt not. Bar. in l. in diem. ff. de aqua plu. arc. Anto. Negus. in trac. de pign. in primo membro quintæ partis, nu. 45. diuersum in pignore scribit Bar. in l. si res. ff. de pign. & Alex. consi. lxv. quoniã. nu. 20.

Sextò, si donauerim alicui rem, nec tradidero, tamen ille cui donaui non tradita possessione in eo loco ædificauerit me sciente. Et cùm ædificauerit nactus

Ædificanti in loco donato ante insinuationē quomodo succurratur.

nactus sim ego eam possessionē,& petat à me rem donatam,& ego excipiā, quòd supra legitimum modum facta est,& non insinuata,de dolo replicandum est,dolo enim feci:quia passus sum eū ædificare,& nō reddidi impensas.l.pure.§.si donaui.ff.de doli exceptio,Ideo teneor vel donationem perficere,vel expensas ædificiorum reddere.l.in fundo.ff.de rei vendi.

Et ce quant aux donations faites en la presence des donataires,& par eux acceptées.

GLOSSA VLTIMA.

ET HIC finis declarat præcedētia, ad donationes factas in 1
præsentia donatariorum,videlicet donationes factæ in præsentia illorum,& acceptatæ nō habeant robur,nec effectum ante insinuationem:quia ex donatione imperfecta non potest acquiri:& imperfecta dicitur ante insinuationem:vt superiùs probatum fuit:etiā si fuerit acceptata,de qua acceptatione multa scripsi in tract.de Regia accepta.in concord.

Insinuatio intra quod tempus fieri debeat.

Sed intra quod tempus debeat ista donatio insinuari? Respon. hic non 2
apponitur tempus,ergo est in electione partis.ideo etiam ex interuallo fieri poterit.l.fi.§.similiq; modo.C.de do.ante nup.& authen.ibi posita.Lud. Roma.consi.ccxv.duo sunt.quia est meræ facultatis, & voluntariæ iurisditionis,quandiu tempus insinuationis durat,tex.iuncta gl.in §.nulla.in auth. de defenso.ciuit.coll.iij.Ideo intra triginta annos fieri poterit.l.licet. C.de iure delib.l.cùm acutissimi.C.de præscr.xxx.anno.Et sicut donare à principio est voluntarium.l.sicut.C.de actio.& obl.sic & insinuare:nam donatarius agere potest contra donantem,vt tradat rei donatæ possessionē,vsque ad triginta annos.Bal.in d.l.illud.q.vij.

Aliqui verò dicebant in hoc regno insinuationem esse faciendam intra 3
decem annos per ordinationem Regiam, & quia obliuio præsumitur per decem annos.l.peregrē.ff.de acq.pos.Ego dicerem insinuationem donationis inter viuos fieri posse,quandiu donans viuit,& in eadem perseuerat voluntate: quia omnia sunt integra, probatur in d.§.similiq; modo.Sed post mortem fieri insinuatio nō poterit:quia nec donatio, & sic post mortē duo extrema nō sunt habilia,vt docet Bar.in l.si is qui.ff.de vsuca.& bonū esset

Donatio an reuocanda sit ante insinuationē.

constituere tempus ad hanc insinuationē faciendam.†nec est necesse reuo 4
care donationē:quia sine insinuatione in isto text.annullatur:sed impedire potest donans,ne notarius instrumentū donationis donatario tradat,si eum pœniteat,& posteà insinuari nō poterit,& si notarius conueniatur,& ab eo petatur donationis instrumentū,tunc donās declarabit nolle donationem perficere.hoc probatur per doc.in c.ex parte decani.de rescr.& in cle.vna. de renunc.donatio verò causa mortis,nec ante mortem nec post est insinuāda:vt superius scripsi.& ita declarauit Rex Henric.vt in sua declaratione patet.si tamen donans eam reuocauerit,valet reuocatio in casibus vbi potest

Si nullus sit iudex eo loco vbi insinuatio fieri debeat.

reuocari:quia si facta esset fauore matrimonij, reuocare eam non posset donans facto matrimonio,vt censuit senatus in publica prouincia natiuitatis do.anno 1551.sed insinuatio fieri poterit,quandiu viuent partes.

Si tamen fuerit impedita insinuatio, fortè ad bellum nullus erat iu- 5
dex,

dex,tunc poterit insinuatio fieri,quando ius reddetur,argumē.l.facta.§.bonorum.ff.ad Trebellia.vel coram superiore illius iudicis fieri poterit,aut in proximo loco,in quo ius dicitur,licet res non sit in eo loco, vel si donatarius non petierit putans statim iudicem ius redditurum,forte à Rege reluaretur,etiam si non petiisset intra tempus à statuto præstitutum,vt ibi.vidi tamen,& melius est tempore quo bellum erat Bologniæ,insinuationē fieri in iurisditione proxima locorum,impetratis tamen literis Regiis,in quibus hoc permittebatur.Et quòd ita valeret sicut si esset facta in eo loco,in quo bona erant sita.

Minor vel nari potest ab insinuatione omissa

Idem putarem in minore,qui non petiit insinuationem, vt restitui ex hoc posit,vt consuluit Alex.consi.lxv.quoniam,in sexto vol.quē sequitur Man 11
rit.in tract.de restitu.c.clix.Nam regula est,quòd restitui minor potest si sit læsus,& per suam facilitatem vt hîc.l.nam posteà.§.si minor.ff.de iureiurā. scripsi in tract.de restitu.articu.j.supra.

Qualiter insinuatio fieri debeat

7 Qualiter fiat insinuatio? Respon.Ioā.And.in d.§.porrò.opportere quòd subscribatur donatio,& publicetur coram iudice, nec requiritur alia scriptura.Etiam non requiritur decretum,teste Bar.per l.Modestinus.ff.de donatio.quia iura hoc non requirunt:sed quod in præsentia iudicis ostendatur.pro hoc est tex.in l.fina.C.de præd.curial.lib. x.licet Guliel.de Cuneo teneat contrà,in l.illud.C.de sacrosanct.eccl.per gl.in §.fi.in verbo nisi,in authen.vt non fiant pignora.colla.v.& idem docet Alfon.de Montaluo in foro Regal.rub.*de las mandas*.in l.xiij.Et hæc opinio est vera,& tutior:quicquid dixerit Bar.vt docet Cuido Papæ in decis.Delphina.quæstio.cccxxv. potest fieri,& consi.xxiij.viso facto.num.6.vbi plus dicit,quòd si decretum fuerit appositum,per decreti appositionē insinuatio facta dicitur, per l.primam.C.de prædiis curial.lib.x.

Praxis insinuationis faciendæ.

8 Alij dicunt,quòd necesse est donationē fieri in præsentia iudicis,vt Bar. in d.l.Modestinus.ff.de donatio.& de Cana.in tracta.de insinua. quæstio.ij. Ego arbitror hoc nō esse necesse,imò coram duobus notariis in hac patria fieri poterit,extra iudicis præsentiam,& in aliis locis coram notario & testibus,& posteà donationis instrumentum iudici præsentabitur, & petetur vt eam approbare dignetur,vel supplicatio adiungetur donationis instrumento,& iudex præcipiet scribæ seu grapherio,vt illud instrumētum legat:demum cùm nulli sint opponentes,interrogabit donantem,qua de causa donet,an dolo inductus sit,vel fraude.Et si respondeat nō esse inductū, iudex approbabit,& recipiet dictam donationem sine præiudicio alterius, & hæc approbatio etiam in actis describitur,locus,tēpus,annus,& dies:& ad verbum debet inseri donatio in actis.& sic dicitur registrari,& facilior erit probatio ex dictis actis volentibus donationem habere.

Confessio partium nō probat insinuationem.

Et oportet, quòd hæc insinuatio probetur per scripturam:alioqui non credetur insinuationem factam,etiam si donans,& donatarius confiterentur,teste Ioan.Fabr.in l.fina.§.j.C.de donatio.ante nupt.Nam vbi oportet quòd solennitas interueniat,non sufficit confessio solennitatis, sed ipsa solennitas opus est quòd probetur: vt plenè Felin.docet in c.cum dilecta.de rescrip.alioqui donans & donatarius possent legē circūuenire, confitendo insi

Universidad de Deusto Biblioteca

insinuationem factam:sicut dico de collatoribus,vt nõ credatur illis super insinuatione nominatorum,aut graduatorum:quia multi iniqui collatores, vt non perderent collationem,dicerent insinuationem factam esse,quanuis hoc verum non esset.§.teneantur.de co lla.inconcord.vbi scripsi.

Citatio in insinuatione non requiritur.

Et quando fit insinuatio,non requiritur,quòd aliquis citetur,nempe in agnitione bonorum aduersarij non requiritur citatio:quia actus non consistit in contradictione.Bar.in l.in hac.C.de dona.Bal.in l.fi. C.qui admitti. Cana.quæstio.iiij.nemo enim impedire potest,vt quis voluntatẽ suam non declaret.gl.in l.Lucius.in fi.ff.de leg.j.& l.fin.de cura.fur.Bal.in l.j.C.de litis contesta.etiam quia nulli fit præiudicium nisi donanti,ergo sufficit illius habere consensum.l.si auia.C.de donatio.Bal.in dicta l.illud. 10

Causæ cognitio an in insinuatione requiratur.

Et ideo non requiritur causæ cognitio in insinuatione:quia in donãtis facultate consistit,& sic quolibet die & loco fieri poterit.l.in hac.C.de don. etiam extra territorium,cùm sit voluntariæ iurisditionis.l.emancipari.ff.de adop.& potest iudex eam non admittere,sed si absque causa recusaret,faceret litem suam,per §.& hoc peruenit.in authen.vt nulli iudi.colla. ix.Oldr. consi.ccliij.factum tale.Ego contrarium teneo:quia requiritur,quòd fiat in curia,ergo non extra,nec in quolibet loco,nec domi,vt scribit Oldr.& superius tractaui. 11

Feriatis diebus an insinuatio fieri possit.

Item non potest fieri die feriata,in qua omnes clauduntur actus.l.fi.C. de feriis,quanuis Cana.quæstio.vj.contrà teneat,& Old.vbi suprà.Et iudex potest eam insinuationẽ recusare, si videat donãtem fortè dolo inductum & blanditiis bonis suis spoliatum.Ideo iudex debet interrogare donantem de causa,quare donat,vt Bal.dicit in l.si consul.ff.de adop.arg.l.penul.in fi. C.de prẽd.curial.lib.x.alioqui cur præsentia iudicis requireretur,si nõ posset eã recusare? Certè lex Regia istam non introduxisset insinuationem sine effectu,scilicet vt quilibet possit scire,an res pertineat ad donantem,ex rationibus adductis. 12

Scribere in insinuationẽ iudex non potest.

Et sic potest iudex etiam esse tabellio,cùm hic actus sit volũtariæ iurisditionis,& in quibus de plano proceditur,potest quis esse & iudex & tabellio.l.iubemus.§.his quoque.C.de sacrosc.eccl.docet Bal.in d.l.si cõsul.quæstio.vij.Cana.q.viij.Quod non puto verum:quia officia nõ debent commiscri,& scripta donatio debet iudici insinuari,& Iudici non datur, ratione officij,vt scribat,sed scribam habere debet.c.quoniã contra.de proba.Ideo ipse debet authoritatem suam interponere,quã scriba, seu Grapherius aut actuarius rediget in acta & donationem,& alia coram iudice facta in regestum describet,quæ non posset iudex,imò notarius seu grapherius posset cõtradicere:quia suum vsurparet officium. 13

Opponi quid possit contra instrumentum insinuatum.

Vltimò an contra instrumentum insinuatum possit opponi,& quid? Respon.Cùm in insinuatione nullus vocetur,ideo postea non tollitur facultas opponendi contra instrumentũ,vnde poterit opponi quòd est falsum,quòd in fraudem fisci factum vel simulatum.Bal.in l.illud.q.vij.C.de sacrosan.eccle.Cana.quæstio.lx.& alia quæ contra instrumentum opponi possunt,scribit nepos de monte Alba.in suo tract.in forma oppositio.cõtra instrumẽta, vel quòd sit facta hæc donatio à prodigo,cui bonis interdictũ erat.l.is cui. ff.de verborum obligatio.vel ab infante,& furioso,& aliis,qui donare non possunt 14

possunt.l.filius fa.ff.de don.l. si quæramus. de testa.alia iusta opponi poterunt,si competant:alioqui caue animæ tuæ ne opponas, quod verum non est,vel probare non potes,& tutiùs facies,si tę inanibus sumptibus,vel partem tuam non vexes.l.j.ff.de inoffi. testa.

Et quant à celles qui seront faites en absence desditz donataires : les notaires stipulans pour eux , commenceront leur effect, du temps qu'elles auront esté acceptées par lesditz donataires en la presence des donateurs , & des notaires, & insinuées,comme dessus:autrement elles seront reputées nulles

Articulus secũdus.

GLOSSA I.

1 SVPERIVS dictum fuit omnes donationes insinuandas, alioqui nullas existere.hæc de donationibus intelliguntur:quæ in præsentia donatariorum fiunt,sed nunc decidit,quid in donationibus,quæ fiunt in absentibus,vt in l.absenti.ff.de donatio.& dicit habere effectum à die quo fuerint acceptatæ & insinuatæ,& nõ antè. *Requisita vt donatio absenti valeat.*

2 Et sic sequentia ex isto tex.requisita eliciuntur. Primum, quòd donatio fuerit facta,ibi *qui seront faites*,si ergo quis promiserit donare,non habet locum iste tex.quia nõ est donatio,sed promissio de donando,& aliud est promittere,donare,& aliud est donare.l.j.C.de pact. pigno.doct.in l.aliud est vendere.ff.de reg.iur.

3 Secundò requiritur,quòd donatio fuerit facta absenti,per l.absenti.ff.de dona.alioqui si præsenti,haberet locum præcedens articulus.Absentem eũ reputamus,si non adsit in loco,in quo est donans,etiam si in hortis sit,quanuis ille aliquando dicatur præsens.l.præsens.ff.de procu.Absentẽ eum etiã dicimus,qui nescierit donationem sibi fieri:& sic dormiens,furiosus, & alij id genus absentes dicuntur.l.absentem.vbi dixi.ff.de verb.sig.& curator eorum abceptare donationem poterit,vt inferius dicetur. *Absens quis dicatur quo ad donationẽ.*

4 Tertiò requiritur,quòd notarius stipuletur pro absente,ibi,*les notaires stipulans*.Alioqui non valeret.nam publica persona,vt notarius,alteri stipulari potest.§.alteri.de inutil.stipu.in insti.& l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verbo. oblig.Sed qualiter debet concipere verba,vel promittis mihi stipulanti nomine talis,vel promittis mihi quòd dabis illi,primũ frequentius est,vt Bar. docet in l.non aliter.ff.de adoptio.& in l.ij.rem pupilli saluam fore,abũdè Anto.Cap.in decis.Neapol.q.lxxiij. *Notarius stipulãdo alteri qualiter verba concipere debeat.*

5 Quartò,donatio debet acceptari,& anteà nõ habet effectum.nam beneficium non acquiritur absenti,donec is acceptauerit,vt suum dici valeat,c. si tibi absenti.de præben.in vj.Et qui non acceptat aduersarij verba,nõ põt se illis iuuare,vt docet Bal.in l.iij.C.de repub.hæred.& renunciatio non nocet renuncianti,si non fuerit per partẽ acceptata.Bar.& Ias.in l.postquàm liti.C.de pac.& Ias.in l.error.col.ij.de iuris & fac.ign.plura scripsi de acceptatione in rubri.de Regia acceptatio.in concor. *Acceptari donatio debet & quo modo.*

6 Quintò requiritur,quòd hæc acceptatio fiat in præsentia donantis, & nota

notariorum ibi, *en la presence des donateurs & des notaires.* Hoc tamen est declaratum artic. seq. quod hæc donatio possit acceptari per donatarium, vel per ipsius procuratorem specialem.

Praxis donationē acceptandi.

Item sufficit acceptatio facta in præsentia donantis, vel procuratoris 7
ipsius specialiter ad hoc cōstituti. Sed declarauit Rex Henricus anno 1549. in mēse Februario, quòd donatarij possunt acceptare donationes, etiam in absentia donatorum dummodò fiat acceptatio coram notario & testibus: aut coram duobus notariis, & quòd fuerit acceptata superstite donante, & quòd instrumento acceptationis inseratur ad verbum donatio sibi facta, & notarius scribat, quòd tali anno & die fuit facta donatio tali, qui certior factus de ea per instrumētum donationis in præsentia sua eam acceptauit: donationis tenor talis est, transcribat donationem, & dicat talem donatarium acceptasse talem donationē, & omnes eius qualitates, & clausulas. Poterit etiam hæc acceptatio fieri in iudicio, dum insinuatur: nempe absens cui fuit donatio facta, poterit instrumentum donationis ostendere iudici, dicēs sibi fuisse factam donationem absenti, quam nunc acceptat, petiq; eam insinuari, & in actis describi, & iudex eam recitari coram se faciet, & approbabit: demum actuarius annum & diem insinuationis & acceptationis scriber, donationisq; instrumentum & actum in iudicio dicet, & posteà parti ista tradē tur: & sic erit facta & insinuatio & acceptatio.

Acceptatio donationis fieri potest coram quibuscunque notarijs

Etiam vult artic. sequens, quòd hæc acceptatio fiat coram notario, qui 8
confecerūt donationem, vel coram aliis, seu tabellionibus aut personis publicis, etiam per interpositam personam donatio consummari potest. Pōp. in l. etiam. ff. de donatio.

Effectus nō habet donatio ante acceptationē.

Sextò requiritur quòd donatio sit insinuata, ibi *& insinué comme dessus* vn 9
de si donatio facta sit absenti, nō dubiū est de iure valere. l. absenti. ff. de donatio. Tamen non habet effectum ante acceptationem. & sic si interim venditur illa res donata, dominium transit in emptorem facta traditione, cùm interim non habeat effectum per istum tex. † Item cùm hic tex. dicat acce- 10
ptationem & insinuationem necessarias, quænam istarū præcedere debeat? Respon. cùm hic text. non dicat, potest quis acceptare, & posteà insinuare, vel contra, per tex. in l. j. in fi. ff. de vulg. vbi ordo non necessarius omitti potest, & insinuendo acceptare potest, vt superius dixi. † Ista tamen insinuatio 11
sufficit, quòd fiat in iudicio coram iudice, seu eius locū tenente: nec requiritur quòd sedeat pro tribunali, sicut quando iudex tractat causas iurisditionis contentiosæ, vt in l. j. ff. de iudic.

Coram iudice non sedēte pro tribunali fieri potest insinuatio.

Posthumus quomodo acceptare poterit.

Quomodo posthumus acceptabit? Respon. curatorē ventri constituendum, qui posthumi nomine acceptet, & idem in furioso, prodigo, & similibus: vt patet per totum titu. ff. de curato. bonis dando. Et si non fuerit datus curator, poterit posthumus posteà per restitutionem petere insinuationem, & acceptare. Nam silentium his personis imputari non potest. l. si hæres. in fi. ff. fami. erciscun. Et potest quis stipulari filiis etiam nascituris, Barto. in l. quod dicitur. ff. de verbo. obliga. Guido Papæ quæstione cclxvij. pactum, & Deci. consilio ccxlv. in causa. Et notarius poterit illis stipulari, gloss. in l. hujusmodi. ff. de legatis primo. Bartol. & alij. in l. si pupillus rem pupilli saluam fore. Bertrand. consilio cxxxviij. ex themate. column. j. in secundo volu. ex

lumi. ex noua editione. & consil. cxl. nu. 17. ibidem. Et sic per istum text. oportet vt curator vel constituatur, vel mater aut consanguineus accepter, & insinuet nomine infantis, aut posthumi: & curator nomine furiosi, prodigi, aut dementis.

Acceptatio quando fieri debeat

13 Quæro quando ista acceptatio fieri debeat? Respon. glo. in l. consensu. ff. de act. & obliga. & in l. j. de contr. emp. quam sequitur Panormi. in c. dilectus. de spōs. & Hypp. Marsi. in pract. sua criminal. §. postquàm. nu. 29. & seq. vbi dicunt acceptationem fieri debere eo tempore, quo fit renunciatio, vel donatio, sed contrarium est verum, vt in art. seq. patet, & per l. etiam perinterpositam, ff. de donatio. Et superius abundantius scripsi artic. j. glossi. vlti. potest enim fieri quamdiu viuit donans, & in eadem perseuerat voluntate, poterit etiam hæc acceptatio donatarij fieri per procuratorem specialem in absentia donantis. Nam ea quæ per nos facere possumus, & per alios fieri possunt, nisi à iure prohibeantur. §. j. de his per quos agere possumus. in instit. hîc non prohibeatur, ergo sic fieri poterit.

Encores que par les lettres & instrumens d'icelles y eust clause de retention de l'vsufruict.

GLOSSA II.

L. quisquis declaratur

HIC declaratur l. quisquis. C. de donatio. vbi si donans rem retineat sibi illius rei vsumfructum, videtur eam tradere: & transfertur dominium, & possessio in donatarium, non tamen hîc, nisi donatio fuerit acceptata, & insinuata, cùm iste textus hoc prohibeat. Licet aliâs donans domum vel aliam rem Titio cum retentione vsusfructus, videatur rem tradere & possessionem, adeò quòd donatarius potest vti interdicto vti possidetis, & dicere se saisitum, teste Masuer. in sua pract. rubr. de possessio. §. item cùm quis dat rem immobilem. sed hodie non per istam legem Regiam, antequàm sit acceptata, tradita & insinuata alij, dicam in tract. de mater. possess. in iij. tomo consti. Regiar.

Ou constitution de precaire.

GLOSSA III.

Constitutio precarij an transferat possessionē & quam.

NOTANDVM est, quòd donans pratum, vel aliam rem alteri, si in instrumento constituat se illud possidere nomine precarij donatarij, transfertur possessio in donatarium. l. in rebus. ff. de precario. Nam quod meo nomine possideo, possum & alieno nomine possidere, nec enim muto causam possessionis, sed desino possidere, & alium possessorem ministerio meo facio: nec idem est possidere, & alieno nomine possidere: nam is possidet, cuius nomine possidetur. l. quod meo. ff. de acquir. poss.

Noua declaratio in cōstitutione precarij cōtra doc.

Sed videtur obstare l. & habet. §. eū qui precario. ff. de prec. vbi rogatus & qui rogat vterque possidet. Ergo non transfertur possessio, respond. aliquando quis rogat me vt precario concedam ei domum, si concedam, possidet naturaliter & corpore, vt dicit ille §. & ego ciuiliter animo, nec enim concedendo amitto possessionem ciuilem. l. clàm possidere. §. j. ff. de ac-

Universidad de Deusto Biblioteca

quir.possess.sed si donem domum alicui,& constituam me possidere precario nomine ipsius,tunc & naturalis & ciuilis possessio in donatarium transfertur.ratio est in hoc vltimo casu, quia constituendo me precario nomine ipsius possidere, illam possessionem naturalem quam habebam transfero in illum,& sic confiteor me possidere suo nomine,tam naturaliter quàm ciuiliter.l.non solùm.in fi.ff.de vsuc.diuersum est, quando meam domũ concedo non præcedente titulo,alicui nomine precario, quia tunc ipse quamdiu voluero possidet naturaliter,& mea voluntate,& ego ciuiliter.Et ita videtur dicendum:quamuis doct.non animaduerterint,licet tradant differentiam, an quis constituat se possidere nomine alterius, an nomine precario alterius,quia constituendo se possidere nomine alterius transfertur possessio vtraque, si nomine precario naturalis tantùm. dixi hoc non esse verum: quamuis D.Tiraq.in suo trac.de iur.constit.poss. multos ad hoc adducit comites.Sed non aduerterunt:quia siue quis se constituat nomine alterius possidere simpliciter,siue precario nomine,is qui sic constituit,non possidet, si præcesserit titulus habilis.alioqui esset contrarietas in eodẽ subiecto, quòd quis possideret per se, & nomine alterius, quod non potest esse. d. l. quòd meo.Ergo illa doct.doctrina non est vera:sed est intelligenda vt superiùs distinxi.Nam si absque titulo rogem,vt des precario, & dederis, vterque nostrùm possidet:si verò rem à te mihi donatam precario possides, vtraq; possessio est apud me dominum rei:quia ille qui habet, mihi, & non sibi possidet,dicta l.quod meo.& l.non solùm.§.fi.de vsucap.

Effectus singulares cõstituti.

Notandi sunt effectus singulares constitui.Nam is in cuius fauorem fuit constitutum,potest ingredi possessionem sua authoritate,quod aliâs non faceret,nisi vellet esse prædo.l.si ex stipulatione. ff. de acquir.poss. vbi Vinc. Hercula.& alij hoc notant.

Etiam est vtile, quia si hic inuehiat resistentes in capienda possessione, poterit eos repellere suam defendendo possessionem per constitutum acquisitam,secus si data fuerit tantùm facultas possessionem apprehendendi. Bart.in l.creditores.C.de pign.Aret.in d.l.si ex stipulatione.Alex. d. consi. lxxxij.perspectis.col.ij.in ij. volu.

Item vtile est ad hoc,vt si debitor cõstituat se omnia bona sua tenere,& possidere nomine creditoris, vel nomine precario dicti creditoris, tunc sic posteà debitor alienet aliquã rem suã,poterit creditor agere contra possessorẽ nulla excussione debitoris præcedente: & aget non hypothecaria, sed condictione ex l.fi.C.de acq.poss.doct.in authen.hoc si debitor. C. de pign.

Cautela pro creditore.

Cæpol. cautel. xxxj. regulariter. Ang. in §. item si quis in fraudem.colum. v. de actio. in inst. Alexand. consil.lxxxv.ponderatis.col.j. in vj. volu. ideo sis cautus, vt in instrumento obligatorio facias apponere istam clausulam, quòd dictus debitor constituit se tenere omnia bona suà, & singula nomine creditoris precario, vsque ad plenam debiti satisfactionem & integram. Sed contrarium consuluit Barb. consil. xxviij. scripsit bellissimè. in primo volu.has opiniones conciliat Io. Crot. in repe.l. si is qui pro emptore. col. lxv.versi.tertiò quæritur.ff.de vsucap. vbi tres casus distinguit, vide illos inibi. Plura non scribam nunc, sed reiicio ad tract.de mater. possessor.

in iij.

in iij. Tomo const. Regiar.vbi alia multa,si per Deum liceat,& vtilia quotidiana conscribam in hac possessoria materia.

Dont ne s'ensuyura aucun effect,sinon depuis que lesdites acceptations,ou insinuations auront esté faites comme dessus.

GLOSSA III.

ERGO aliquis effectus donationis factæ absenti, non habet locum ante acceptationem,& insinuationem:nec obest iste text. dicens,*ou*.quia sæpe alternatiua ponitur pro coniuncta, & contra,vt in l.sæpe.ff.de verb.signific.vbi abundè scripsi,vel possumus dicere alternatiuam propriè poni: sed vult text.dicere non valere donationem,nisi & acceptatio & insinuatio interuenerit: nec habet effectum ante acceptationem, quia antè non acquiritur dominium, per cap. si tibi absenti.de præben.in vj.sed facta acceptatione dicunt quidam acquiri dominium,licet insinuatio nondum facta sit. quæ si posteà fiat, à die acceptationis fructus debentur, tanquàm à tempore litis contestatæ in stricti iuris iudiciis.l.cùm fundus.ff. si cer. pet.tamen ego dicerem duo copulatiuè esse necessaria,& acceptationem & insinuationem: quod si alterum desit, non transfertur dominium nec fructus acquirit donatarius, per ea quæ superius scripsi.

Ecclesia an insinuare teneatur. Arestum.

An in ecclesia itidem procedat, multa dixi in j. To. in proœ. & superius scripsi de iure locum non habere, tamen anno 1543. in vigilia assumptionis fuit prolatum Arestum etiam in ecclesia hanc constitutionem seruandam.

Articulus tertius.

FRANCOYS par la grace de Dieu Roy de France, à tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Comme par les articles cent trentedeuxiéme,& troysiéme des ordonnances par nous dernierement faites, soit expressement dit que quant aux donations qui seront cy apres faites par & entre noz subietz en l'absence des donataires, les notaires stipulans pour eux, elles ne commenceront leur effet, sinon du temps qu'elles auront esté acceptees par lesdits notaires en la presence des donateurs & des notaires, & insinuees en noz cours & iurisditions ordinaires des parties, & des choses donnees: autrement elles seront reputees nulles, encores que par les lettres,& instrumens d'icelles y eust clause de retentiõ d'vsufruit,ou constitution de precaire, dont ne s'ensuyura aucun effet. sinon depuis que les dites acceptations,ou insinuations auront esté faites comme dessus. Et pource qu'à l'interpretation dudit article lon pourroit mettre en doute, ou difficulté si nous auons entendu que la presence des notaires soit requise auxdites acceptations d'icelles donations, sans ce que tel acte se puisse faire par procureur.

GLOSSA PRIMA.

REX declarat articulum præcedentem in quibus casibus procedat.

A ceſte cauſe volans eſclarcir l'intelligence du contenu en iceluy article, affin que en l'aduenir lon n'en ſoit en peine, auons dit, declairé, & ordonné: Diſons, declairons, & ordonnons, que les donations, faites deſpuis la publication de noſdites nouuelles ordonnances.

GLOSSA II.

ET SIC hæc conſtitutio cùm ſit declaratoria iuris, trahitur etiam ad præterita, vt doct.no.in c.fi. de conſtit.

Et qui ſe feront apres.

GLOSSA III.

ETIAM declaratio ad futura extenditur, vt hîc, ſicut conſtitutio.l. leges futuris.C.de legib.

Valent & ayent leur effet du iour qu'elles auront eſté, & ſeront acceptees par les donataires en perſonnes, ou par procureur pour eux.

GLOSSA IIII.

HIC addit ad articulum quòd acceptatio poſsit per procuratorem fieri: & tamen in articulo præcedenti dicebatur per donatarium fieri debere. Sed poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum, reg.iur.poteſt quis.de reg.iur.in vj.

Specialement fondé.

GLOSSA V.

Procurator ſpecialis requiritur in acceptatione donationis.

Procurator debet inſtrumẽtum exhibere pro curatorij.

ET SIC non ſufficeret procurator generalis, cùm hîc dicat *ſpecialement fondé*, id eſt ſpecialiter conſtitutus. item oportet quod de mandato illius procuratoris conſtet, alioqui acceptatio facta per eum non valebit, nec alius actus, vt docet Bar. in l. ſi quis inficiatus. ff. depoſiti. in deciſio. Neapol. q. cccxvj. Galiotus. nu.3.& in acceptando debet procuratorium exhiberi, etiam ſi non petatur ab aduerſa parte, teſte Bald. in rubr. C. depoſiti quæſtio. iiij.& hoc in actu extraiudiciali: aliâs quis non conſtituitur in mora, vt docet Alex. conſi. lxxviij. viſo. colum. ij. volu. v. & in acceptatione bonum eſt, quòd ad verbum inſeratur inſtrumentum procuratorij, ſicut de inſtrumento donationis dicitur in declaratio. Henric. ſequent. & dixi in tract. nominatio.q.xiiij. Et debet eſſe procuratorium in publicam formam redactum, teſte Alex. in additio. ad Bart. in d.l. ſi quis inficiatus. facit cle.cauſam. de elect. Anto. Canar. q.xxiiij. & Hyppo. in l. ſi quis ne. ff. de quæſtio.& hoc iure vtimur.

Item

Item debet (vt dixi) eſſe procurator ſpecialis ad acceptandum rem donatam, nec ſufficeret generalis. Nam qui generale mandatum habet, & gerit actum requirentem ſpeciale mandatum, dicitur falſus procurator, vt dicit Bald.in c.nonnulli.col.j.de reſcri.Fel.in c. ex parte decani.col.iij.ibidem.Iaſ.in l.iij.§.ſi procurator.col.ij. in v. not.ff. quod quiſque iuris. & caſus requirentes ſpeciale mandatum deſcribunt Bal.& Ang. in tit.de his per quos agere poſſumus, in inſtit.& ego xlviij.congeſsi in titu.de elect.derog. in fi.concord.

Rata an poſsit haberi acceptatio.

Poterit tamen donatarius acceptationem factam per non habentem poteſtatem ratam habere. Et ab illo tempore donatio habet effectum, teſte Chaſ.in conſuet.Burg.in rub.*des droits*, §. quinto.glo.*ſans procuration.* Quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. reg. ratihabitionem. de reg.iur.in vj.quod eſt verum, ſi viuo donante fiere, & in eadem perſeuerante voluntate.argu.l.bonorum.ff.rem ratam ha.quia duo extrema tunc ſunt habilia.de quibus Bar.in l.ſi is qui.ff.de vſucap.

En la preſence des donateurs, ou du procureur pour eux ſpecialement fondé quant à ce.

GLOSSA VI.

Acceptatio fieri poteſt etiã in præſentia procuratoris donãtis.

ETIAM declaratur articulus præcedens in hoc, dum volebat, vt in præſentia donantium acceptatio fieri debeat. Nam ea etiam fieri poterit in præſentia procuratoris illius ad hoc conſtituti, vt ſuperius dictum fuit.

Et des notaires qui auront paſſé leſdites donations, ou autres notaires tabellions.

GLOSSA VII.

Acceptatio poteſt fieri coram quibuſcunq; notarijs.

ET SIC oſtendit hîc iſtam donationis acceptationem fieri poſſe etiam per alios notarios, nempe ſi illi qui donationem conſcripſerunt mortui erant, vel non inueniebantur, cur acceptatio fieri per alios non poſsit, ob id optima eſt declaratio. Et antequam vidiſſem declarationem, iſta ſcripſeram in l.deteſtatio.de verb.ſignific.

Ou perſonnes publiques.

GLOSSA VIII.

Coram publicis perſonis acceptatio faciẽda eſt & quæ dicãtur perſonæ publicæ.

ETIAM poteſt fieri acceptatio coram perſonis publicis, id eſt, iudicibus, ſi notarij non inueniantur, & quando appellatio fieri non poteſt coram iudice à quo eſt appellatum, poterit fieri coram perſonis publicis. l. vt perfectius. C. de anna. excep. & ſic iſta acceptatio, ſi non inueniretur notarius poſſet fieri coram quocunque iudice, etiam eccleſiaſtico, dummodo is per ſuum ſcri-

bam & Grapharium acceptationem ſcribere faciat, & inſtrumenti donationem inſerere, & alia facere quæ notarius, feciſſet, per hunc text. *Perſonnes publiques*, & iſta acceptatio facta in quocunque loco, quocunque die, etiam feriata valebit, quia non eſt actus iuriſditionis contentioſæ, ſed voluntariæ, quæ diebus etiam feſtis exerceri poteſt. l. ij. & l. actus. C. de feriis. & publicæ perſonæ dicuntur quæ munere funguntur publico. l. pupillus. §. munus. ff. de verb. ſignifi. vbi abundè ſcripſi.

Si donnons en mandement à noz amez & feaux, les gens de noz cours de parlement, Baillifz, Seneſchaux, Preuoſtz, Iuges, ou à leurs lieutenans, & chacun d'eux endroit ſoy, & ſi comme à luy appartiendra, que noz preſentz declaration, & ordonnance ilz entretiennent, gardent, & obſeruent: facent entretenir, garder, & obſeruer, lire, publier, & enregiſtrer, auec noz deſſuſdites autres ordonnances. Car tel eſt noſtre vouloir, & plaiſir: nonobſtans quelconques autres ordonnances, reſtrictions, mandemens, ou defenſes à ce contraires. Et en teſmoing de ce nous auons fait mettre noſtre ſéel à ceſdites preſentes. Donné à Noyon le vij. iour de Mars, l'an de grace mil cinq cens trenteneuf, & de noſtre Regne, le xxvj. Ainſi ſigné ſur le reply, par le Roy en ſon conſeil. Bayard. Et ſéellé ſur double queue de cyre iaune.

Henry, *des publ.* 1549.

Articulus quartus.

Nous declairons & ordonnons que ſouz le nom de donation ſeront comprinſes & ſubiectes à inſinuation les donations faites entre vifz, combien qu'elles ne ſoyent ſimples, ains remuneratoires, ou autrement cauſees: & non les donations faites pour cauſe de mort, qui ſe peuuent reuoquer par le donateur iuſques à la mort: leſquelles ne ſeront ſubiectes à aucune inſinuation. Et en ce que ledit article porte que les donations ſeront inſinuees es cours, & iuriſditions des choſes donnees, nous entendons que ladite inſinuation ſe face à la iuriſdition Royalle des lieux, ou leſdites choſes ſeront aſſiſes ſans preiudice toutesfoys des proces pendans, & indecis ſur l'intelligence & interpretation de ladite ordonnance.

ISTA eſt noua Henrici Regis declaratio, quam ſuperiùs elucidaui: non vult tamen quòd ad præterita extendatur, ſicut nec lex ſolet. l. leges futuris. C. de legib. vide ipſius aliam declarationem ſequentem.

Idem.

Et quant aux ſix vingt trezieme article touchant encores leſdites donnations, Nous volons & ordonnons en interpretant, & modifiant ledit article, que les donations

nations faictes à perſonnes abſentes, ſe puiſſent accepter par les donataires en l'abſence du donateur, pourueu que icelle donation ſoit acceptée du viuãt dudit donateur. Et que icelle acceptation ſoit faite en preſence des perſonnes publiques & teſmoings, ou de deux notaires, & que l'inſtrument de la donation ſoit inſeré en la note, acte & inſtrument de ladite acceptation.

ISTE articulus addit ad præcedentes, vt donatio poſsit etiam in abſentia donatoris acceptari, quamuis per arti. ij. ſuprà non lus quin poſſet, alia ibi ſcripſi. Nec alia donare lector beneuole nunc tus. decreui, iſta autem (ſi lubet) boni cõſulas, & ego Deo optimo maximo de præmiſsis gratias agam immenſas. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRACTATVS, VT CONTRACTVS, TESTAMENTA, SENTENTIAE. ET ALII OMNES ACTVS GALLICIS CONCIPIANTVR VERBIS.

Articulus primus.

Que contracts,teſtamens,ſentences, & tous autres actes ſeront faits en Françoys.

François, *des publiees 1539. artic.cxj.*

Et pource que incertitude,& ambiguité ſont ſouuentesfois aduenues ſur l'intelligence des mots Latins contenus es arreſts,& autres actes,nous voulons doreſnauãt.

GLOSSA PRIMA.

Ratio conſtitutionis.

De Tiberio Cæſare.

VEMADMODVM olim Apollo,vt poëtæ fingũt, Deus Latinũ recuſabat oraculũ. Et Tyberius Cæſar militẽ Græcè teſtimoniũ interrogatũ,niſi Latinè reſpõdere vetuit.Imò ipſe quãquàm ſermone Græco aliàs prõptus & facilis:nõ tamen vſquequaque vſus eſt,abſtinuitq; maximè in ſenatu, adeò quidẽ vt monopoliũ nominaturus, veniã prius poſtularet:quòd ſibi verbo peregrino vtendũ eſſet,vt refert Suet.in vita Tiberij,de peritia ſermonis Græci. Sic & hic Rex propter ambiguitates & obſcuritates vitãdas,quæ in ſermone Latino erãt,tũ quod multis modis vnum & idem verbũ acciperetur,tum etiã quòd Latinè loqui volentes,& eleganter,totam obtenebrabant ſententiã, verbum aliò tendens conſcribentes,Adhæc quòd etiã quidam veterani iudices linguæ Latinæ obliti,vocabula iuxta Gallicum ſermonem ſibi cõfingebant,& illa nõ intelligebantur,quòd nõ eſſent Græca,Latina,nec vulgaria:ideo ſuper interpretatione iſtorum verborũ diu litigabatur,ob id Rex hic ſtatuit,vt deinceps verbis vulgaribus patriæ concipiantur tam contractus,proceſſus,ſentẽtiæ,Areſta:quàm alia omnia,vt in tex.ſcribitur.† *en langage maternel.* & ſic vernacula & materno idiomate,vnde Galli Gallicis verbis debent conſcribere inſtrumenta:Occitani verbis vulgaribus, & idiomate cõmuni patriæ, alioqui ſi Gallicis verbis ibidẽ inſtrumẽta cõcipi deberẽt,maior eſſet obſcuritas. Quia Vaſcones multi,& alij ruſtici ſub ſenatu Burdeg.degentes, & Tholoſano,nõ intelligerent illud idioma Gallicũ.Et ſi ſic inſtrumẽta cõcipi deberẽt,non tolleret hæc ordinatio ambiguitates,ſed potius induceret. Igitur quæ inducta ſunt ad tollendum ambiguitates,eas inducerent contra l.legata.ff.de leg.j.vnde Rex ſtatuit quòd vulgari ſermone & patrio hæc conficiantur, ideo dicit, *Maternel Francoys*, quia non Italo ſermone, vel Hiſpano:nam mater communiter eſt nata in Francia,ideo maternum ſermonem vocat,quo vtitur patria:ſed dicit *Maternel Francoys*,non ſimpliciter,*Francoys*,vt declaret nolle aſtringere quemcunque vti Gallico ſermone,ſed vulgari patriæ,prout ea Regio Galliæ vtitur, in qua regione iſta inſtrumenta,& alia fiunt.declaratur in rub.*des informations*.art.q. fi.ibi.*en vulgaire & langage du pays*,& inferius dicam.

1

Linguaverna cula & materna quæſit.

2

Linguarũ varietas nõ nunquam vltio eſt diuina.

Deus enim aliquãdo in pœnã gentis induxit idioma diuerſum, & confudit,

3

fudit,vt in turri Babel patet Geneſ.xj.& Hierem.v.ſcribitur, Adducam ſuper vos gentem de longinquo,cuius ignorabitis linguam, nec intelligetis quid loquatur. Et Deuter.c.xxviij.Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo,cuius linguam intelligere non poſsis.

Nulli conferendum beneficiũ curatum niſi idoma intelligenti.

4 Ob id vt iſtud euitaret pontifex ſummus,voluit vt nulli conferretur ecclesia parochialis,qui non intelligeret idioma,& loqueretur, vt prædicare poſsit.c.ſit rector.xliij.diſt.alioqui collatio non valebit.regu. Cancel. xix. quomodo enim is concionari,& populi confeſsiones audire poterit, vt tenetur,qui idioma nõ intelligit,nec loquitur? cap.inter.de offi.ordi. eo enim ſermone vti debemus,qui notus eſt nobis:vt ait Cicero,de offic.

De Albino

5 †Vnde Albinum à Catone deriſum legimus,quòd cùm Latinus eſſet,& inter Latinos hiſtoriam cõſcriberet,Græcè tamen ſcribere conatus fuiſſet, vt Plutarch.& alij referunt:& de Albutio idem quidam cenſent,qui cùm à Scæuola proprio eſſet idiomate ſalutatus Athenis,Græcè tamen reſpõdit, vt refert Cicero de finib.bonor.& malor.

Proclamationes ſermone patrio fieri debent & leges.

6 Itaque proclamationes,quæ apud vulgus fiunt,verbis debent fieri vulgaribus.l.ſed & ſi.§.proſcribere.ff.de inſtitor.actio.Et clericus,quãdo agit cõtra laicum,vulgariter loqui debet.gl.in c.odi.xxiiij.q.j.& leges quæ dantur populis ſub vſitato eiuſdem populi idiomate dictari,& publicari debent,vt & magis intelligantur,placeant,& obſeruentur.§. alienationis. in authẽ.de non alienand.rebus eccleſiæ.colla.ij.ibi,propterea hanc proponimus legẽ, & protulimus,& non paterna voce,ſed hac communi & Græca, vt omnibus ſit nota propter facilem interpretationem.facit §.fi.in auth.vt præponatur nomen Imperator.coll.v.& doc.in l.j.in fi.ff.de ver. obl.& Feli.rubr.de conſti.Bened.in repe.c.Raynutius.in verbo & vxorem.nu.230.de teſtamẽ.

Que tous Arreſtz.

GLOSSA II.

Areſtum quidſit, & vnde dicatur.

ARESTVM dicit Budæ.eſſe placitum:vt ſcripſi in tract.de liter.ciuil.in princi. primi Tomi ordi.Regiar. ſed diligentius intuens vix hoc ſequendum arbitror: quia placitum non magis conuenit parlamentis,quàm curiis inferioribus:vnde etiam ſententiæ inferiorum iudicum Areſta,id eſt placita dici poſſent,niſi per Antonomaſiam dicas,ſed ita de omnibus rebus dici poſſet,quòd citatio, litis cõteſtatio,& omnia quæ parlamentis & curiis conueniunt,per Antonomaſiã de parlamentis intelligerentur.Quamobrẽ verius dici arbitror Areſtũ eſſe Gallicũ vocabulum,& duplici R. conſcribendum, quia poſtquam prolatum eſt ibi ſiſtendum eſt.*là ſe fault arreſter*.vel fortèà Græco ἔρραιστον, quod ſignificat incorruptum,inuiolatum: quod ex illis ſupremis curiis ſententiæ incorruptæ exeant & inuiolatæ maneant, nec appellatione infirmari poſſint,cum ſint ſupremæ ſententiæ.l.j.ff.à quibus app.non licẽt. iſta ergo decreta ſenatus Gallico ſermone ſcribi debent, nec quid incertitudinis, aut ambiguitatis in illis remaneat,quamnis decreta à prætoribus Latinè olim interponi deberent:per l.decreta.ff.de re iudica.vbi gloſ.ait decreta inter Latinos debere Latinè proferri, & inter alios, eorum lingua, & hoc pro

cuiuſ

cuiusque fori cõsuetudine,dicit ibi Bar.& alij.Sed in Francia per hanc legẽ Regiam,omittitur in curiis supremis,& Seneschallorũ ac bailliuorum fori Latinus ille vsus primæuus.Et quælibet curia sermone Gallico pro virili vti tur per hunc tex. † Prædicta ratione incertitudinis vitandæ,nõ verò propa- 2
gandæ linguæ gratia:sicut olim Romani,qui nec Græcis vnquã nisi Latinè responsa dabant;cùm etiã ipsa linguæ volubilitate postquàm plurimũ valent excussa,per interpretem loqui cogebant,non in vrbe tantùm,sed etiã in Græcia & Asia,vt scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur,testis est Vale.lib.ij.instit.ant.c.cxlv.

Rom. vsus quo ad sermonem latinum.

Sententia quibus verbis proferatur.

Et sic limitatur l.iudices.C.de sen.vbi iudices tam Latina,quàm Græca 3
lingua sentẽtias proferre possunt:quod est verũ apud Græcos & Latinos, sed in Frãcia vulgari sermone patriæ vel Fallico sentẽtia proferetur, vt hic.

Stipulatio quibus verbis concipitur.

Stipulatio etiã fieri Græcè, Latinè,Hebraicè,& quibuscunque verbis po 4
test:dũmodo partes se intelligant per se,aut per interpretem.l.j.in fin.ff.de verb.obl.in Francia tamen si conficiatur instrumentum à notariis Regiis, materna lingua conficietur,alioqui notarius puniri debet,quia facit contra hanc legem, quamuis olim omnia instrumenta notarij conficere solerent verbis Latinis,incultis & barbaris, quæ ne ipsi quidem intelligebant, sed erant tanquàm pica,psitachus,& gallus,qui loquuntur in palatiis dominorum,sine intellectu,vt dicit Rom. sing.lj. quid operatur.

Processus criminalis lingua patria fieri debet.

Item Lud.xij.statuit processus criminales communi patriæ idiomate cõ 5
cipiendos esse,vt defensio relinquatur captis,& in carcere detentis,& accusatis,quam habere non possent,si non intelligerent, vt patet in rub.*des informat.*ar.vlt.nec per istum text.corrigitur ille tex.in specie loquens.Imò declaratur per hunc tex.generaliter loquentem,vt doct.no.in c.j.de consti. in vj.& c.j.c.pastoralis.§.fi.de rescrip.scripsi in procœ.ordi.in j.Tomo, in gl. v.nu.128.

Attestatio nes sermone patrio concipi debent.

Etiam statuit idẽ Rex ibidem,vt omnes testificationes, testimonia,atte- 6
stationes,tam in ciuilibus,quàm in criminalibus, verbis vulgaribus, & cõmuni idiomate patriæ fiant,vt testes possint intellige, quæ deponunt, ne posteà falsi arguãtur.l.eos.ff.de falsi.& illa ordinatio vult,quod aliter factæ nullius sint effectus,& roboris.hic tamẽ nõ annullat acta in contrariũ: ideo dicerem testamentũ,sententiã,arestum, vel alia acta nõ esse nulla, si aliàs quàm hic statuatur,scripta sint,sed illum puniendũ,qui illa fecit, & seruabitur art.annullans in suis casibus tantùm, videlicet in informationibus, & attestationibus,& processibus criminalibus.vide tamẽ super hoc Bart.in l. cùm lex.ff.de fideiuss.Bal.& Ias.in l.non dubium.C.de legibus.

Libellus qua lingua concipi debeat.

Hic nihil dicitur de libello,quibus verbis debeat cõcipi, & offerri.vnde 7
tex.ait,literis vtrũ Græcis,an Latinis,& puto fieri secundũ loci cõditionem ne quis excusari possit ignorãtia literarũ.l.sed & si pupillus. §. proscribere. ff.de inst.ac.Nã postquã de sequẽt.statuit,videlicet de arestis, & sententia, igitur & antecedẽtia ita esse voluit.l.ad rem.& l.ad legatũ.ff.de proc.ideo cõsuetudo fori est inspiciẽda.l.iij.in fi.ff.de testib.doc.in l.j.ff.de ediẽd.& in c.j.& ij.de libel.oblatio.Et quia inferius dicit *routes procedures*.ergo & in libello,*qui est de la procedure iudiciale*,& qui totũ dicit nihil excipit.l.à procuratore.C.mãd.vnde libellus vulgari sermone patriæ, vel Gallico inter Gallos

los concipi debet in parlamentis Gallicè, idẽ in curiis bailliuorum, in aliis eo sermone quo vtuntur.

Ensemble toutes autres procedures,soyent de noz cours souueraines ou autres subalternes & inferieures.

GLOSSA III.

ADDIT prædictis,aresta nõ solùm concipienda verbis Gallicis,sed etiam omnes processus,siue fiant in parlamentis, siue in aliis curiis quibuscunque,videlicet subalternis,à quibus immediatè appelletur ad curiam: siue etiã sint aliæ inferiores,vt hîc probatur.Et hîc nomine processus veniunt omnes scripturæ, & actus tam partis,quàm iudicis à citatione vsque ad sententiam.Bal.in c.cõsuluit.col. iij.de offi.dele.scripsi in tract.nomi.q.vlt.& sic tam illæ scripturæ partium, quàm iudicis vulgari sermone concipi debent,& cum hîc non loquatur *de noz cours subalternes & inferieures*,in omnibus aliis iudicibus etiam dominorum procedet,nisi dicas illud verbum,*noz cours*,superiùs adiectum repetendum.Sed de communi vsu curiarum secularium,baronum,& aliorum domi norum est,vt etiam vulgari sermone vtantur.Et sic minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt.l.minimè.ff.de legib.

Processus quibus fiat verbis.

Processus nomine hîc quid veniat

Non tamen habebit locũ in iudicibus ecclesiasticis,quibus legem condi tor hic imponere nõ potest,vt no.doc.in c.ecclesia.de consti.dixi in procœ. suprà in j.Tom.vnde omnes scripturæ coram illis Latinè cõficiuntur. item in curiis conseruatoris apostolici,in quibus hæc ordinatio etiam non est recepta,nec inferior potest tollere legem Papę superioris.cle.ne Romani.de elec.ideo valebunt insinuationes mandatorũ & nominationum Latinis aut Gallicis conceptæ verbis,vt etiam scripsi in tract.nomin.q.xiiij.num.57.q. viij.in fi.vidi in curiis ecclesiasticis attestationes,quas inquestas dicunt,vulgari sermone fieri,& in hoc consuetudo fori est inspicienda.

Hæc cõstitutio in foro ecclesiastico locum non habet.

Potest tamen dici habere locum non solùm in parlamentis, sed etiam in omnibus aliis curiis supremis,per hoc verbum *souueraines*,de quibus scripsi in procœ.cõcor.in verb.summas,& sic habebit locũ in cõsilio Regis priuo & intimo,& suo magno cõsilio:ac in curiis generalium iustitiæ, computorum,& aliis supremis,quæ normam parlamentorum sequuntur.

In omnibus curijs habet locum hæc ordinatio.

Soyent de registres,enqueſtes.

GLOSSA IIII.

EXEMPLA tradit eorum,quæ generaliter dixerat,videlicet vt omnis processus debeat Gallicè confici,siue sint Regesta, & acta diurna curiæ.Est autem Regestum liber, in quo acta publica conscribuntur ad memoriam publicam, & perpetuã, & posteritati ostendendam,vt ait Bud.in annotat.in Pand.& hic liber qui in curiis fit,debet dictari Gallicè,vt hîc.

Regestum quid.

Vnde si semel produxero literas tonsuræ, vel alias, & fuerint perditæ, posteà potero eas habere ex Regesto, & facient fidem, quia de actis processus videntur,pro quo l.j.ff.si tab.testa.nullæ extab.l.publicati.C.de testament.& l.gesta.de re iudic.Bald.in l.fin.C.de edic.diui Adr.tollend.refert

Literæ tonsuræ extractæ ex actis probant.

& se

& sequitur Guido Papa in statuto, Si quis. in verbo, per literas, versi. quæro obtinui, allegat Inn. in c. j. de probation.

Contrats.

GLOSSA V.

Contractus nomen quo modo hic capiatur.

CONTRACTVS hîc generaliter accipimus non solùm pro actu vltro citroq; obligatorio, sed etiam pro quasi contractu & distractu, vt sunt transactiones, quæ hic etiam comprehenduntur per hæc verba, *& autres quelconques actes*, licet regulariter distractus non veniat contractus nomine, per l. Labeo. §. contractum. vbi scripsi. ff. de verb. sig. per illum tex. Item notarij postquàm contractum conscripserint in scheda, siue protocollo, debent illum partibus recitare coram testibus, aliàs non valeret contractus, nec actus, per gl. sing. in l. fideicommissa. in prin. ff. de leg. iij.

Recitare debet notarius actum coră eo gestum.

Commissions.

GLOSSA VI.

Delegationes & mãdata iudicũ comprehenduntur hac ordinatione

ETIAM delegationes & mandata iudicum vulgariter scribi debent, & sub hoc verbo continentur: siue constituantur commissarij, seu conquisitores pro audiendis testibus, vt in l. iudices. cum authen. ibi posita. C. de fide instru. siue audiãt partes, siue in curia suprema, vel in aliis curiis inferioribus. de his scripsi in tract. de inquisi. seu commis. in iij. Tomo Comment. in has consti. Regias.

Sentences.

GLOSSA VII.

Appellatione sentẽtiæ quid hic veniat.

QVAMVIS appellatione sententiæ veniat definitiua per antonomasiam. l. quod iussit. ff. de re iudi. tamen hîc comprehenditur etiam interlocutoria. Nam quando est eadem ratio, vel maior in interlocutoria, quã in definitiua, tunc sententiæ nomine comprehenditur etiam interlocutoria. gloss. in l. j. in verb. noui iuris. ff. quod quisque iuris. Pan. in c. causam matrimonij. de offi. deleg. & Ias. in rub. ff. de re iudi. scripsi in rep. l. quod iussit. in vlt. no. & ibi sustinui appellatione sententiæ non venire definitiuam, nec interlocutoriam: quid ergo veniat ibidem videre licet, quia ibi triginta conclusiones conscripsi, quas sustinui publicè, dum apud Bitur. d. Alcia. & ego ad munus Regentiæ fuimus recepti: ipse me præsente interpretatus fuit perdoctè, & acutissimè l. quinque pedum. C. fini. regun. & in crastinum itidem ego eo præsente, & alia innumerosa multitudine illam l. quod iussit. professus sum, & omnibus argumentari volentibus respondi. eamq; interpretationem euulgaui anno 1531.

Testamens.

GLOSSA VIII.

Testamenta vulgari sermone debent concipi.

ET SIC testamenta vulgaribus confici debent vocabulis, vt ea testator intelligere possit, & hoc ideo expresit, quia appellatione contractus non venit testamentum. l. verba contraxerunt. ff. de verbor. signific. vbi scripsi. & per hoc verbum intelligemus etiam codicillos, donationem causa mortis, & quamlibet aliam vltimam

vltimam voluntatem, de qua in l. licet. per glossam. C. de pactis, quamuis testamentum ista non comprehendat: sed quia eadem ratio est in alia vltima voluntate: & si conditor interrogatus fuisset, idem respondisset, sic & nos: vt dicit tex. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & posth. gloss. in l. tale pactũ, in fi. de pacti s. ac satis apparet per verba sequentia generalia vt sequitur.

Et autres quelconques actes & exploitz de iustice.

GLOSSA IX.

Actus nomine quid veniat.

ACTVS verbum generale est, siue verbis quid agatur, vt in stipulatione, siue re, vt in numeratione pecuniæ. l. Labeo. ij. ff. de verb. signific. vbi abundè scripsi: ideo hîc quicunq; actus intelligũtur, adeò quòd locationes, & omnes, tàm iudiciales, quàm extraiudiciales actus sic cõcipientur, vnde dicit Paul. in l. sed & si. §. de quo. ff. de instito. actio. quòd in curia Regis Franciæ omnia acta sunt in vulgari sermone, & verum dicit secundum hanc hodiernam constitutionem.

Exploitz quid.

Exploitz de iustice, dicuntur executiones, ab explendo, quę etiam per apparitores verbis conscribi debent vulgaribus. de his scripsi in primo Tomo comment. in constit. reg. tract. de senten. execut. arti. vij. Ideo quæcunque executiones, quæ fiunt siue à consiliariis, siue à iudicibus, vel apparitoribus, sic vulgariter dictari & conscribi, vt intelligantur, debent.

Ou qui dependent.

GLOSSA X.

Actus dependẽs quid dicatur.

NEGOTIVM, vel actus dicitur dependens, quando aliquid habet accessorij, aut qualitatis ad alium actum, vt plenè declarat Signo. de homed. in consil. suo, quod transcribit Boër. post consuet. Bituricen. Quia idem iudicium debet esse de rebus dependentibus, tangentibus, & connexis, quod de principali, per text. in clement. dispendiosam. de iudic. Et quod in vno connexorum statuitur, extenditur ad reliquum, cap. trãslato. vbi plenè iurium interpretes docent. de constit. Et sic omnia connexa & accessoria ad supradictos actus vulgariter conficiuntur: quia accessorium sequi debet naturam principalis. l. cùm principalis. ff. de reg. iur. & regu. accessorium. in vj.

Soyent prononcez, enregistrez, & deliurez aux parties en langaige maternel Francoys & non autrement.

GLOSSA VLTIMA.

Arresta Gallicè pro ferenda.

VERBVM, *prononcez*, refertur ad aresta, & sententias, l. pronũciatum, vbi scripsi. ff. de verbo. signifi. & in rubri. de senten. quæ pro eo quod interest proferuntur, vbi etiam scripsi: ergo ista & scribi & proferri vulgariter debent, & moris est vt aresta ita proferantur à præsidibus, & sententiæ à iudicibus. Si tamen intermedia quædam fuerint verba Latina, non ob hoc contrauentum est huic ordinationi: quia sufficit quòd plura sint Gallica, quàm Latina. Et vt plurij. To. Comment. Do. Rebuf.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

mùm Gallica,arg.c.significatum. de præben. & in l.j. ff. de contrah. empt. vbi Græca Latinis immiscentur à iure consulto,& alibi sæpius.

Et ideo ponderaui tex.in glos. vlt.dicta.l.quod iussit.de re iudic.ff.in eo quod sicut verbis vulgaribus sententia debet proferri, vt hîc, ita contrario Imperio reuocari.Et sic reuocatio etiam fieri debet vulgaribus verbis,quibus concepta est,vt ibi scripsi,& ita seruatur.

Verbum enregistrees, ad quid referatur.

Item verbum *enregistrees* referri potest, tam ad ea quæ in iudicio fiunt, quàm quæ extra iudicium: omnia enim debent describi in commentariis, seu registris,gallicè aut vulgaribus verbis, siue sint testamenta, contractus, necnon etiam alia omnia acta,vt intelligantur faciliùs prout superiùs est expressum.

Prætereà etiam vult iste text.quòd sic cõcedantur partibus ibi, *deliurees*, videlicet,vulgariter,tam ea quæ in iudicio fiunt,quàm quę extra iudicium: ideo tam acta,quàm sententiæ,& aliæ curiæ scripturæ, ita partibus expediri debent. Et idem in contractibus, & testamentis. Quod est notandum,

Regula religiosis vulgariter exponenda.

etiam regula religiosis vulgariter exponi debet,vt ipsi eam intelligant.clemen.ne in agro.§.sanè. j. de statu monacho. Nam Cicero ait lib.v. Tuscul. quæst.in his linguis,quas non intelligimus,surdi profecto sumus.ex quo dicunt doct. notarium non debere in instrumento referre præsentem illum, qui nõ intelligit.l.diem proferre.§.coram.ff.de arbitr. & scripsi in l. coram, de verb.significic.

An hæc cõstitutio sit localis? quòd videtur per verba ordinationis dicentis, *en langage maternel Francoys*, ergo vbi lingua materna est, Gallicus sermo ibi locum habebit, & non alibi. Contrarium arbitror, vt generalis sit; quia leges in dubio generales esse videntur.l.iij.C.de legib.

Sermo Gallicus multiplex.

Nec refragatur hîc:quia causam declarationis expressit. nam multiplex est Gallicus sermo,videlicet sermo Gallicus Paris.inter curiales exactus,inter populares,non ita apud Pictones,Xantones,Normanos, & Picardos est Gallicus vsus,sed aliquantum rudis,ob id iste tex. elucidat sufficere actum conceptum esse vulgaribus verbis,secundum sermonem maternum,& sufficit quòd si maternus,licet non Gallicus. Sed tex.dicit *Maternel Francoys, non Francoys* simpliciter,quia in tota Francia, Aruenia, Vasconia, & lingua Occitana homines loquuntur *Francoys Maternel, non Espagnol Maternel, ne Angloys Maternel*.vt superius dixi. Et ita intelligetur hæc ordinatio.

Vltimò etiam mercatores volentes reuocare suos institores, in Francia vulgaribus verbis vti debent,secundum loci conditionem.l.sed & si.§.proscribere.ff.de instito.actio.aliiq; omnes actus sic fieri debet. & cum his finẽ faciam, de his gratias Deo agens. Amen.

TRACTATVS, DE CONSTITVTIONIBVS REDDITVVM, ET VT NON POSSINT nisi à quinquennio peti.

Articulus primus.

Des constitutions des rentes à pris d'argent, & que lon ne les pourra demander que de cinq ans.

Loys *xij. arti. lxxj. des publ. 1512.*

Item la pluspart de noz subietz au temps present vsent d'achaptz & ventes de rentes.

GLOSSA PRIMA.

Emptio redditum an sit approbata.

AN emptio istorum redditũ sit approbata,olim contendebatur, hodie verò non est dubiũ post declarationem Martini quinti,olim Pontificis maximi:cuius declarationẽ secutus est Calixtus, vt patet in extrauag. j.& ij.de emptio.& vendi.in communib.vbi dicit hos contractus licitos,& approbatos, & cogendos vendi tores redditũ,ad soluendum redditus, ob id de hoc alia non dicam, cùm ibi etiam approbentur, quãuis appositum sit pactum de retrouendendo dictos redditus, quoties venditor

Redditus hodie super domibus impositi redimi possunt.

2 offerret pretium, quod ad emptore recipit. † Hodie Franciscus Franciæ Rex edicto cauit, vt omnes redditus impositi super domibus ciuitatum sui regni,redimi possint,pro eadem pecunia qua fuerunt constituti,quòd si nõ appareat,ad rationem quindecim pro vno redimentur, quod dicunt *au denier quinze*. Et quamuis in Germaniæ finibus hoc fieret,tamen etiã in Francia frequentantur hi reditus,maximè in patria consuetudinaria,rarò tamen in patria iuris scripti,quamuis iure fieri posit post Papæ declarationem. Et

Tria faciliũt cõtractum vsurariũ.

3 sic concludit Panor.in cap.in ciuitate.in fine.de vsur. † Et tria solent illum contractum vsurarium reddere.Primò si pactum de retrouendendo appositum sit,modicitas pretij,& quòd pars sit consueta fœnerari.doct. in cap. ad nostram. de emp. Quartò, etiam si non possit redimi intra sex vel septem annos,seu aliud tempus, per illum text. alia possunt videri in tractat. de fimula.contract.per Cæpol.

Consuetudo non potest vsuras permittere nec princeps.

4 Super hoc tamen notandum est,quòd consuetudo non potest aliquid cõtra ius diuinũ disponere.c.fi.de consuetu.l.eos. §. j. in verbo consuetudinis. C.de vsuris.Ideo non valet consuetudo,nec statutum,vel lex disponens cõtra ipsum ius. cap.quia in omnibus.de vsur.& sic communis vsus, vel obseruantia nõ facit licitam vsurarum exactionem, quæ à iure diuino prohibita est. Bald.in tit.de pace Const.in versicul. nos Romanorum. etiam in vno nummo.Bald.in rub.de consuetud. colum. iij. numero 24. Si ergo consuetudo,quæ vim legis habet, non hoc potest, sic nec princeps. Alexã. consil. cvij.pro inuestigatione. col.j.in secundo volumi.Imò omnes leges permittentes vsuram non valent:quia sunt contra legem Dei, & inferior non potes legi superioris derogare.clemen.ne Romani.de electio.glos. in authen.

adliæc:C.de vſuris, Panormit. in cap. cùm ſit generale. colum.vj. de foro compe.& Ambroſi.de Vignate in repet.c.ſalubriter.nu.31.cum ſeq.de vſur. dicam in tract.de vbi opportunum erit.

Que les aucuns appellent rentes à pris d'argent : les autres veulent penſions, hypotheques,ou rentes a reachapt ſelon la diuerſité les lieux, & païs ou ſe font iceux contratz.

GLOSSA II.

Redditus multis vocatur nominibus.

OVO nomine vocetur redditus, Galli,*rente*: Veneti,*penſion*, & Lugdun.vel alio nomine, non eſt curandum: ſed pertinacibus relinquendum eſt,vt dicit gl.in rubr.ff. ſolut.matrimo. & Imperator ridet eos, qui non ſenſum, ſed vana nominum vocabula amplecti deſiderant,in l.ij.circa finem.C. de conſti. pecu. penſio tamen eſt nomen generale ſiue pro cenſu perpetuo,ſiue pro locatione temporali, vel alia ex cauſa debeatur.l.æde.cùm aliis.C.loca.ſcripſi in tract.de pacifi.poſſeſſo.interdum vocatur penſitatio,quę propriè dicitur cenſus,ſiue tributum quod principi præbetur,maximè ſi adiiciatur publica:vt in tit. C. ſi propter publ.penſita.Et eſt triplex,vnum dicitur canon,quod Domanium vocat Budæ.in anno.ad Pandect.in l.vna.ff.de offi.quæſto.vt vectigalia, & pertoria, quæ tamen non poſſunt vocari domanium:quia iure regaliorum debentur, & non domanij. c. vno. quæ ſint regal. in feud. Oblatio dicitur penſitatio, quæ auxilia,*aydes*, Gallicè dicimus,vt octaua vini heminatim diuenditi, & viceſima eius,quod cupatim,culeatimq; vænit. Et penſio quæ de mercibus recipitur.Et de iſtis generales iuſtitiæ cognoſcunt,vt dicant in tit.*des aydes*. Idem indicto,quam talem vocamus,antiqui collationem,vt in tit.de colla. donato.& releua.lib.xj.alia vide per glo.& doct.in rub.C.de anno. & trib. lib.x.dicemus in titulo,*des aydes*.

Penſio penſitatio canō & alia nomina.

A cauſe deſquelz contratz pluſieurs ſont mis à pouureté,& deſtruction.

GLOSSA III.

CAVSAM impulſiuam ordinationis faciendæ declarat. Nam ex his contractibus plures fiunt pauperes, & omnibus deſtituti bonis.Sed ceſſante hac cauſa non ceſſabit effectus:vt in l.j.§.ſexum.ff.de poſtulan.ſed quare ſic pauperes fiebat, poſteà tradit vt ſequitur.

Pour les grans arreraiges, que les acheteurs laiſſent courir ſur eux:qui montent ſouuent plus que le principal.

Pauperes ex reliquis redditum fiunt homines, ideo boni eſſet ne plures anni cumularentur.

GLOSSA IIII.

DECLARAT vnde veniat paupertas iſta:quia emptores reddituum permittunt longum tempus labi, & quòd illa cumulatio reddituum plus interdum aſcendit, quàm debitum principale: ideo opus eſt, vt debitores omnia vendant bona ad ſoluendum iſtos redditus, & penſiones, ac reliqua quæ *arreraiges* vocantur:

vocantur:ideo bonum in his eſſet ſtatuere, vt non poſſent duo anni cumulari,niſi debitor poſt petitionem eſſet in mora, quæ ſemper nocere debet.l. mora.ff.de vſur.& l.quod te ſi certum petatur.

Pour le payement deſquelz faut vendre,& diſtraire tous leurs biens,& tombent eux,& leurs enfans en mendicité,& miſere

GLOSSA V.

Redditus ex qua cauſa conſtituā tur.

ECCE inconueniens ex parte debitoris, quod venit in paupertatem,miſeriam, & mendicitatem, & cogitur omnia bona ſua vendere,vt reliqua ſoluat, & ſi nō poſſent plures cumulari anni,hoc non eſſet. Et in quibuſdam pactis matrimonialibus vidi conuentum, vt nunquam duæ ſolutiones poſſent congeri, quod procedit quando ſumma non fuit à creditore petita, ſed poſt petitionem ſic.l. lecta. & l.eius.ff.ſi certum petatur.

Ex qua cauſa poſſunt iſti redditus conſtitui? Reſpon.in extrauag.regimini.diſponitur,quòd ex pecunia recepta,quæ ſi non interuenerit, contractus eſt nullus,ideo allegatur areſtum de Rollequin, per quod fuerunt redditus reprobati, conſtituti propter merces receptas: quia mercatores duplex haberent lucrum. Primò, lucrum venditarum mercium, & reddituum. quod eſt prohibitum,in l.bona fides.ff.de reg.iur. Et talis conſtitutio reddituum eſt vera emptio,quæ exigit pretium.l.j.ff.de contrah.empt.& in his redditibus conſtituendis eſt vſus patriæ obſeruandus.d.extrauag.regimini.Secundò, quòd conſenſus vtriuſque partis interueniat. Tertiò, quòd ſit ibi pretium,non mers ſola:vt videtur decidere Guido Papæ quæſtio.ccccxvj. an per confeſsionem.

Areſtum.

Ex mercibus redditus non debent conſtitui.

Item ex redditibus reddituum,ſeu ex reliquis imponi redditus non poſſunt, imò dicitur improbum fœnus.l. improbum. C. ex quibus cauſis infami.irroga.& quotidie à Senatu ſolet annullari ſic impoſitus redditus. vt audiui ſæpius pronuntiari.

Redditus ex reliquis imponi non poteſt.

Non valet etiam redditus impoſitus in mutui conceſsione,ſi tale mutuū mihi in feſto natiuitatis non reddideris, cōſtituis mihi talem redditum, quē nunc emo:quia emptio eſt in fraudem vſurarum,vt palliet vſuram, ergo nō valet,& ſic iudicauit Senatus anno 1533. die viij.Decemb. in magna inquiſitionum camera.

Areſtum.

Et auſsi ſouuent les achepteurs perdent leur principal & arreraiges.

GLOSSA VI.

ECCE aliud inconueniens ex parte creditoris: quia interdum ipſe perdit debitum principale, id eſt pecuniam, quam dederat pro redditibus emendis, & etiam amittit reliqua ſibi debita:rationem reddit text.in ſequentibus.

Pour ce que leur vendeur au parauant auoit vendu à pluſieurs autres ſemblables rentes, & les payemens deſquels & des arreraiges ſurmontent les biens du vendeur.

GLOSSA VII.

VIDES qua de causa creditor amittit debitum, & reliqua: quia debitor constituerat alios redditus super suis bonis, & priores creditores præferri debent, vt sequitur, etiam tam super principali, quàm super reliquis. l. Lucius. ff. qui pot. in pign. hab. & inferiùs dicetur in regu. ampliat.

Et le dernier perd son principal & arreraiges.

GLOSSA VIII.

Regula qui prior cùam plia. & limitationibus.

NAM qui prior est tempore, id est, cui prius obligata sunt bona, is potior est iure, & præfertur aliis: per regu. qui prior. de regul. iur. in vj. verùm quia hæc materia est vtilis, & in forensi iudicio frequentissima, in oreq; omnium pragmaticorum, ideo ponam regulam cum ampliationibus, & limitationibus, insequens Anto. Negusan. in tracta. de pigno. in secundo membro quintæ partis, regula ergo est. *Qui est prior in tempore, potior est iure.* l. qui balneũ. & l. potior. ff. qui potior. in pign. habean. & l. quoties vtriusque. de regulis iuris. 1

Extende procedere non solùm agendo, & opponendo: sed & excipiendo, vel replicando. tex. in l. creditor. in prin. ff. qui potior. in pign. hab. Vnde si prior creditor possideat rem sibi hypothecariam, & à secundo creditore petatur, is poterit excipere, vel si non possideat, agere poterit. 2

Secundò, præfertur prior creditor in re etiam empta ex pecunia secundi creditoris, l. quod quis. ff. de priuileg. creditor. auth. quo iure. C. qui potio. in pigno. habean. 3

Tertiò, procedit etiam si secundus creditor mutuasset ad rem emendã, vel reficiendam, tunc mutuans habẽtibus actionem personalem præfertur, sed non quo ad hypothecam, quam non habet, nisi expressè dicatur, l. creditor. ij. ff. si cert. peta. l. interdum. qui potio. in pign. habean. vbi Bart. & dicta l. quod quis. & ista communiter tenetur, teste Salice. in dicta authen. quo iure. licet contrarium ibi teneat glos. quæ reprobatur. Nam mutuando etiam ad refectionem, non possum derogare iuri iam acquisito tertio per hypothecam, ergo ille secundus non præferetur, etiam in illa re, nisi quo ad actiones personales, vt dicta l. creditor. 4

Quartò, etiam si res fuisset tradita secundo, adhuc is, qui est primus præfertur. l. si prior. §. fi. ff. qui pot. in pig. habean. quia res cum sua causa transit. l. alienatio. ff. de contrahen. emptio. 5

Quintò, etiam si prior hypothecam habeat ex scriptura priuata trino teste notata, alter verò ex instrumento publico, per l. scripturas. C. qui poti. in pig. hab. scripsi arti. fin. de chirograph. recog. in primo Tomo commenta. in consti. Regias. quia vndecunque sit hypotheca, dummodo valeat, attenditur. 6

Sextò etiam præfertur, & in sorte, & in vsuris. text. in l. Lucius. ff. qui pot. in pig. hab. sed cùm hodie non exigantur vsuræ in reliquis. quæ *arreraiges* vocant, præfertur prior creditor. plenè Soci. consi. xlj. in præsenti. volum. iiij. & de Ripa in l. priuilegia. ff. de priuileg. credi. 7

Sept

Septimò, etiam si hypotheca cõstituta sit à nõ domino, qui illã rem bona fide emerat, adhuc prior præfertur, secus si à diuersis nõ dominis: quia tunc possessor melioris est conditionis per l. si nõ dominus. ff. qui pot. in pig. hab. 8

Conditio multiplex.

Octauò, etiam habet locũ in creditore cõditionali: quia post euentũ conditionis hypotheca trahitur retro ad diem cõtractus, l. qui balneum. §. j. & l. potior. §. j. ff. qui pot. in pig. hab. Idem in dote scribit Alex. in l. si constante. §. j. ff. fol. ma. & Bal. nouel. in trac. dotis. in x. parte princ. in xvj. limita. quod procedit in conditione casuali, vel mista, secus in potestatiua: quia in hac nõ subest æquitas, cùm pars implere eã statim possit. c. si propter. de rescr. in vj. vbi Io. And. Nam contractus non videtur solidus ante consensum patris: secus in cõditione casuali. l. j. & ibi gl. & doc. ff. qui pot. in pig. hab. & l. pe. quę res pignori obligari possunt. Alex. & Ias. in l. si filius, in prin. ff. de verbo. obl. & Soc. in consi. xlj. in præsenti. col. j. vol. iiij. Sed in legatis non trahitur retro, sicut nec in conditione potestatiua. l. si mater. §. eãdem. ff. de excep. rei iud. Ias. in l. si is qui in materia fictio. transla. de vsuc. vbi alia videri poterunt, & per Ant. de Fano. in tract. de pign. in ij. membro quintæ partis. nu. 9. Vnde si constitui procuratorem ad recognoscendũ & confitendum tale debitũ, & ad obligandũ bona mea: sed antequã procurator recognosceret, & obligaret bona mea, ego ea alienaui, vtrum posteà procurator potuerit ea obligare bona. & Bal. in rub. de sum. tri. & fide cath. col. iij. in decret. firmat potuisse, si dominus in instrumento procurationis promiserat habere ratũ sub hypotheca bonorum suorum gestum per procuratorem: quia posteà bonorum alienatio facta per dominũ nõ nocuit ei, qui prius de hypotheca conuenit 9

Vinculum contractus quid sit.

†Nam retrotrahitur quod iam hypothecæ vinculæ vinculo continetur. vinculum enim, contractus est nõ posse pœnitere in præiudicium alterius. l. j. & ij. C. quando lic. ab emp. discede. l. sicut. C. de act. & obl. vinculum etiam obligationis actionẽ parit. l. licet. §. ea obligatio. ff. de proc. Et sic ex contractu nascuntur duo ligamina, teste Bal. in d. rub. vbi dicit diuersum esse, si nõ conuenit de hypotheca tempore mandati. Idẽ in eo, qui cõstituit procuratorem ad resignandum coram Papa, vt interim nõ possit coram ordinario resignare, teste Boer. in decis. Burdega. q. ccvij. ad secundam. scripsi in §. j. de nominat. Reg. in verb. etiam, in concord. Fran. 10

Fisco præfertur creditor anterior.

Nonò præfertur creditor anterior in hypotheca, etiã fisco posteriori. l. si pignus. & l. fi. in fi. vbi Bar. ff. qui pot. in pig. hab. & l. si fundũ. vbi gl. C. illo tit. & in l. iij. C. de remis. pign. vbi ius priuati non læditur per obligationem fisco posteà factam. 11

Nonò etiam procedit in duabus dotibus restituendis, vt prior præferatur posteriori. l. fi. C. qui potio. in pig. habean. quia dos licet sit priuilegiata, tñ non vtetur priuilegio cõtra aliã dotẽ. auth. quas actiones. C. de sacros. ec. 12

Creditor generalis prior præfertur speciali posteriori.

Decimò habet locum etiam si prior haberet generalẽ hypothecam super omnibus bonis, & posterior super vna domo. in illa autem domo etiã prior præfertur ratione prioris hypothecæ generalis, quamuis ex cæteris pecuniã suam redimere possit. l. ij. ff. qui pot. in pig. hab. l. si generaliter. vbi etiã doc. C. illo tit. Nam ius ex prima obligatione priori acquisitum, sine suo facto à se auelli non potest. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. 13

Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vndecimò, quando nouatum esset debitum cum repetitione expressæ hypothecæ, tunc censetur esse repetita cum priuilegio prioritatis. Bar. per illum tex. in l. iij. ff. qui potio. in pignor. hab.

In bonis post obligationem quæsitis præfertur prior.

Duodecimò creditor prior, cui omnia bona sunt obligata præsentia & 14
futura, præfertur etiam in bonis post obligationem quæsitis à debitore, vt dicit Bar. in l. si is qui. & l. fi. ff. qui potio. in pigno. habean. per l. hac edictali. §. omnibus. C. de secun. nup. Bal. illum tex. dicit sing. ad hoc. Et communem hanc opinionem esse, ac veritatem, licet ibi Sal. contra asserens, quod prior & posterior cõcurrunt in bonis quæsitis post obligationem, quod non videtur verum. Nam vna res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucapio. Ideo ista obligatio præsentium & futurorum nõ censebitur diuerso iure, & ad contraria Sal. Respon. Neguisan. in tract. de pign. in secundo membro quintæ partis nu. 39. & seq. quæ limitantur in fisco, qui præfertur priuato in bonis post obligationem quæsitis, d. l. si is qui. ff. de iure fisci. & inferius dicam.

Emptor pro suo hypotheca anteriori rem potest retinere.

Decimotertiò habet locum etiam si prior creditor emit rem hypothe- 15
catam à debitore, vt posteà si hypothecaria conueniatur à creditore secundo, possit rem retinere pro sua anteriori hypotheca, quæ non censetur quoad effectum sublata, nec cõfusa per acquisitionẽ rei. l. j. in fin. C. si antiquior creditor. Alber. in l. j. C. de his qui in prio. loco succedunt. vide Bal. consi. xxv. q. v. in primo volu. & Mathe. Afflict. in decisi. Neap. quæst. xvj. fuit in relatione. & Ant. Cap. decisi. xliij. Paul. in l. debitor. ad Trebel. gloss. & docto. in l. qui à debitore. ff. quibus modis pignus soluitur. & in l. libera. C. de sentent.

Casus in quibus posterior priori præfertur.

Limitatur, quando secundo creditori obligata essent bona, priori verò 16
non. Nam tunc secundus habens hypothecam præfertur priori. l. creditor. §. si primus. ff. qui potior. in pigno. habeant. nam cùm primus nihil iuris habeat in re, non præferetur secundo habenti hypothecam: ideo facias tibi semper res obligari, si præferri velis.

Mutuans ad rei refectionẽ præfertur creditori priori, si eidem res fuerit obligata.

Secundò limita, quando quis mutuasset ad domus refectionem, vel na- 17
uis, vel alterius ædificij, seu pro alimẽtis naturarum: quia tunc posterior præfertur priori in illa re sibi hypothecata, etiam si prior expressam habeat hypothecam. l. interdum. cum l. seq. ff. qui potior. in pigno. habeant. l. creditor. qui ob refectionem. ff. si cer. peta. facit l. licet. C. qui potio. huius enim mutuantis pecuniam saluam facit totius pignoris causam. l. huius. ff. eodem. etiam si fuerit factum mutuum pro reparatione ædificiorum rusticorum, tũ quòd eadẽ videatur ratio in illis, sicut in prædiis vrbanis, vt d. l. interdũ. quæ loquitur in naui. & l. huius. ibidẽ. ergo etiam habebit locũ in stabulo, & aliis prædiis rusticis: quia hæc pecunia saluam fecit rem, quãuis contrariũ teneat Dec. in d. l. creditor. si cer. pe. dicens hoc priuilegiũ fauore publico introductum, videlicet vt publicus aspectus ciuitatis reparetur, quæ ratio in rusticis cessat. l. ij. C. de ædificijs priuat. Sed non est ista ratio: sed illa quã superius dixi, d. l. huius, & huius sententię est de Ripa in l. j. col. ij. ff. in quibus causis pignus. quod est verũ, si pecunia ad refectionẽ expressè fuerit mutuata, & expressè res hypothecata, secus si simpliciter pecunia fuerit numerata

sue

siue hypotheca: tunc non haberet priuilegium prælationis. tex. in l. procuratoris. §. planè. ff. de tributor. actio. ibi, nisi fuerint creditori pignoratæ. l. si vẽtri. §. in bonis. de priuile. credito.

19 Etiã requiritur, quod pecunia sit in illa re impensa, aliàs cessaret ratio, d. l. interdũ. ibi, si in istam rem conseruandam impensum est, quatenus fuit pecunia necessaria pro dicta refectione. Nam quod supereſt nullum habet priuilegiũ. arg. l. vl. in fi. ff. de exercito. actio. & hoc docet Ant. Neuisan. in trac. de pig. in secundo membro quintæ partis. nu. 15. facit c. relatum. ibi, iuxta seruitij meritum, de testa. c. quod quibusdam. de fideiusso.

20 Et sic quo ad pœnam appositam in contractu, non haberet locum, vt in ea posterior præferri debeat priori, cùm tacita esset hypotheca, & sic prælationis priuilegium. Pau. in l. ideo. per illum tex. ff. de compensa. & idem si ad voluptatem magis, quàm vtilitatem impensum est. l. iij. §. sed & si mutua. ff. de in rem verso.

An mutuans in refectionẽ sibi præferatur.

21 Item quando alter creditor esset priuilegiatus inter personales actiones, vt est fiscus. gl. & Sali. in d. l. interdum. quia tunc duo concurrunt, & priuilegium, & tempus: ob id mutuans in refectionem nõ præfertur: quia priuilegiatus, &c. authen. quas actiones. C. de sacros. eccl. vel quando concurreret cum vxore repetente dotem. l. assiduis. C. qui potio. in pign. hab. quia in ambiguis pro dote melius est respondere. l. in ambiguis. ff. de iure dotium. quia mulier habet cum hypotheca priuilegium prælationis, & est priuilegiata, ergo hic creditor illi non præferetur. Ias. in d. l. creditor. quamuis multi contrarium teneãt. & de Ripa in d. l. j. ff. ex quibus cau. nu. 9. col. iij. Et hæc hypotheca durat quandiu res extat, diutius non, tex. iuncta gl. in l. fin. ff. de cessio. bon. Ias. in d. l. creditor. ff. si cer. pe. Anch. in c. quod quibusdam. in fi. de fideiussor.

In re empta pupilli pecunia ipsa præfertur.

22 Tertiò vitiatur regula in re empta ex pecunia pupilli. ea enim erit hypothecata pupillo cum priuilegio prælationis, & qui prior est tempore, nõ erit potior iure. l. idemq;. vbi gl. & doct. ff. qui potior. in pign. hab. quod est verũ si ab alio quàm tutore: quia si à tutore empta sit, tunc electio datur pupillo quo ad hypothecam, vel potest rem suam pecunia emptam vendicare. l. curator. C. arbit. tutel. l. ij. ff. quando ex facto tutor.

23 Idem in milite statutum est obtentu militiæ. in l. si vt proponis. C. de rei vendicatio.

Res empta pecunia mea non est mihi obligata.

24 Etiam idem in militia empta ex pecunia: quia licet non fuerit specialiter
25 appositum pactum, quod sit specialiter obligata, tamen iure hypothecata erit, & præfertur aliis creditoribus in illa militia. l. fi. & authen. ibi posita. C. de pigno. & authen. quo iure. qui potior. in pign. habean. † licet regulariter res empta ex pecunia mea non sit mihi obligata, nisi expressè obligetur. l. licet. qui potior. d. l. si vt proponis. C. de rei vend. & d. l. quamuis. & in socio omnium bonorum, vt teneatur communicare suis sociis rem emptam suo nomine. probat. l. si quis societatem. ff. pro socio. Ias. in l. si socius, in fine. si socius, in fin. si cer. pe. & Alex. consi. xlix. mature. j. volu.

Mutuãs ad emptionem rei an illã rem habeat obligatam.

26 Quartò non procedit, quando quis mutuaret ad rem emendam hoc expresso, vt illa res empta sit ei specialiter pro illa pecunia obligata. Tunc iste cre

iſte creditor in illa re præfertur aliis creditoribus, habentibus etiam priorē hypothecam generalē, per l.licet.C.qui potior.& Mathe.de afflictis in deciſi.Neap.q.cccvj.vir & vxor.

Etiā de dote dicit Cæpol.cautel.cxxiiij.vulgaris, quia res iſti eſt affecta, 27
ergo etiam doti anteriori præfertur, vt dicit Neuiſan.vbi ſuprà, licet Bart. contrarium teneat in d.l.interdum, adhærendo gl.in §.his conſequens, in auth.de æquali.dotis, cui opinioni non ſubſcriberem, eò quòd iſte ſua pecunia rem acquiſiuit, ob id niſi ille mutuaſſet, res non fuiſſet acquiſita: ideo ſibi proſpicere potuit. Nec poteſt dos conquiri: quia illam rem non habebat, antequàm is mutuaret, qui ſe mutuauit, & ſibi prouidit, nec eſt quod ſibi imputari debet.

Cautela prouidente rem habita fide de pretio & emptore.

Nota tamen, quòd ſi vendas rem habita fide pretij, debes apponere pa- 28
ctum, vt dicta res ſit tibi obligata pro pretio: & tunc eris potior in illa re vēdita, ſecus ſi illam traderes ſine hoc pacto, per dictam l.licet.hoc dicit Alb. ibidem. Nam poſtquàm eſt translatum dominium per rei traditionem. §. vēditæ. de rerum diui. in inſti. l. procuratoris. §. ſi dedi. ff. de tribu. actio. Erit tamen tutior cautela, vt ſi res tradatur, quòd venditor ex conſenſu emptoris retineat rei illius dominium, & emptor rem illam poſſideat nomine venditoris, donec integrum fuerit ſolutum pretium.

Etiam quando emptor dubitat de re empta, ne euincatur, vel ſuper ea 29
moleſtetur, poteſt in ſolutione pretij dicere, quòd pretium conuertatur in emptionem aliorum bonorum, quæ erunt prius obligata pro defenſione rei venditę, & tale pactū valebit. Alex.in l.ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. col.j. ff. qui ſatiſ.cog. & ſi res poſteà empta fuerit, in illa præferetur emptor alterius rei, dummodo probetur emptam illa pecunia à me data, quod difficile eſt.

Filij in rebus datis dotibus prioribus præferuntur.

Quintò limitatur in duabus dotibus. Nam filij vel alij repetentes res do- 30
tales, in illis datis præferentur aliis dotibus etiam prioribus. tex.in l.fi.cum authen.ibi poſita. C.qui pot.in pig.habeant. vbi plenè Bal.& alij.

Sextò, non procedit in pluribus miſsis in poſſeſsionem fundi, vel alterius 31
rei ex iudicato, tūc illi ſunt æquales, vt per Alex.& alios in l.ſi finita. §. ſi plures. ff. de damno infecto.

Septimò non habet locum in debito primipili. Nam fiſcus omnibus 32
creditoribus in hoc caſu antefertur, quantumcunque prioribus. l.ſatis notū. C.in quibus cauſis pign. l.penul. de primipilo. lib. duodecimo. Anto. Capit. in deciſi. Neap. q. cxxix. in tertio dubio, vbi dicit intelligi primipilum, id eſt, generalem Theſaurarium principis, dico abundantius infrà.

Octauò perdit officium regula in creditore priore poſsidente rem debi- 33
toris, qui ſi conuentus neget rē debitoris eſſe, transfertur poſſeſsio in poſteriorem creditorem, & ipſe prior propter mendacium, ſua priuatur poſſeſſione, quæ in poſteriorem creditorem transfertur, authentic. item poſſeſſor. C.qui potior.in pignor. facit l.fin. C.de rei vendicatio. propter mendacium enim quis perdit beneficium. l. ſed hoc ita. in fine. ff. de re iudic. facit authē. contra qui propriam. C.de non numerata pecun. & ſic conſuluit Bal. conſi. clxxxix. dominus, col. iij. in ſecunda quæſtio. vol. iij. partum tamen conuenit regulæ hæc limitatio.

Nonò

Creditor ſimul præfertur aliis.

34 Nonò in expenſa funeris præfertur is, qui eam fecit, etiā omni æri alieno. l.fi. §. in cōputatione. C.de iure delib.& præfertur omni creditori, etiam in dote habenti tacitam hypothecam. l.at ſi quis. §. ſed & ſi res, & l.pen. ff. de relig.& ſumpt.fune. ſed nō habenti expreſſam. gl.in d.l.pen. Bart.in l.j.iiij. col.iiij.oppoſi.ff.ſolu.matr. vide tamē quæ ſcripſi in præfa.ad tracta.de ſen. prouiſional.in j.Tomo comment.in conſt.reg.gallic.

Soluēs priori in eius lucrum ſubrogatur.

35 Decimò quando ſecundus creditor ſoluit, vel offert ſoluere priori, & ſignat debitum primi, tunc efficitur anterior. l.j.C.qui potio. in pign. habeā. & l.potior.in fi.illo tit.ff.& idē dicimus in tertio reſpectu ſecundi. l.ſi prior. §. à Titio. ibidem. vnde cogi poteſt primus creditor tradere rem obligatam ſecundo creditori, ſic ſoluenti, niſi primus itidem creditor offerret ſoluere ſecundo. Et ita iudicatū fuit Neapo. vt Mathe. Afflictus ſcribit deciſ. cclix. per tex.in l.Paulus, in fin. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. ſol. qui tex. ſinguleſt ſecundum Ang.& Iaſ.in §. item ſi quis in fraudem. in gloſſ. vlt. de actio. in inſtit.

De creditore chirographario.

36 Vndecimò ſi ex voluntate primi creditoris obligetur ſecundo, tunc ſecundus erit potior, & priori præfertur: quia ius ſuum videtur illi remiſiſſe. l. creditor. §. fin. vbi Bar. ff. qui potior. & cùm ille tex. loquatur de voluntate, requiritur voluntas expreſſa, & ſic ſola præſentia non ſufficeret. l.ij. §. voluntatem. vbi doct. ff. ſolu. matri.

37 Duodecimò, quādo primus eſt creditor ex chirographo non ſubſcripto tribus teſtibus: tunc creditor poſterior ex publico inſtrumento præfertur. l. ſcripturas. C.qui potior.in pign. habeant. Quod non procedit hodie ex lege Regia, ex qua poſt recognitionem habent hypothecam, quæ retrotrahitur ad diem contractus, vt ſcripſi in tract. de chirograph. recog. artic. ij. in primo Tomo conſti. Regia. quia ille articulus non requiri ſubſcriptionem: ergo nō eſt in hoc Regno expetenda. vide Iacob. in l.in re ff. de fide inſtrumen.

Emptor fructuum aliis præfertur.

38 Decimotertiò limitatur in obligatione fructuum. quos ſi debitor vēdat & emptor recipiat, in illis præfertur priori creditori. l.j. §. cùm prædiū. ff. de pign. & l.Paulus. §. j. ibidem. l.potior. §. ſi de futura. qui potior. quia mobilia non habent ſequelam, teſte Boer.in §. ij. de conſuetud. hypoth. in conſuetu. Bitur. ſcripſi in primo Tomo commenta. in conſti. Reg. tract. de liter. oblig. artic. iiij. gl. ij.

Fiſcus in bonis quæſitis poſt obligationem præfertur.

39 Decimoquartò, non procedit in fiſco, qui licet ſit tempore poſterior, tamen in bonis acquiſitis poſt obligationem ſuam, & creditorum præfertur aliis creditoribus, etiam anterioribus, quibus fuerunt bona generaliter obligata, præſentia, & futura. tex.in l.ſi is qui. ff. de iure fiſci. vbi gl. Bar.& Alberi.& plenè Bal.conſi. clix. dominus. in tertio volumi. Niſi primus creditor eſſet priuilegiatus, vt pupillus pro debito tutelæ: nam is fiſco præfertur, ſi prior ſit, etiam in bonis poſteà quæſitis, l.fin. vbi gl. C.qui potior.in pign. habean. Nam priuilegiatus non debet vti priuilegio contra priuilegiatum. l. priuilegia. ff. de priuile. credi. vbi plenè de Ripa. Ant. Capi. in deciſ. Neapo. quæſtio. cxxxix. in tertio dubio.

Primi pili officium.

40 Limitatur in primipilari adminiſtratione, in qua fiſcus omnibus præfertur, per l.vtilitas. C.de primipi. li. xij. l.ij. de priuil. fiſ. vnde etiā Reginam

præfer

præferendam in bonis Thesaurarij generalis. concludit idem Capit. in dicta decisio. in tertio dubio, quia secundū eum primipilarij dicuntur primi administratores. l. solita. & l. ordinariorum. C. de cohortal. lib. xij. gl. in l. officiales. C. de epis. & cle. licet aliis possint etiam exponi modis, vt per eū. & in rubr. ad illius tit. iurium interpretes sic exponunt.

Obligans secūdo, debet prædicere.

41 Decimoquintò, qui res suas iam obligarunt, & alij secundo obligāt creditori, vt effugiant periculū. quod solent pati, qui sæpius easdem res obligant, prædicere solēt alij nulli rem esse obligatā, quàm fortè Lucio Titio, vt in id quod excedit priorem obligationē, res sit obligata, vt sit pignori hypotheca ve id, quod pluris est, aut insolidum cum primo debito liberata res fuerit. l. & quæ nondū. §. fi. ff. de pig. per quem tex. datur regula, Quod obligās rem suam duobus, debet prædicere secundo, & si non prædixerit, crimine stellionatus tenetur. l. iij. ff. de crimi. stellio. glo. in d. §. fi. quod intelligerem verum, si debitor interrogatus esset, alioqui non. aliàs magna pars hominū, qui res suas obligant passim hoc tenerentur crimine, quod nō est dicendū, vnde bonum esset, si creditor timet rem alij prius fuisset obligatam, vt interroget tempore contractus debitorem, & tunc si per calliditatem aliquid fecerit, tenebitur, vt habetur in d. l. iij.

Obligans rem secūdo quæ obligare censentur.

42 Item datur regula, quòd dum quis obligat rem diuersis temporibus, duobus, vel pluribus: siue dixerit eā obligatam, siue non, censetur secundo obligare, quod supereſt detracto primo debito, ideo prius debet distrahi primū debitum. l. si debitor. ff. qui potio. in pigno. habeant. Siue obligetur vna tantum res, siue omnia bona, vt in l. fi. C. quæ res pign. obl. possunt. Sed si obligata res sit duobus eodem tempore, vt Lucio & Titio obligo res meas: tunc pro dimidia vtrique obligatæ censentur. l. si fundus. §. si duo. ff. de pig. Si verò in diuersis instrumentis, & diuersis personis facta sit obligatio, eodem tamen die, nec apparet cui prius, tunc melior erit occupantis conditio. Bart. & alij in d. §. si duo. facit l. si quis à multis. ff. de noxal. per dictam l. si debitor. doct. in l. priuilegio. ff. de priuileg. credito.

Debita & credita à in re diuidūtur inter hæredes nō hypotheca.

43 Decimosextò, licet debita & credita pro hæreditariis portionibus diuidātur à iure respectu actionis personalis. l. j. C. de reb. cred. & l. j. de hæred. act. & l. j. C. si vnus ex plurib. hæredib. vnde his verbis ait Imperator, quæ in nominibus sunt, non recipiunt diuisionem, cùm ipso iure in portiones hæreditarias, ex l. duodecim tabularum diuisa sunt, in l. ea quæ. C. fam. ercis. Tamē actio hypothecaria remanet communis apud quemlibet hæredem, & contra quemlibet datur insolidum, nisi diuidatur inter hæredes. l. iij. & l. si pignori. ff. fam. ercis. vbi Barto. & Flo. vide Franc. de Ripa in l. priuil. cred. vbi xxvj. limitationes conscribit.

Prioritatē quis probare debeat.

44 Quæro quis prioritatem probare debeat? Respō. is, qui se priorem dicit & sic qui agit. l. ei qui. & l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. Barto. in d. l. si is qui.

45 Limitatur in fisco, contra quem si quis agat, is debet probare acquisitionem factam, priusquàm cum fisco esset contractum. argumen. l. quoties. C. de rei vendicatio. Sed si fiscus agat, debet ipse probare suam acquisitionem, vel obligationem priorem, per l. qui accusare. C. de edendo. l. mater. C. de rei vendicat. Barto. & alij per illum textum, in l. j. C. de iure fisci. libro x. Idem

decimo. Idem dicendum in creditore agente cōtra emptorē, qui emit ipso die, quo res creditori obligata fuit, vt ipse creditor probare prioritatem debeat, aliâs succumbet, per l. de rebus. C. de dona. ante nupt. Corsi. in singul. incipient. actio hypothecaria. Barba. in repet. rub. qui admitti. col. ij.

Etiam si creditor conueniretur, quia ipse creditor fundat se in tempore: videlicet quòd ipsi prius sit obligata, quàm empta, ergo illam qualitatem probare debet. l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nunciat. l. eum actum. de neg. gest. Bald. hoc expressè docet. C. de probat. in l. matrem. vbi etiā Paulus & Salicetus ac Barba. in addit. ad Bal. in l. cùm res. C. de proba.

Prioritas quomodo sit probanda.

46 Quæro, quomodo ista prioritatis probatio fieri debeat? Respond. hoc probari ex instrumentis obligatoriis. Nam si quilibet diem suæ obligationis tractat & producat: ex tali productione colligetur prioritatis, & posterioritatis ratio, & probatio. l. in re. ff. de fide instrumentorum. & ibi Iacobus. sed si duo vel plures reperiantur eiusdem diei, in hypotheca melior erit conditio rei. l. fin. C. de rei vendic. nisi per actorem prioritas probetur ratione horæ, vel alterius temporis, vel ex libro notarij, in quo suum instrumentum est prius conscriptum. argu. l. si seruus communis. vbi Bald. ff. de sti pul. seruo. & Bald. in l. aduersus. C. de furt. Felyn. plenè in cap. pastoralis & c. Rodulphus. de rescr.

Probās diē obligationis alijs præferetur.

47 Limitatur in causa priuilegiata, pro qua præsumitur, vt in dote. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & l. j. vbi doctor. soluto matrimonio. & idem in causa pia. Roma. in authen. similiter. in decimotertio priuileg. C. ad leg. Falcid. & idem in aliis causis priuilegiatis, vt studij, prout scripsi in scholiastico. priuilegio. sed si vnus creditor probet de die suæ obligationis: possessor autem nihil probat de tempore suæ acquisionis, quia fortè videt alium priorem, probat tamen emisse, sed quo die, non: tunc is qui probat diem obligationis obtinebit, quia certius probat, vt docent Cyn. & Bald. in l. de rebus. C. de dona. ante nupt. & doct. in l. j. ff. solut. matrimo. plura scripsi in tract. de pacti. poss. in xvij. limit.

Hypotheca ria ante solutionē non tollitur.

Vltimò notandum est, quòd actio hypothecaria nunquàm tollitur nisi secuta solutione, etiam si super debito fuerit iudicatum. l. grege. §. etiam. ff. de pignor. l. quamuis. ij. C. illo titul. tamen si aliquis obtinuerit sententiam super apprecatione quorundam bonorum captorum, non poterit variare: & capere alia bona, donec visum fuerit an bona electa sufficiant. Nam postquàm lis est contestata super aliquibus bonis, non poterit creditor variare, per l. si quis stipulatus sit Stichum. ff. de verborum obliga. facit text. in l. j. fin. ff. si famil. furtum fecisse dic. Barto. in l. eum qui certarum. §. j. col. iij. ff. de verbo. oblig. sic fuit iudicatum Neapoli, vt refert Anto. Capit. in decisi. xxxiij. & xlj. & xlvj. in fin. Et sic habetis hanc regulam planè & diffusè expeditam. Laus Deo.

Moyennant lesquelz contrats se font plusieurs fauses ventes, fraudes & tromperies.

GLOSSA IX.

IS ENIM qui nouissimè vendit redditus, non inuenit facilè emptorem, nisi repetito die vendat, id est si hoc anno. l. vendat, fiet instrumentum. quòd vendiderat anno vigesimo. l. repetita. ff. de fid. instru. explicui in l. quos nos. §. j. ff. de verb. signi. Et sic venditio falsa est, & aliæ innumeræ fraudes & deceptiones fiebant. Et quamuis hæc venditio non valeret, quia venditio falsa, venditio non est. l. Paulus. vbi scripsi. ff. de verb. sign. tamen quia hoc ignorabatur, pro venditione habebatur, donec talis declarata fuerit.

Redditus vendi possunt.

Dubium est, postquàm isti redditus sunt constituti, vtrum possint alteri vendi? Respond. sic prout immobilia, inter quæ computantur. cle. exiui. §. cumque. de verb. sign. l. commodis. ff. de re iud. & speciale est in ecclesia, vt hos vendere non possit, ergo aliis permittitur. l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. sic consuluit Bald. consi. ccx. quæritur. in iij. vol.

Desquelles sortent plusieurs proces, tant criminelz, que ciuilz.

GLOSSA X.

Processus ciuilis & criminalis ex vno facto oriri potest quid sit.

EX VNO facto processus criminalis, & ciuilis oriri potest, Primò ex illa venditione repetita die facta, ideſt vt practici dicũt, ex antidata, & sic falsa, oritur processus criminalis: quia saltum est ipsa immutatio veritatis. §. j. in authen. de instr. caut. & fid. §. j. coll. vj. Ideo si procurator Regis concludat, vt illius bona publicentur fisco, & vt ipse corporaliter puniatur, vel ad emendam Regi applicandam condemnetur, tunc dicetur criminaliter agere, vt inferius dicetur.

Secundò, etiam processus ciuilis oritur, videlicet vt emptori soluantur redditus præteriti, & ad perpetuò soluendum futuros condemnetur, & sic dicitur processus criminalis, quando agitur de puniẽdo crimine, siue in pœna corporali, siue in pœna fisco applicanda consistat. glo. sin. in l. iij. in verb. aureorum. ff. de sepulchr. viola. & in l. venia. C. de in ius voc. Bald. in ver causa. in Marg. ij. q. Ang. in tract. de malefi. in gloss. necnon ad querelam. col. iij. doc. in rub. de iud. Ciuilis quando agitur de ipsa re, vel de pœna parti applicanda. glo. in l. aut damnũ. in prin. ff. de pœnis. & l. iij. C. de sepul. vio. Barb. in repet. c. testimonium. in iij. parte. in prin. de testib. & consil. xj. col. ij. in iiij. vol. & Gaspar. Valac. in repet. l. Imperium. col. lj. ff. de iurisd. om. iud.

Et sic vides, quòd per hos processus consumit quis ea, quæ habet, & per lites quis efficitur pauper. tex. & ibi glo. in authen, vt differ. iud. coll. ix. Plura de hoc scripsi in glos. lites. & seq. in procem. concor. & in procem. harũ const. Regiar. in fi. in j. To. ibidem quilibet videre, si lubet, potest.

Pource nous desirans pourueoir à l'indemnité de noz subietz.

GLOSSA XI.

Princeps indemnitati subditorũ laborare debet.

PRINCEPS quantũ potest indemnitati subditorum laborare debet, vt patet in prin. vol. de hær. & Fal. & in j. cõst. C. ac in procem. Decr. & sexti. Et hodie quidam optimè verbis prouident, sed de facto, an

cto, an hoc fiat, videat qui potest.

Considerans telz & semblables contrats estre odieux & à restaindre.

GLOSSA XII.

ISTI ergo contractus odiosi sunt, ergo restringendi: nam odia restringi, & fauores conuenit ampliari. l. cùm quidam. ff. de lib. & posth. & regul. odia. de regu. iur. in vj. & sic isti contractus, & quæstiones super eisdem suscitatæ restringentur: quod seruiet ad sequentia.

Venditio quãdo odiosa dicatur.

Sed nunquid venditio sit odiasa? Respond. non de se, sed ratione rei, vt si res ematur sacra, etiam si adiiciatur, dum fiet prophana. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de verb. oblig.

Vel si ematur redditus super bonis alicuius, hoc est odiosum: quia pecunia nõ potest párere pecuniam, nec emi pecunia debet: ideo quãdo emitur odiosus est contractus, vt hîc dicitur. & in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet.

Auons ordonné & ordonnons que les acheteurs de telles rentes.

GLOSSA XIII.

Hypotheca quid.

HIC statuit Rex, ne emptores reddituum petant reliqua, nisi quinque annorum, quæ vocat, *les arreraiges de cinq ans.* de quo statim dicetur, & hîc vocat redditus, siue hypothecam, quia obligantur bona debitori ad soluendum singulis annis redditus impositos, vt sequitur.

Hypotheca expressa altera tacita.

Et hypotheques.

GLOSSA XIIII.

Generalis hypotheca & specialis.

1 ET NOTANDVM est, quòd hypotheca nihil aliud est quàm bonorum obligatio, & traditi differentiam inter pignus & hypothecam in l. plebs. §. inter. ff. de verbor. & rer. significa.
2 † Et quædam est expressa, quædam verò tacita. Expressa est quæ partium conuentione inducitur. Tacita autem, quæ ex legis dispositione, statuti, seu consuetudinis, vt per totum titul. ff. in quib. caus. pignus. Expressa quædam est generalis: altera specialis.

3 Expressa generalis est, quando generaliter omnia bona obligantur, tam præsentia quàm futura, quod fieri potest. l. fin. C. quæ res pign. obliga. poss. quod non est in donatione omnium bonorum, sub qua non comprehenduntur bona futura, quia est magni præiudicij. doc. in l. fi. C. de pact. & dixi alibi. Specialis seu expressa est quãdo vna res specialiter obligatur. gl. in verb. recepta. l. j. in prin. ff. de pig. vel quando plures res in specie obligantur nõ tamen omnes: Barto. in l. licet. ff. in quib. caus. pig. vel quando obligantur bona præsentia tantùm, non futura. l. quæ nondum. §. j. ff. de pign. vbi glos. & doct.

Differẽtiæ inter hypothecam generalẽ & specialem.

Et est differentia: quia res non potest specialiter obligari. quæ non est mea tempore obligationis specialis, sed in hypotheca generali etiam veniunt futura. l. j. in princ. ff. de pign. & d. l. & quæ nondum. ibi. & ibi Barto.

Universidad de Deusto Biblioteca

post glo.& l.fin. C.quæ res pig.oblig.possunt.

Rem hypothecatã an debitor suã probare debeat.

Secundò differunt, quia post obligationem generalẽ potest debitor excipere illam rem de qua agitur, non esse vel fuisse suam,sed alterius quem nominare debet,pro quo possidet: & sic creditor debebit probare rem illã esse debitoris,secus si agatur de speciali hypotheca:quia debitor illam rem non debebat hypothecare si sua non erat, nam sic conuincetur de mendacio,si dicat nunc non esse suam.l.si inter colonum.§.j.ff.de pig.& l.rem alienam.de pignorati.actio.Salyc.in l.cùm res col.pe.C.si res ali.pig. data sit Alex.in l.si pignore.§.j.ff.de pig.actio.in additio.ad Bart.

Tertiò differunt:quia donatio facta vxori non confirmatur morte,si post donationem maritus eam rem obligauit specialiter.l.iij.& ibi not.C. de lega.l.cùm hic status.§.si maritus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. secus est si obligauerit suas generaliter:quia post reuocatur præcedens donatio Bart. in d.l.rem legatam.in fi.ff.de alimen.lega.Bald.in l.si non virum.C. de donat.inter vir.& vxor.Iaſ.in d.l.iij.in ij. limitatione: quia obligatio generalis non ita afficit rem,sicut specialis. arg.l. est differentia.ff.in quib.caus. pign. glo.in l.licet.ibidem. 6

Quartò,hypotheca specialis plus afficit,& plus iuris transfert quàm generalis.gl.in auth.de non alienand.in §.nos igitur.in fi.colla.ij.nam debitor potest manumittere mancipia generaliter obligata,sed si specialiter obligata sint,non.l.iij.C.de ser.pign.dat.manu.l.licet.& l.penulti.ff. in quib.caus. pig.vel hypothe.tacitè contrah. faciunt nota.in glos.c.quãquam.xxiij.dist. vbi numerantur casus in quibus operatur plus prouisio specialis, quàm generalis.& per Iaſ.in l.cùm quid.ff.si cer.pet. 7

Quintò,pactum de non alienando,seu conuentio reddit nullam alienationem,quando res specialiter obligatur,secus si generaliter.tex.sing.in l.si creditor.§.fi.ff.de distra.pig.vbi hoc etiam tenet Bar.& Bal. in l. si ita quis. §.ea lege.de ver.oblig.& ibi Iaſ.& in l.filiusfamilias.§.diui.in iij.q.de lega.j. quia postquàm exorbitat a iure communi,ideo non debet extendi ad generalem hypothecam,licet multi contrarium teneant. 8

Prælatus bona ecclesiæ nõ obligat specialiter.

Sextò prælatus non potest res ecclesiæ specialiter obligare,secus in obligatione generali.c.nulli.& ibi doct. de rebus eccles. non alienand. Panormi.in c.iij.de precar.glo.in §.nos igitur.in verbo specialis.in authen. de non alienand.reb.ecclesiæ.colla.ij.Alex.consil.cxviij.col.pe.ver.insuper.in v. volu.& ista est magis communis,teste Neguſan.in tract.de pign.ij.parte.& in princ.quamuis hodie mala pars prælatorum non solùm obliget,sed & alienet,& consumat,& deglutiat. 9

Emptor quando locationi facta stare teneatur. Arestum.

Septimò,si dominus locauerit domum ad triennium, & eam specialiter pro illa locatione obligauerit,si interim vendat domum, emptor tenebitur stare locationi,secus si generaliter essent obligata omnia bona.Bartol. in l. emptorem.C.loca.& in l.filiofa.vbi Alex.ff.sol.mat.sic censuit senatus Parisi.anno 1543. die ix. ante Paschæ. in solita pronuntiatione arestorum, aliæ sunt multæ differentiæ quæ hic poterunt addi. 10

Casus in quibus tacita cõtrahitur hypotheca.

Notandi sunt tamen casus,in quibus tacita hypotheca contrahitur iure ipso, sine expressa obligatione. 11

Primus ergo casus,in quo à iure tacitè cõtrahitur pignus,est in inuectis,& illatis 12

illatis,vt l.certi iuris.C.loc.§.item Seruiana.instit. de act. de quibus abundè scripsi in tract.de lit.oblig.art.iiij.in j. Tomo constit.Regiar.in comment.

12 Secundò,hypotheca tacitè contrahitur in re refecta,vel cõstructa ex pecunia mutua, & creditori datur in hoc priuilegium exigendi.l.j.ff.in quib. caus.pig.& l.creditor.ij.si cert.pet.l.j.de cess.bon.idem in naui.l. interdum. ff.qui pot.in pig.hab.Alex.consi.ccxvij.viso.vj.vol.

Res empta pecunia pupilli ipsi est tacitè obligata.

15 Tertiò,res empta pecunia pupilli est tacitè hypothecata pupillo,etiã priuilegio prælationis pro restitutione pecuniæ.l.idemq;.ff.qui pot.in pig.hab. & ibi Bar.& alij.quod est verum,vt in actione personali tantùm præferatur in dictis rebus aliis creditoribus non priuilegiatis, solam actionem personalem prætendentibus.l.quod quis.& ibi glo.ff.de priuileg.creditor. Bald. in l.quamuis.C.de pig.& in l.licet.qui pot.in pig.hab.Salyc.in authen. quo iure.q.ij.ibidem,reprobando glos.contrarium tenentem.& Alex. in l. si cùm dotem.§.fi.col.pen. ff. solu.matr.quod intellige quando res fuit empta per alium,quàm per tutorem,quia si per tutorem, tunc est in pupilli electione, an vellit rem,vel pecuniam sibi restitui.Bald.in l.si tutor.C.de seruo pigno. dato manumiss.gl.in l.ij.C.quando ex fact.tutor.l.si vt proponis. de rei vẽd. vbi doct.distinguunt,dixi superius in glo. viij.

14 Quartò,res empta pecunia militis,est ei tacitè hypothecata pro illius restitutione.gl.in l.quamuis.C.de pig.& ibi Bart.& alij.Salic.in l.licet. in j.& ij.oppos.C.qui pot.in pig. hab.

15 Quintò,militia empta pecunia mutua, est tacitè hypothecata mutuanti cum priuilegio prælationis.l. fi. C. de pign.& præfertur ille creditor etiam vxori repetenti dotem,vel filiis,quando dos esset posterior: aliâs habebit locum regula,qui prior,vt in authen.posita.in d.l.fi.& Bald. nouuell. in tract. de dote in x.parte,xiij.limit.& ille qui specialiter mutuauit ad emẽdam domum,habet in illa priuilegium.l.quod quis.vbi Bart.ff.de priui.cred. secus si pecunia sit in genere credita.l.procuratoris.§.planè.ff. de tribu.act. Bart. in l.interdum.qui pot.in pig.hab.de Ripa,in l.Sabinus.§. si quis cùm tutor. nu.15.de priuileg.creditorum.dixi superius in glo.octaua,quando esset specialiter obligata.

Bona tutorum sunt tacitè obligata pupillis.

16 Sextò,bona tutorum & curatorum,necnon eorum,qui se gerunt pro tutoribus, vel curatoribus sunt tacitè obligata pupillo pro mala administratione & negligentia, ab eo die quo incipit esse tutor, vel gerere negotia.l. pro officio.C.de administr.tuto.& ibi glo.Bart.& alij in d.l.Sabinus.§.fi. cũ l.seq.vbi de Ripa.ff.de priuil.cred.idem in curatoribus ad lites.l.properandum.§.fi.C.de iudic.& in actoribus datis,& curatoribus,vel tutoribus.Bar. in l.actor.col.ij.ff.rem ratam hab.Fallit in actore dato à iudice loco tutoris, vel curatoris.Bar.vbi suprà,& Iaſ.in d.§ fi.properandũ.vbi etiã non procedere in bonis hæredum tutorũ asserit.& Cuma. consi.lviij. quæritur. Neguſantius in iiij.membro ij.partis, tract. de pigno. Etiam in tacita hypotheca erunt bona pro tutoris.glo.in l.dabimus.in verb.priuilegio.ff.de priu. cred. non enim debet esse melioris conditionis hic protutor,qui nulliter administrat,& qui non est tutor,quàm ille qui verè est,vt in c.eum qui. de præben. in vj.Aret.consilio xxix.diligenter.col.j.in c.decisi.cxxix.nu.3.

Bona patris male administrãtis bona filij sunt ei tacitè obligata.

Septimò inducitur tacita hypotheca in bonis patris administrantis bona 17
filij fraudulenter, vel malè alienantis, in casu quo est legitimus administra-
tor. l. cùm oportet. §. fi. C. de bonis quæ liber. quod secus est, si bona filij ma-
lè sua culpa, non tamen dolo administrauerit, quia tunc non tenetur §. non
autem. ibidem. De his verò quæ gesit non tanquam legitimus administra-
tor, tenetur reddere rationem administrationis filio, & reliqua. Bald. in l. fi-
liæ cuius. C. famil. ercisc. Socy. consil. xxxiiij. prosequendo. col. vlt. in primo
vol. & tunc sunt bona tacitè obligata. Bald. nouell. in tract. de dote. in j. par
te. viij. priuileg. & incipit, hæc tacita hypotheca à die inchoatæ administra-
tionis. glo. Bart. & alij in d. §. fin.

Nec refragatur quòd hypotheca non possit nasci ante principalem obli 18
gationem. l. si debitor. C. de priuileg. fisci. quia duplex potest considerari
obligatio: vna generalis, ac primæua, qua pater simul atque incipit admini-
strare, tenetur & obligatur res filij saluas facere, absque dolo, & fraude ad-
ministrare, & ista præcedit hypothecam. Altera est obligatio specialis & se
cundaria, quæ nascitur ex mala administratione patris. l. j. §. est autem. & §. si
apud. & l. si duo. ff. depositi. & licet ante istam secundam oriatur hypotheca,
tamen satis est quòd non oriatur ante primam generalem. Bald. & Salyc. in
d. §. fi. d. l. officio.

Vitrici bona sunt tacitè obligata pro vxoris administratione.

Octauò in bonis vitrici, quando non reddita ratione mater & pupillorũ 19
tutrix illi secundo nupsit, tunc pro tutelæ redditione, & restitutione reli-
quorum, bona secunda mariti sunt tacitè obligata filiis primi matrimonij
siue priuignis. l. penult. C. in quibus caus. pignus vel hypothec. & hoc dicit
Soci. in consi. clxxx. diligenter. col. ij. vol. ij.

Bona trãseuntis ad secundas nuptias quãdo sunt specialiter obligata.

Nonò inducitur tacita hypotheca in bonis paternis, quando pater tran- 20
siuit ad secunda vota, tunc pro lucris & aliis bonis peruentis ad patrem ex
primo matrimonio, & dolosa administratione illorum bonorum, filij habẽt
in bonis patris tacitam hypothecam. l. si quis prioris. §. in illo. C. de secun.
nup. & ibi doct. & Soci. d. consi. xxxiiij. in j. vol.

Idem in matre trãseunte ad secundas nuptias, vt bona eius sit filiis primi 21
matrimonij obligata tacitè pro conseruandis lucris, & aliis bonis; quæ ad
eam à primo marito deuenerant. l. hac edictali. §. omnibus. C. de secun. nup.

Fiscus quãdo tacitè habeat bona obligata.

Decimò in fisco: nam maior emens rem à fisco, tacitè obligat bona sua 22
fisco pro pretio rei. l. ij. C. de priuil. fisci. nam fiscus semper habet ius pigno-
ris. l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure fisci. secus in minore contra maiorem: quia
tunc sola res empta minori obligatur. l. j. in fi. iuncta. gloss. in verb. emerit. ff.
de rebus eor. Iaso. in repeti. l. fi constante. in ij. q. iij. partis principal. ff. solu. ma
trim. & præfertur fiscus priuato habenti expressam, etiam anteriorem, in bo
nis quæsitis post obligationem contractam. tex. & ibi Bart. in l. si is qui. ff. de
iure fisci. vt superius scripsi in glo. octaua.

In delictis bona quãdo sint fisco tacitè obligata.

In delictis verò communis est opinio, quòd ante inchoatũ iudiciũ crimi- 23
nale fiscus nullam habet hypothecam in bonis delinquẽtis: nec etiam post
iudicium inchoatum ante sententiam. l. ex iudiciorum. ff. de accus. post sen-
tentiam. sic Bald. & Alexander in l. rescripto. in prin. ff. de pact. sed Angel.
Fulg. & Paul. tenent quòd à die litis contestationis incipit ista hypotheca,
quia

quia ab illo die quasi contrahitur. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecul. & pro qua-
si contractu fiscus habet tacitam hypothecã. d. l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure
fisci, & hæc hypotheca in delictis non nocet creditoribus ex alia causa, sed
solùm operatur contra delinquentes, vel tertios possessores sine tit. Alex. in
d. l. tertia. §. idem scribit. Hodie dicerem esse tacitam hypothecam à die ma
nus iniectionis: id est ab eo tempore, quo res saisitæ sunt: vt solet in Francia
fieri, si posteà delictum probatum fuerit, etiam si lis contestata non sit. & in
quibus casibus res delinquentis non saisiuntur ante sententiam. tenemus
opinionem Ange. & Fulg. vt à die litis contestatæ incipiat ista tacita hy-
potheca.

Regina eisdem priuilegijs quibus Rex vtitur.

Item contrahens cum regina etiam tacitè videtur obligare illi res suas 24
pro contractu, sicut fisco. l. ij. C. in quibus causis pignus tacitè contraha. quæ
licet loquatur tantùm in fisco, tamẽ etiam in Augusta locum habebit, quia
princeps dat ei, quæ habet priuilegia. l. princeps. ff. de legi. l. j. in fi. ff. de iure
fisci. & hoc probat Capi. in decis. Neap. q. cxxix. & ann. 1549. hoc Rex Hen
ricus cauit suo edicto: vt eisdem priuilegiis Regina vteretur quibus Rex.

Vndecimò tacitè inducitur hypotheca in decimis: nam prædia, pro qui- 25
bus debent solui, sunt tacitè obligata pro illis: vt docet Io. And. & Panor. in
c. cùm homines. & c. pastoralis. de deci. arg. l. Imperatores. ff. de publica. Fe
der. consi. lxxxj. latius sumendo argu. decimarum ad collectas, de quibus sta
tim dicetur. & ego scripsi in tract. de decim.

Bona pro decimis & collectis sunt tacitè obligata.

Duodecimò, pro collectis soluendis bona sunt tacitè hypothecata. gl. in 26
l. j. C. in quibus causis. & ibi Bar. & in l. fi. C. sine censu vel reliquis. & nisi sol
uantur collectæ, possunt illa bona vendi. gl. in verbo, distrahatur. in l. j. C. de
venden. rebus ciuita. libro vndecimo. etiam poterunt vendi pro pœnis im-
positis contra non soluentes. Alexander in additio. ad Bar. in l. creditor. in
prin. ff. de act. em. Alexãder, & Ias. in l. apud Iulianũ. §. hæres. ff. de leg. j. Soc.
in cons. ccxliij. col. ij. in ij. vol. & perfecta venditio non retractabitur posteà.

Bona emphyteotæ nõ sunt pro canone tacitè obligata.

Bald. in l. j. C. si propter publ. pensita. † Pro canone tamen debito non sunt 27
obligata bona emphyteotica, teste Bar. in l. fi. C. de iure emphyteo. Tum
quia hoc non reperitur cautum, etiam si esset emphyteosis ecclesiastica: tũ
quia etiam pro canone alio prouidetur modo, vt per amissionem rei in d. l.
ij. & c. potuit. de locato. Ergo non erant bona tacitè hypothecata. & ita te-
net Ang. in l. vniuersas. C. ne rei vel domi. vel templo. post Ant. & Imo. in d.
c. potuit. Alex. in l. quod dicimus. col. viij. versi. & sic ex prædictis patet. ff. de
verbo. oblig. licet Bal. teneat contrà, in authen. si quas. C. de sacrosan. eccle.
& in l. certi iuris. locati. quæ opinio fortè posset procedere, quando res es-
sent inuectæ in prædium emphyteoticarium, aliàs obligatæ tacitè non cen-
sentur.

Furis bona sunt tacitè obligata pro restitutione.

Decimotertiò, bona delinquentis, vtpote furis, sunt tacitè hypotheca 28
ta pro restitutione rerum ablatarum, etiam contra hæredes delinquentis,
vel contra quemcunque alium bona rei possidentem. Et hoc ex æquitate.
iuris canonici tenet Bald. & Salyc. in l. furti. C. de furtis. arg. c. parochiano
de sepul. licet de iure ciuili non inueniatur hæc obligatio, vt scribit Negu-
san. in tract. de pig. in iiij. memb. ij. partis, in ix. casu. nu. 124. sed hoc parum

pro-

prodeſt,quia regulariter nihil vel parum habẽtes furantur,& ſic nil obligare poſſunt,cùm nil habeant.

Stabinorũ & conſulũ bona ſunt tacitè obligata.

29 Decimoquartò,conſulum bona,Scabinorum,& aliorum adminiſtratorum ciuitatis ſunt pro mala adminiſtratione tacitè ciuitati hypothecata.l.ſi. C.quo quis ord.conuenia.lib.xj.& l.ij.de debitor.ciuit.ibidem.Alex.& Iaſ. in l.j.§.ſi hæres.ff.ad Trebel.licet ciuitas non habeat tacitam hypothecam in bonis ſui debitoris,qui bona ciuitatis nõ adminiſtrauit.l.ij.C.de iure reipub.eod.lib.

Prælati bona ſunt eccleſiæ tacitè obligata

30 Decimoquintò bona prælati pro mala adminiſtratione bonorum eccleſiæ,ſunt tacitè eccleſiæ obligata inſtar tutoris.gl.in c.ex literis.de pign.Panorm.in cap.epiſcopus.de præben.Panor.& Fely.in c.cùm deputati.de iudic.Alex.conſi.ciiij.plura.in fin.vol.vj.& l.ſi filiofamiliàs.§.fi.col.iij.ff.ſolu.matr.quod hodie nobis vſui eſſe poteſt contra noſtros prothonotarios deſtructores epiſcopatuum, abbatiarum,& prioratuũ,& alios prælatos:quod eſt dolendum,quòd ad deſtructionem mala pars tendat:bonam enim partem illam niſi pro maiori non audeo appellare,nec iſti prælati habent hæredes,quia in vita bona ſua & aliena conſumpſerunt: & vix inuenitur qui eos ſepulturæ tradere velit,tanta eſt in prælatis hodiernis infelicitas.

31 Decimoſextò,bona hoſpitalarij,ſeu orphanatrophi ſunt tacitè obligata pro mala adminiſtratione,quia tutoribus æquiparantur.l.orphanotrophos. C.de epiſc.& cle.Bal.in l.ſi quis presbyter.in prin.ibid.

32 Decimoſeptimò,bona vſurarij pro vſurarum reſtitutione. Bal.in l.pen. C.de ſeruo pigno.dato manumi.& in l.executorem.col.j.de execu.rei iud. per cap.cum tu.de vſuris,& c.quamquàm.illo ti.in vj.contrarium tamen tenent communiter doct.in d.c.quamquàm.& Ant.in c.tua nos.de vſuris.Panormi.& alij in d.c.cum tu. Ambroſ.de vignat.in rep.c.ſalubriter.nu.231.de vſuris.

33 Decimooctauò,in clerico coniugato obligato eccleſiæ.Nam bona eius ſunt ipſi eccleſiæ tacitè hypothecata.l.ſi.C.de ſacroſ.eccle. Vital.de Cam. in tract.clauſul.Clauſul.& ſpecialiter obligauit.in fi.videte Panormi.in cõſi.lxxxix.in ij.volu.

Bona teſtatoris pro legatis ſoluẽdis ſunt tacitè obligata.

34 Decimononò,in bonis teſtatoris,quæ ad hæredẽ perueniunt, inducitur tacita hypotheca pro legatis ſoluendis:etiã quãdo ſolùm competit iudicis officium.l.j.C.cõmunia de leg.etiã ſi teſtator obligauerit expreſsè vnã rẽ. Bal.in d.l.j.col.iij.verſ.quæro ſi teſtator.etiã in rebus,quæ non erant teſtatoris,ſed ad hæredem peruenerunt:quia hypotheca legalis bene contrahitur in alienis rebus.l.ſatis notum.C.in quib.cau.pignus tacitè cõtrahat.Bal.in l.cum res.in fi.ſi res aliena data ſit pign.& hæc hypotheca in rebus teſtatoris procedit,non in rebus legatis,cùm legatorum dominium tranſeant in legatariũ à morte teſtatoris.l.à Titio.ff.de fur.& res ſua non poteſt eſſe hypothecata.l.neque pignus.ff.de reg.iur.gl.in d.l.j.& ibi Bar.& gl.in §.noſtra.in verb.hypothecaria.inſt.de leg.& ſic hypotheca competit cõtra quẽlibet hæredem.Bar.in d.l.j.licet aliæ hypothecæ contra quemlibet inſolidum dentur.l.j.C.ſi vnus ex plur.hære. cre. & pro minima pecunia tota res remaneat obligata.l.ſi reſiduum.& l.quandiu.C.de diſtr.pign.

Tamen

35 Tamen res hæredum non ſunt tacitè obligatæ,teſte Ang.in §.j.in iij.no ta.inſtit.de lega.ſed ſi poſt ſex menſes hæres non ſoluerit legatum,à die adi tæ hæreditatis,tunc fieri poteſt immiſsio ad inſtantiam legatarij in bonis etiam hæredis pro tali legato,& per talem immiſsionem cõſtituitur pignus prætorium.l.certa. C.vt in poſſeſſ.legator.docto.in dicta l.j.quod non vidi ſeruari.

36 Et hanc tacitam hypothecam teſtator remittere poteſt.gl.in l.ſecunda. ff.vt in poſſeſſ.legator.Bar.& Alex.in l.nemo poteſt.de lega.j. nec iſta hypotheca habebit locum pro rebus donatis etiam cauſa mortis,cùm non reperiatur expreſſum.Alex.& alij in d.l.ij.Ang.in §.j.inſti.de donatio.in prin. licet regulariter æquiparentur,in l.ij.ff.de leg.j.ſed hoc in caſibus à iure expreſsis.

Tranſigentis bona quando ſunt tacitè obligata.

37 Vigeſimò bona tranſigentis, & non ſeruantis tranſactionem quando non erat inducta nouatio,remanent tacitè hypothecata pro illa veteri & primæua actione.l.ſi.& ibi Bar.ff.in quib.cau.pignus.licet gl. & malè contrarium teneat ibi.idem quando tranſactio fuit facta animo nouandi,ſed tranſigens dolo nõ ſeruat tranſactionem,tunc agetur prima actione in odiũ committentis dolum.l.actione.C.de tranſactio.& bona illius doloſi erunt tacitè obligata,teſte Bar.in d.l.ſi.& Neguſan.in tract.de pig.in iiij.mẽbro. ij.partis tract.de pign.

38 Vigeſimoprimò quando res aliqua deſignatur pro alimentis præſtandis,vel pro alia annua præſtatione,tunc illa res ſpecialiter deſignata cenſetur ad illud onus ſpecialiter,& tacitè obligata.Bar.in l.Lucius.ff.de alimẽ. & cibar.lega.l.ij.illo tit.Bar.in l.fundus.de annuis lega.& l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.ij.Guido Papæ quæſtio.xxij.in fi.Corne.conſi.ccxcvj.in primo volu.licet Ludoui.Roma.conſi.ccclxxxviij.in caſu.dicat ſpeciale eſſe in alimentis.

Bonapatris pro legitima ſunt tacitè obligata.

39 Vigeſimoſecundò bona teſtatoris,qui reliquit minus legitima filio,ſunt tacitè ei hypothecata pro legitimæ ſupplemento iuxta terminos.l.omnimodo.C.de inofficioſ.teſtamẽ.quia quod debet ſuppleri,cẽſetur relictũ.Bart. in l.hac edictali.col.iij.verſi.& j.quæro.C.de ſecun.nup.& pro relictis ineſt tacita hypotheca.l.j.C.cõmunia de leg.ergo & pro iſto ſupplemento. ſic cõcludit Dec.conſi.ccxxxv.in caſu.in vlt.col. Licet ſecus quando legitima fuiſſet relicta:vt docet Alex.in l.in quartam.ff.ad l.Falc.& in conſi.lxxviij. clariſsimè.in iij.vol.col.i.& conſi.cxvij.viſo.nu.18.in vj.vol.& conſi.cliij.in vij.vol.ſed fortè idem erit vtroque caſu:vt alibi oſtendam.

Pro dote mulier habet tacitam hypothecã.

40 Vltimò iſtam tacitam hypothecam habet mulier pro dote data,ſiue ſit aduentitia,ſiue profectitia.l.vna.§.& vt plenius. C.de rei vxo.actio.Etiam ſi res dotalis ſit euicta.d.§.& vt plenius.& iſta hypotheca tranſit ad quemcunque actio de dote.Bar.in l.j.in j.priuilegio.ff.ſol.matri.per tex.in §.fuerat.in fin.inſtit.de actio.etiam in extraneum hæredem,vel in ceſsionarium, per l.ex pluribus.ff.de adminiſtrat.tutor. quia quicquid eſt tranſmiſsibile, eſt ceſsibile.Alexander in l.ſi verò.ff.ſolu.matr. Etiam competit tacita hypotheca pro alienatione rerum alienatarum per maritum , & pro pretio illarum : in quibus caſibus permiſſa erat alienatio, puta in vtilitatem vxoris.l.ſi conſtante. §.finali. de iure dotium. Aretin.in l.j.columna tertia.ff.

ſoluto

soluto matri. Bar. consi. cxxiiij. videte etiam de tacito pignore tex. in l. ij. C. de captiuis.

Effectus tacitæ hypothecæ qui.

Notandum est quòd effectus tacitæ hypotecæ non est minor quàm expressæ. Dyn. in reg. qui prior. de reg. iur. in vj. Bar. in l. is qui. ff. de iure fisci. & in l. vna. C. rem alienam gerent. facit gl. in l. item quia. in fine. ff. de pact. & in l. ij. in fine. de rebus cred. 41

Emptor quando precium solvere non tenetur.

Item quando quis emit rem hypothecatã alteri, non tenetur emptor soluere pretiũ venditori, etiã si res fuerit sibi tradita, nisi res prius obligatione liberetur. tex. & ibi Bar. Bal. & alij in l. ex prædiis. C. de euic. Imò poterit agere quantũ sua interest alteri nõ fuisse obligatã. l. si rem meam. & ibi Bar. ff. de solutio. Ang. & Alex. in l. j. §. si hæres. ad Trebellian. 42

Vxor quando executionẽ in bonis mariti impedire possit.

Item poterit vxor impedire executionẽ factã in bonis mariti, probando virũ vergere ad inopiam. l. si cõstante. ff. sol. ma. Bal. nouel. in tract. de dote. in vij. parte priui. xviij. in fi. & priuil. xxiiij. etiã antequàm egerint, & discusserint bona mariti debitoris non obstante auth. hoc si debitor. C. de pign. quæ loquitur quando quis vellet agere contra tertium possessorem, secus si vellet se opponere. Imo. in l. à Diuo Pio §. sed illud. ff. de re iudic. 43

Hypotheca per successionẽ an cõfundatur.

Nec possent creditores hoc casu offerre dotem in pecunia, & relaxationẽ bonorum petere. Bar. in d. l. si constante. vij. q. iij. partis. & in l. cùm tibi. C. qui potio. in pig. hab. Socỹ. consi. cxj. visa. in iij. vol. sed poterit vxor vnũ prædium ex melioribus eligere vsque ad concurrentem æstimationem dotis. l. creditoris. ff. de distract. pig. Bar. & Alex. in d. l. si constante. 44

Item licet creditor succedat debitori, tamen hypotheca non confunditur. l. debitor. & ibi Bar. & Alex. ff. ad Treb. l. cùm quis. §. fi. iũcta ratione gl. de solu. quia hypothecaria durat donec debitum sit solutum. l. grege. §. etiã. ff. de pign. facit l. ex sextante. §. Latinus. de excep. rei iud. & l. Vranius. ff. de fideiussoribus. 45

Item sicut is, qui expressam habet hypothecam, habet ius persequendi rem sibi hypothecatã expresè: ita & qui habet tacitã. d. §. item Seruiana. 46

In tacita hypotheca habet bonũ regula qui prior.

Præterea sicut in expressa hypotheca, qui prior est tẽpore, est in iure potior: reg. qui prior. de regu. iu. in vj. ita in tacita prior præfertur posteriori. l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nup. & ibi Bal. col. vlt. etiã in rebus post tacitã obligationẽ quæsitis, vt ibi dicit Bal. & præfertur habens tacitã hypothecã anteriorẽ, etiã fisco posteriori, vt l. j. C. rem alienã gerent. Dyn. in d. reg. qui prior. Negusan. in ij. memb. v. partis. nu. 9. intellige in quæsitis ante hypothecam fisci, secus si post. Bar. in l. is qui. & l. fi. ff. de iur. fisci, prout supe riùs scripsi in gl. viij. & in hac tacita concludi debet sicut in expressa. 47

Tacita hypotheca nõ inducitur per arestũ ante executionem.

Vltimò notandũ est, quod post arestũ latum, vel sentẽtiam nõ inducitur hypotheca ante executionem, ad hoc vt obtinẽs arestum possit dicere bona debitoris sibi à tẽpore sentẽtiæ obligata, & hypothecata, ideo executio facienda est. l. nõ est mirum. ff. de pign. act. doct. in l. à Diuo Pio. de re iud. vi de Ant. Negus. in tract. de pign. in ij. membro iij. partis. & doct. in c. cùm ali quibus. de re iud. & de his hactenus, ne vltra morem solitum sim prolixior postquàm dixero, quod exterus tenetur in Regno respondere super hypothecaria, licet non super actione personali, vt censuit Senatus contra March. Salutiarũ, vt refert Aufre. in styl. parla. aresto lxvij. item dictum fuit. 48

Ne pourront demander que les arrerages.

GLOSSA XV.

Rub. sine censu &c. hic elucidatur.

RELIQVA, quæ nos *arrerages* vocamus: nempe reliquum dicitur debitum restans, siue ex censu, vt in rub. sine censu vel reliq. fundum compa. non poss. vbi in l. ij. maximè prohibetur, ne quis emat fundum ea conuentione, ne censum & reliqua præstet: quia sine censu fundus comparari non potest, quando fundus est cẽsualis, secus si alaudialis est, & francus, tunc potest emi fundus sine censu. De hoc verbo reliqua, & reliquatores scripsi abundè in l. potest reliquorum. ff. de verborum significatione.

Redditus pẽdente processu per prouisionẽ sunt soluendi.

An redditus per modũ prouisionis solui debeant pendente processu? Respon. sic, si erant consueti solui, & de his erat obligatorium instrumentum, alioqui non, vt fuit decisum anno 1513. die xix. Iulij in hoc supremo senatu Paris. etiam probat Aufr. in styl. parl. aresto cccl xviij.

Aresum. Redditus quinque annorum petendus.

Et sic is cui redditus debetur, debet competere singulis annis, alioqui nõ poterit petere, nisi redditus quinque annorum, etiam si plures anni fuerint debiti, per istum tex. & per rationes positas superiùs in prin. huius ordi. Ideo si solutio petatur pro quinque annis, debet reus probare soluisse: alioqui ad istos quinque annos condemnabitur per l. j. ff. de exce. & l. j. C. de prob. nec sufficeret probare se exoluisse pro tribus annis, quia adhuc alij duo anni possent peti nouissimi, non obstante. l. quicũque. C. de apoch. pub. lib. x. vbi qui docet se soluisse pro tribus annis proximis, præsumitur soluisse pro anteriore tempore trium annorum, sed non posteà: vnde qui probaret soluisse tribus annis proximè præteritis, præsumitur quòd soluit etiam pro aliis annis lapsis ante tres annos, quia non est verisimile, quòd creditor acceptilationem nouissimorum annorum dedisset: si non fuisset anteà pro illis annis solutum, vt etiam docet Iaf. in l. ij. nu. 135. C. de iur. emphy. quod est verum, si probaret se soluisse tribus separatis annis, secus si acceptilatio facta esset simul pro tribus annis, vt docet Bal. in l. j. C. de dot. promis. refert Francisc. Crem. sing. lxxviij. tu scis. & Io. Francis. Balb. in tract. de præscr. in iij. parte. quæst. x. colum. xj. *L. quicũque. declaratur.*

Et si outre iceux cinq ans, aucune année des arrerages estoit escheuë, dont n'eussent fait question ne demande en iugement, ne seront receuz à la demander, ains en seront deboutez par fin de non receuoir.

GLOSSA XVI.

Casus in quibus vltra quinquẽnium reddi tus peti possunt.

ERGO à contrario si quis probet in iudicio se petiisse illos redditus, debebit etiam in pluribus annis obtinere: alioqui etiam si extra iudicium petiisset non recipitur, vt hîc: licet interdum extraiudicialis petitio prosit, vt scripsi in tractat. de merc. minu. ven. in fin. suprà eo. lib. non prodest hîc. Quid in conscientia? scripsi in tractat. de famul. salar. gloss. x. Secundò non procedit, si pendente iudicio super solutione vnius anni debita aliorum annorum cedant & veniant, tunc peti poterunt, etiam si per decem annos non sint petita, quia sufficit interpellatio iudicialis illius anni, per hunc text. & tunc semper tene

tenetur vsque ad diem supremi iudicij,quia dicitur esse in mora,vt in l.cùm fundus.vbi Ias.ff.de rebus cred.etiam si fuisset cõuentum quòd solutiones cumulari non possint,vt scripsi suprà.

Petens ab vno ex duobus reis debendi an ab altero petere possit.

Quid si duo erant rei debendi,qui eosdem redditus promiserant,ab vno creditor petiit,vtrum ab alio,si hic soluendo non sit,vel aliàs,petere possit? tex.in l.fi.C.de duob.reis.respondet posse,cùm ex vno fonte vnus effluxit contractus,vel debiti causa ex eadem actione apparuit.facit quod scribit Iason in l.ij.q.xvij.nu.57.& seq.C.de iur.emphy.

De exceptione ad fines non recipiendi, & quid differat ab exceptione peremptoria,plenè scripsi in tract.de excep.

Et en ce ne sont comprinses les rentes foncieres portans directe ou censiue.

GLOSSA XVII.

Redditus sunt in duplici differentia.

NOTANDVM est quòd redditus in duplici constituuntur differentia:quidam sunt redditus fundatarij,quos vulgus *Rentes foncieres* vocat,à fundo dicti.Olim enim domini locorum vi debant fundos steriles,& incitabant subditos,vt eos colerent, & paruo censu dominos recognoscerent,& in signum protectionis illis aliquid soluerent,vt in c.recipimus.de priui.Boër.in §.xvij.de cõsue.in feu.in consue.Bitur.& hi domini communiter censum percipiunt minutum: non magnam pensitationẽ,seu reddituum,vt decem vel duodecim librarũ singulis annis,sed capones vel alias res paruas, vtpote denarios aut solidos pro anno censu.Ex quantitate ergo pretij cognoscitur,vt docet gl.in verb. agendo.in l.j.ff.de superficie.Barb.in l.cotẽ ferro.§.qui maximos.de pub.& Soc.consi.cclxvj.in causa.col.iiij.ver.nec videtur obstare.in ij.vol. 1

Alij sunt magni redditus,& hi causa necessitatis inuenti sunt:cùm enim multi olim pecuniis,vt nunc indigerent,& neminẽ inuenirent, qui eis mutuaret,nec bona sua vendere erat in animo,hypothecæ dare suas domos & fundos,ac alia bona coacti sunt, & super illis redditus constituere, vtpote quindecim libris receptis vnam:& super triginta,duas constituunt singulis annis soluendas,donec pecunia sortis restituta fuerit.Et inter istos redditus multæ sunt differentiæ. 2

Differẽtiæ inter reddi tus fundiarios & alios.

Prima est,quia fundiarius redditus est paruus, hic verò emptitius magnus,pro quantitate pecuniæ receptæ,vt in extrauag. Regimini.de emp.vt in prin.superius dixi. 3

Secũda,æstimatur vnus solidus redditus fundiarij triginta,alter verò emptitius,quindecim,per d.extraua.Regimini.& Molin.plenè docet in tract. suo commer.& vsurarum. 4

Tertia differentia hunc censum minutũ imponit regulariter dominus loci,iustitiã obtinens,aliũ verò quilibet habẽs bona, & illorũ administrationem,cum quilibet de re sua disponere possit.l.in re mandata.C. mand. 5

Non soluẽs censum nõ priuatur iure.

Quarta ex non solutione census fundiarij debetur emenda domino,idque variè secundum consuetudines locorum, sed non ex altero, vt scribit Pyrrhus in consue.Aure.rub.de censib.c.ij.& c.v.Cas.in §.ij.& iij.in gl.j.tit.*des censes*,in consuet.Burg. 6

Quinta si is,qui debet cẽsum,illũ nõ soluerit per trienniũ,nõ cadit iure 7

suo gl.in c.constitutus.de relig.domib. Alex. consi.xiiij. col. iij. in secundo vol.Do.Capit.in decis.Neapol.quæst.cxcvj.Soci.d.cons. cclxvj. col. iiij. sed de consuetudine est,quòd priuetur sicut in emphyteosi, vt asserit Io. Fab.in §.adeò.col.vlti.de locato.in instit.vt refert Boër.in.§.xxiiij.de consuet. feud. Ego tamen vidi contrariam consuetudinem,vt non priuetur saltem in multis locis,& maximè in Montepessulano propter statutum hoc disponens,de quo scribit patruus meus magnus in l.fundi. C. de fund. patrimonial. libro vndecimo.

8 Sexta,dominus fundiarius potest apparitorẽ habere,qui colligat hos census,& compellet sua authoritate soluere,alius non:nisi per iudicem, vt docet Chassa.vbi suprà.§.iij.in glo.j.quia est contra ius,vt quis sua authoritate ius sibi dicat.l.extat.ff.quod metus causa.

Laudimia dominus fũdiarius habet.

9 Septima,Laudimia habet hîc dominus census,non alius.l.fi. C.de iure emphyt.l.j.de fund.patrimo.lib.xj.Boër.in §.xxij. de consue. feud. in consuet. Bitur.recipit etiam *saisines & desaisines*,vt vulgus dicit,nisi in fisco,qui pro alienatione rei censualis recipit duplũ census,& non alia laudimia,vt si quis debeat quinque denarios fisco singulis annis pro domo sua,si illã alienet, duplum census dabit emptor pro laudimio,id est decem denarios primo anno,vt testatur Boër.in§.xvij.de consue.feu.non vult enim princeps ex subditorum præiudicio ditari,quod vtinam bene obseruarent eius ministri.

Habens minutum censum mulctas capit.

10 Octaua differentia,dominus,qui habet minutũ cẽsum, recipit mulctas & emendas,licet alter dominus habeat magnos redditus: quia paruus census dicitur capitalis,& respicit fundum,& nõ ædificium.l.iij. cum seq. ff. de censib.not.in §.illud.de de prohibita feudi alienat.per Federic.

Dominus fundiarius non perdit ius etiam si venditioni rei non se opposuerit.

11 Nona,dominus fundiarius non perdit censum suum,licet se non opposuerit venditioni rei per prœconia factæ.Secus in alio habente redditus emptitios:quia paruus cẽsus est onus paruum,& ab ipsa rei institutione impositũ, ideo sic transit ad alium,sed magnus non: quia est magni præiudicij. Ideo oportet quòd is opponat,& declaret suum magnum censum,vt hîc, & superius dictum fuit,& abundè in tract.de præco.

Admortirem qui possit.

12 Decima,dominus fundiarius rẽ liberã facere potest,& (vt dicunt) *amortir* etiam sine cõsensu alti iustitiarij,& hoc quantũ ad suum redditum, quod non facit is,qui habet hos magnos redditus emptos, & post istam liberationem & admortisationem ecclesia illum fundum possidere poterit perpetuò:aliàs extra manum teneretur intra annum ponere.c.vno.de relig.domib.in vj.dicam in rub.*des amortissemens*.vide aufr.in stylo parlamen. arresto ccxcix.ordinatum,& seruatur quòd dominus compellit intra annum extra manuum ponere,postèà non:nisi à Rege qui semper compellit.

Fundiarius non prohibet dominũ vtilem si domum demoliri affectet.

13 Vndecima,fundiarius non potest prohibere dominum,si domum demoliri velit,& ibi hortum facere,secus est in eo qui habet magnos redditus super domo,nam sua magis interest:quia fortè sibi postèà non posset exolui redditus ex illo viridario:vt doct.in c.commissum.de decim. dicunt de eo, qui habet vineam,an possit eam in prædium mutare sine curati consensu.scripsi in tract.de decimis.q.vj.in fin.

Dominus quando pro ingressu aliquid exigere possit.

14 Duodecimò,differunt si res in annum censum concedatur,dominus non debet aliquid exigere pro ingressu,vt scribit Boër.in§.xvij.in fi. de consue.

Universidad de Deusto
Biblioteca

feu.in consuet.Bitur.&allegat multa sed corruptè,secus in emptio censu.sucuius constitutione & ingressu præcipuum interuenerit pretium. hodie tamen etiã pro illo minuto censu imponendo solent aliquid domini recipere saltem capones,& id quod possunt extorquere à subditis.

Ius prælationis dominus habet

15 Decimotertiò,dominus fundiarius habet ius prælationis pro eodem pretio.l.fi.C.de iure emphy.etiam si inferior dominus venderet redditum, quẽ dominus superior poterit pro eodem pretio retinere,vt fuit dictum pro do. *de Montmorenci* contra viduam *Arnaudi deffriches*.ann.1528.die vij.Septẽbr.

Arestum. Irrequisito domino res vendita quã do amittatur.

16 Decimoquartò,censuarius vendens rem irrequisito domino non priuatur illa re:qui postquam trãslatum est etiam directum dominium in eum, liberè potest de re sua disponere.l.in re mandata. C. mandat. Bartolus in.l. j.§.j.ff.de public.c.q.ciij.& Carol.Ruyn.consi.xlij.promittitur.col.iij.in primo volu.Dec.consi.clxiiij.non fuisset.quicquid dicat Areti. in §.adeò. loca. in insti.&Bar.in l.j.§.quid autem.ff.de superficieb.qui intelligi debent in superficiario,qui habet vtile tantum dominiũ,secus hîc in censuario, qui etiã directum habet dominium.

17 Præterea non omittendum,si quis vendat rem censualem pro libera,ad id quod interest tenetur.l.j.in fi.ff.de actio.emp.vide quæ habentur in constit.reg.rub.de nota.art.xiij.vbi statuitur vt contrahens vendens rem, hoc habeat exprimere sub pœna perditionis rei.ibi dicam.

Manus iniectio & saisimentũ ad quẽ do spectet.

18 Interdum hic dominus fundiarius habet censum cum iurisdictione & mero imperio,interdum nõ habet. Sed alius habet merum Imperium,id est altam iurisditionem,& tunc ad altum iustitiarium pertinet manus iniectio: vnde si nõ solutus fuerit census,nõ potest fundiarius capere rem, & eam ob nõ solutũ cẽsum proclamãte,sed iustitiariũ altum in hoc requirere debet.

Altus iustitiarius requiri debet.

19 Item non potest conuenire censites ad soluendum reliqua,& dimittendum fundos,vt vulgò dicitur,*affin de garnir ou quitter*.

20 Præterea in aliis casibus ad se non pertinentibus debet requiri dominus altus iustitiarius,& hoc vidi seruari ex consuetudine.

Differentia inter contractum emphyteoticũ & cẽsualem.

21 Doctores constituunt differentiam inter contractũ censualẽ,& emphyteoticum,& feudalem.Nã censualem dicunt,quando translatum est vtrunque dominiũ,& directum & vtile in accipientem,& quicquid iuris habebat concedens,retento sibi tantùm censu.In emphyteosi autẽ& feudo concedẽs retinet sibi directum dominiũ.text.& ibi gl.in c.constitutus. de religio. domib.l.j.& ij.ff.si ager vectig.vel emphyteo.peta.Bart.in l.j.§.j. ff. de public. Imol.in c.ad audientiam.de reb.eccl.non alienan.Alex.consi.xiij.col.iij.in ij.vol.Ias.in l.j.col.vij.& seq.C.de iure emphyt.nu. 48. & seq. & consi. lxiij. vidi motiua.col.j.& ij.in primo volu.

Ex consuetudine fundiarius habet directũ dominium.

22 Ideo si dominus dicat concedendo rem, Quicquid iuris in tali re habeo concedo,etiã si dicat in emphyteosim do:tamen erit contractus censualis, non emphyteoticus,per tex.sing.in d. c. constitutus. Barba. in c.ad audientiam.not.iij.de reb.eccl.non alienan.& Ias.in d.l.j.in Francia tamen dominus fundiarius & consualis retinet de consuetudine directum dominium, & dominus directus vocatur,vt docet Io.Fab.in §.adeò. in fin. de locato. in insti.& Boër.in dicto. §.xxiij.de consuet.feud. in consuet. Bitur. & Chassa. in §.

in §.j.gl.*Seigneurie*.tit.*des censes*.in consue.Burgun. & in § iij.in gl.j.ibidem. & in dubio præsumitur potiùs contractus censualis,quàm emphyteuticus. gl.& doct.in d.c.constitutus.Soci.cons.cclxvj.in causa.col.iij.ver.sed in contrarium.in secundo volu.Chassa.in consuet.Burgund.in rubri.*des cense*.Et vide differentias inter contractum censualem,emphyteoticum, libellarium, precarium,& alios per Ias.in l.j.C.de iure emphyt. post. Ioan. Raynaud. in §.j.de prohibit.feud.alienat.per Feder.&Felin.in c.cæterum.de iudic.

Redimi possunt omnes redditus pecunia constituta etiam si aliud à partibus conuẽtum fuerit.

23 Item omnes redditus constituti pecunia possunt hodie redimi ea pecunia qua fuere constituti per ordinat.Reg.Francisci positam in rub. *des rachaptz des rentes*.in ordina.Paris.& si non appareat de pecunia, pro qua fuerunt constituti ,redimentur habita ratione vnius ad quindecim iuxta dict. extrauagan. regimini. facit lege si quis argentum .§. sinautem donator. Codice de dona.

Arestum.

Imò plus censuit Senatus anno 1549. die ij. Aprilis ante pascha in publica pronunciatione,redditus non fundiarios posse redimi, etiam si partes in constitutione dixerint non posse redimi: quia nemo potest facere quin leges habeant locum in sua dispositione.l. nemo.ff.de legat.j.quod non procedit in ecclesia, vel in pia causa,quia mens donantis est, vt perpetuo illius ecclesiæ sint, vt docet Ioan.Pirrhus in consuetudi.Aurelia.tit. de retrahen.vendi. cap.fin. dic vt in edicto Regio Francis.quod hîc duxi transcribendum .est enim in ordinat. Reg. Paris.in rubric. *des rachaptz des rentes*.

EDICT DV ROY FRANCOYS SVR LE RACHAPT DES RENTES.

FRancoys *Par la Grace de Dieu Roy de France, A tous presens & aduenir , salut.Cõme nous soyõs bien & deuemẽt informez & aduertiz,qu'en plusieursbõnes & grosses villes de nostre Royaume & fauxbourgs d'icelles ,y ha plusieursmaisons,manoirs & edifices,lesquelz sont demourez & demourent inhabitez & en ruyne, places vuides & vacãs, à cause des rẽtes,dõt elles sont chargees,& qui de long temps ont esté cõstituees sur icelles,& que à ceste cause ,tant pour les arrerages qui en sont deux,que pour lesdites rentes,qui excedent ,& pourroyent exceder sur les aucunes les louages d'icelles , ne se trouuent aucuns qui les veulent acquerir,bastir n'edifier ,à la grande ruyne, diminution desdites villes & deterioration d'icelles ,interest ,preiudice & dõmaige de nous & de la chose publique de nostre Royaume.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sauoir faisons, que nous Voulans à ce pouruoir, & obuier à la decadence & euersion desdites villes, desirans singulierement la conuersation, entretenement & accroissement d'icelles: Pour ces causes & autres bonnes & grandes considerations à ce nous mouuans, auons par l'aduis & deliberation des gens de nostre conseil priué, par edit statut & ordonnance irreuocable, dit, statue & ordonné, & par ces mesmes presentes nous disons statõs & ordõnons que toutes rentes constituees sur les maisons & places des citez, villes & fauxbourgs de nostredit Royaume, pays, & seigneuries, quelz quilz soyent, soit à gens d'Eglise ou autres, soyent rachaptables à toutes personnes, pour le pris qu'elles auront esté cõstituees, s'il en appert, & s'il n'en appert, au pris du denier quinze: auquel cas seront lesdites rentes exteinctes & admorties en rembourſant pour le rachapt d'icelles au feur & ainsi que dessus est dit: sauf & excepté toutesfoys es villes & lieux qui ont priuilege ou coustume: contenant la forme, maniere & le pris, pour lequel se deuroit faire ledit rachapt autrement que par ce present edit: par lequel nous n'entendons aucunement deroger à leursdits priuileges ou coustumes.

SI DONNONS en mandement par ces mesmes presentes, à nos amez & feaux les gens tenans nos cours de parlemens, & à tous nos autres Iusticiers & officiers qu'il appartiendra, ou à leurs lieutenans, que nos presens edit statut & ordonnance ilz facent lire publier & enregistrer, en leurs greffes & iurisdictions, & icelles entretenir, garder & obseruer inuiolablement & sans enfraindre: en contreignant & faisant contraindre à ce faire & souffrir tous ceux qu'il appartiendra, & qui pour ce seront à contraindre, par toutes voyes & manires deües & raisonnables: car tel est nostre plaisir.

Et affin que ce soit chose ferme & stable à touſiours, nous auons à ces dites presentes fait mettre & apposer nostre seel, sauf en autres choses nostre droit, & l'autruy en toutes.

Donne à Compiegne au moys d'Octobre, lan de grace mil cinq cens trenteneuf Et de nostre regne, le vingt cinqieme:

Sic signatum supra plicam:

Par le Roy en son conseil.

Bochetel.

Visa, lecta, publicata & registrata, audito procuratore generali Regis hoc requirente, sub limitationibus tamen, restrictionibus, modificationibus & declarationibus contentis enregistro publicationis harum præsentium literarum, Parisiis in parlamento, quinta die February, anno Domini milesimo quingentesimo tricesimonono.

Sic signatum.

Du tillet

MODI-

MODIFICATIONS DE LA COVR SVR LE RACHAPT DES DESSVSDITES RENTES CONSTITVEES.

Des publiees Mil cinq cent trenteneuf.

CE sont les modifications, restrictions & limitations, que la cour ha ordonné estre enregistrees au greffe d'icelle, faites sur la verification de l'edit du Roy, touchãt les rentes cõstituees sur les maisons assises es villes & fauxbourgs de ce Royaume conformeement en la plus part, aux limitations & modifications contenues aux anciens registres de ladite cour, sur le priuilege du rachapt desdites rentes, ottroyé par les Roys predecesseurs, à la ville de Paris.

PREMIEREMENT.

Qu'es rachapts desdites rentes ne seront comprinses les rentes deüement admorties.

Item si aucun proprietaire veut rachapter rentes appartenans à l'Eglise, college, hospitaux, hostelz Dieu & maladeries, margueilleries, communautez ou autres personnes qui ne seroyent admorties, le proprietaire sera appeller pardeuant les Iuges desdites Eglises, colleges, & autres dessusdits (si la rente appartient à benefice intitulé) le detenteur de ladite rente, auec le patron ou collateur, & (si ledit benefice n'est intitulé) le donateur, ou ceux qui de luy auront cause: si commodeement, & sans trop grands fraiz (eu regard à la rente rachaptable) ne peuuent estre conuenuz & adiournez, sinon par edit fait en l'auditoire de iuge, par quatre iours, & signifié au lieu dudit benefice, pour aduiser en quoy l'argent desdites rentes pourra estre conuerty & employé, & s'ilz ne comparent, ledit proprietaire consignera en main de iustice, & en ce faisant demourera descharge de ladite rente: & aussi s'aucun proprietaire veult rachapter rentes appartenans à colleges & hospitaux, hostelz

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dieu, maladeries, margueilleries, confrairies, ou autres communautez, qui ne seroyent admorties, ledit proprietaire fera semblablement appeller pardeuant ledit Iuge les gardiens, gouuerneurs ou maistres desdits colleges, hospitaux, hostelz Dieu, maladeries, confrairies ou autres communautez, & aussi le donateur de ladite rente, ou ses ayants cause, si commodeement, & sans trop grands frais, heu regard à la valeur de ladite rente rachaptaole, y peuuent estre conuenuz & adiournez: sinon par edit general fait comme dessus, & signifié au lieu desdicts colleges, hospitaux, hostelz Dieu & maladeries, margueilleris, confrairies & communautez, pour estre aduisé, en quoy la gent desdites rentes rachaptables pourra estre conuerty. Et si iceux appellez ne comparent pardeuant lesdits Iuges, ledit propriatere consignera son argent en main de iustice, & demeurera en ce faisant descharge de ladite rente: & lesquelz deniers procedans du rachapt desdites rentes seront employez (appellez lesdits fondateurs, donnateur, patron, collateur, gardiens, gouuerneurs, & maistres dessus nommez si aucuns y comparent, & en leur defaut seront, par les Iuges ordinaires des lieux, appellez le procureur du Roy, & deux notables personnages ecclesiastiques) en autres rentes, au proffit desdites Eglises, colieges, hospitaux, hostelz Dieu, maladeries, marguilleries, confrairies, & communautez dessusdites, le plus commodeement que faire se pourra, sans ceque les dits deniers prouenants du racapt desdites rentes, puissent estre deliurez, ny baillez aux titulaires desdits benefices.

ET affin que lesdits deniers puissent estre bien employez, & qu'ilz ne soyent perduz, ny esgarez, seront mis par ledit iuge ordinaire entre les mains de quelque bon & notable Bourgeoys, bien reseant, & ayant immeubles suffisans, pour la seureté desdits deniers qui s'obligera, comme depositaire de iustice, & obligera pareillement, specialement & generalement tous & chascuns ses biens immeubles, & meubles, pour lesdites sommes, lequelles seront employees en la maniere deuant dite, & le plus tost qu'il sera possible.

ET ou on ne les porroit employer promptement en fons d'heritage, ou en rente fonciere seront employez (affin que les deniers ne demeurent oyseux, & que les seruices des fondations puissent estre entretenuz) en rentes constituees rachaptables, ou non rachaptables, ainsi que plus commodeement faire se pourra, & le semblable que dessus sera garde pour le regard des rentes, qui appartiendront aux enfans mineurs d'ans, ou autres personnes, ou qui doiuent estre souz la charge du tuteurs & curateurs.

ET seront les deniers prouenans des rachapts d'icelle baillez ausdits tuteurs & curateurs, pour les employer, en la maniere deuant dite: ce qu'ils seront tenuz faire. *Pareil-*

PAREILLEMENT les rentes qui appartiendront aux femmmes mariees, si elles estoyent rachaptables de leur nature, & qu'elles fussent propres ausdites femmes, les deniers prouenants du rachapt d'icelles, seront baillez & deliurez au mary, pour les employer, le plus tost que faire se pourra, en acquisition d'eritage de semblable qualite & nature.

Fait en parlement le cinquieme iour de Feburier, mil cinq cens treteneuf.

Ainsi signé: *Du Tillet.*

1 ADVERTENDVM est, quòd omnis solutio census est præscriptibilis. l. plures. C. de fide instrumen. glo. in cap. tua. ij. de decimis. nisi quæ datur in signum subiectionis, quando subiectio non est præscriptibilis. Panormit. in cap. cùm contingat. col. iij. de foro competen. & in cap. ad audientiam. vbi Feli. nume. 20. de prescript. & Panorm. in capit. significauit. de censibus. per text. in dicto capitulo constitutus. de religio. domib. vbi census in signum subiectionis debitus non præscribitur. Boer. in §. iiij. de præcript. in consuetud. Biturig. Cuma. consil. cxlix. in quodam. & Fulgosi. consil. clxvj. in quæstione col. ij. Ioan. Francis. in secunda parte quintæ partis quæstione prima. tractat. præscr. ac Paulus Paris. consi. xij. circa. columna vltima in iij. vol. Chassa. in tit. *des censes* §. ij. in consuet. Burgund. *Census omnis præscriptibilis nisi in certis casibus.*

2 Hodie census qui datur principi supremo. c. magnum. xj. quæst. j. non præscribitur, per l. comperit. C. de præscripti. xxx. ann. Nempe apud Romanos census erat æstimatio facultatum cuiusuis ciuis Romani, quantum quisque bonorum haberet, vt inde pro malo facultatum viritim tributum penderetur: huic rei præerat censor, de quo per Feneſtellam in tract. de magistra. Roma. & in tit. de censib. ff. ac etiam per Budę. & sic accipiendo censum, non differt à tributo & publica pensitatione, vt in l. ętatem. ff. de censib. gl. & Bart. in l. j. de publica. l. ij. C. de censibus. libr. xj. & hoc datur principi in signum subiectionis & recognitionis, & in loeum huius collectę, quas taleas dicimus, succesſerunt. *Multiplex census, & qui non præscribatur.*

3 Interdum verò census est pensio, quæ debetur etiam priuato annuæ præstationis titulo, ob fundos in censum ab eo accepto, aut ecclesiæ, aut ciuitati: est enim reale onus rei causa debitum, reique incumbens. l. j. C. sine censu vel reliq. & iste census qui aliis datur, quàm Papæ, aut aliis non recognoscentibus superiorem, præscribi potest, vt superiùs scripsi.

4 Quæro an si aliquis semel recognouerit tenere fundum à tali dominio, an illa recognitio sola probet illũ dominium. Respon. duas ex hoc facto pendere quæstiones. Prima an ista recognitio prosit domino, adeò vt sola probet eum dominum directum, & non prodesse solam ad dominij trãslationem: scribunt iuris interpretes per illum text. in c. peruenit. de censib. Berber. in viator. iuris. tit. de loca. §. quia solet. Sed agendo possessorio manu tenebitur in possessione percipiendi prouentus, si aliquot anteà percepisset. c. querelam. de elect. & Aufre. in decis. Thol. q. lix. & si concurrat præscriptio, tunc probabitur dominium directum. ar. l. litibus. C. de agri. & censib. lib. xj. alioqui non. *Recognitio sola an probet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Etiam si venditor dixerit rem teneri sub tali censu annuo à tali domino,nõ tamen ex hoc instrumento probabit dominus directum dominium. l.fin.in fin.ff. de contrah.emp. quia nudis conuentionibus dominia rerum non transferuntur in aliquem.l.traditionibus. C. de pact.Et sic iste emptor non tenebitur recognoscere, nisi dominus probet:quia alteri per alterum non quæritur obligatio.l.stipulatio ista §.alteri.ff.de verbor.oblig,l.j. C.per quas personas.Berber.vbi supra §.quæritur.etiam nisi aliis adminiculis probetur dominium. Benedict. in repetit.c.Raynutius.in verb.& vxorem numero 1006.de testament.cum seq.Sed quamuis etiam Guido Papæ in decisio.cclxxij.vtrum dominum dicat ex tali recognitione non transferri dominium per prędicta,tamen ex ea inducitur probatio dominij.l.censualis. C.de donatio.Sicut in confessione extra iudiciali,quæ probationem inducit per l.publia. in fi.ff.depositi.& gl.in l.j.de interrogato.actio.vide eundem Guid.q.cccxv.sed iuxta.& seq.& consi.clvij.consilium.col.ij.& consi.clxxvij.nobilis.ac sing.Dcccl xxvj. 6

Praxis illius qui per errorem recognouit.

Tamen ista assertio venditoris sola non sufficiet, imò si is qui recognouit se errasse in illa confessione impetret literas,vt talis recognitio erronea ei non noceat: non poterit se iuuare dominus illa recognitione facta per censuarium:sed aliis debet probare modis dominium.l.cùm res. C.de proba.& hoc solet exerceri in Francia. 7

Recognitio an noceat recognoscenti.

Secunda quæstio est,an vna recognitio noceat recognoscendi,& non nocere concluditur, si non sint duæ,vel alia concurrant adminicula,vt solutio census longæua,l.cùm scimus.C.de agricol.& censit.lib.xj.& doct.suprà adducti. 8

Etiam recognitio facta aliter,quàm solitum esset,non valet,nec nocet ipsi, nec quidem posteris:quia per errorem,& impressionem extorta censetur,nisi esset ex certa scientia,teste Bal.in cap.j.in fi.tit.de feudo Gardiæ. refert Iacob.in tract.de feudis.in verbo dictique vassalli.ti.col.v.versi. item in materia recognitionis. 9

Recognitio vni facta non nocet domino.

Item recognitio facta vni non nocet vero domino,allegatur l.in concedendo.in princ.ff.de aqua pluuia arcenda.Panormi.& alij in c. verum.de foro compet.& in c.cæterum.de iudi.Bart.& alij in l.j.§.& post operis.ff.de noui oper.nuncia. Chassa.in §.iij.in rub.*des censes.* 10

Si tamen emphyteota vel vassallus possit illis duobus dominis,quos recognouit,satisfacere tenetur.& illa nouissima recognitio valebit quantum ad obligationem personalem, sed non quantum ad realem:quia cum hic sit homo vnius,non potest esse alterius,sed soluet pensionem quam recognouit secundo,teste Iacob.vbi suprà.versi.dubitatur etiam.quia duo non possunt esse domini insolidum,per l.si vt certo.§.si duobus.ff.commoda. 11

Probare quis debeat dominus an emphyteota.

Quid si dominus agat contra emphyteotam,& is negat se emphyteotam,vel censuarium,dicens se nullam alicui debere censum, an dominus probare debeat,& ostendere ex qua causa? Respon. tenetur, non verò emphyteota, qui est possessor,& nemo tenetur ostendere titulum suæ possessionis.l.cogi.C.de petitio.hæredit.Boer.in §.duodecimo.de consuet.feud.& §.xiij.ibidem.diuersum esset si is confiteretur se vassallum,vel emphyteotam,vt doct.probant in c.cæterum.de iudic. 12

Sed si

13 Sed si dominus erat in possessione exigendi, & censuarius neget debere,interim dominus in possessione remanebit, & cogetur censuarius ad soluendum per modum prouisionis: quia ista quæstio, vt ostendatur, ex qua causa census debetur, est magis petitoria quàm possessoria, ideo in fine reseruatur.

Præceptum domini vt omnes recognoscant nõ valet.

14 Item non valeret præceptum Baronis, vel alterius domini prącipientis singulis subiectis, vt recognoscerent terras omnes, quas in territorio habent: quia fortè sunt francę, & alaudiales, vt per totum tit.de alaud. & omnis res præsumitur libera.l.altius. C. de seruit.& aqua.prob.cap.nimis.de iure iurand.vbi Panor. & alij dicunt Reges non habere fundatum intentionem de iure communi super rebus sitis in eorum iurisdictione, quod plenè probat Iacobi.an tract.de feud. in verb.dictiq; vasalli.ij. col.iij.ver. subsequenter. Boer.in.§.xxiiij.de consuet.feud. in consue. Bitur.in fi.& ego hoc pleniùs tradidi in tract.de congr.portio.in fi.vbi etiam hoc iure diuino probaui.ibi quilibet videre poterit,ne plura.

Alia multa essent hîc de redditibus prosequenda,verùm quia ista materia diffusè est tradita per Chassa. in titul.*des censes.*& per Moline. in suo tract.commerciorum & vsurarium: ideo ad eos te reiicio, ista ratus nunc sufficere,gratias Deo Optimo Maximo agens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRACTATVS DE PRAECONIIS, LICITATIONIBVS, ET SVBHASTATIONIBVS.

Rubri. Des criées,& subhastations.

Præconium quid & præconis officiũ

SCIENDVM est in hac materia plures esse terminos, quos Budæ. in Forens. tradit. Primò præconium est inclamatio. Galli. *criees* vel *encant*, vocant. † Et præco est, qui hęc programmata inclamat: cuius etiam officium est leges, edicta Regis,& præcepta magistratum publicare: & maximè citare ad tres (vt dicunt) breues dies, per l. inter. ff. de publi. iudi. l. fi. C. de feriis. scripsi in tract. de citatio. in præfa. nu. 67. & seq. 1 2 3

Proscriptio

Proscriptio idem est, quod præconium in l. creditor. ij. C. de distract. pig. licet alibi accipiatur aliter vt in tit. de bonis proscripto.

Programma quid.

Secundò, programma dicitur edictum publicum, vt in rubri. comminatio. epistolas, programmata, subscriptiones authori. rei iudi. non habere.& l. programma. ibidem. vbi gl. dicit, Programma est præcedens scriptura, quę per plures prouincias,& loca destinatur: vel quando idem diuersis traditur libellis: vel scriptura publicè in albo posita, seu inscriptio alicuius rei vænalis. l. pen. ibid. etiam programmata vocant ea, quę per compita publicantur: *attaches par les quarrefours, & lieux publics*, Gallicè vocamus. 4

Auctio vna & quæ.

Ita habemus auctionem quæ ab augendo diducitur, & dicitur interdũ venditio in publico, ac celebri loco facta,& aliquando idem penè significat licitatio. l. licitatio. ff. de public.& vectig.& dicitur propriè *lenchere*,& licitari, *encherir*. † Subhastatio etiam vocatur illa venditio in publico loco facta, quia olim ea quæ publicè vendebantur, veteres hastę supponebant: & hasta in auctionibus ponebatur, ob id vocata est subhastatio,& fortè eo poni solebat ad terrorem debitorũ, quorũ bona vendebantur, ne vendere eo impedirent:& idem fiebat: quando illa ad fisci vtilitatẽ venundabantur, vel bona debitorum fisci, vt in tit. C. de fid. instr.& iure hastæ fis.† Licitator, qui pretium in licitatione auget,& auffert, vulgò *encherisseur* vocamus. l. licitatio §. j. ff. de pub. antiqui. exemplaribus, licet in nouis aliter legatur.† Auctionem vincere, superare, est maius pretium in licitatione offerre. Bude. in Foren.† Promulgare auctionẽ, est publicare, vulgare,& moribus proscribere, *crier & publier par attaches, selõ les vz & coustumes du pays.*† Auctiõis caput, seu institor dicitur is, qui pręconia prosequitur, *le poursuiuãt encriees.* 5 6 7 8 9 10

Subhastatio quæ.

Licitator. quis.

Auctionem vincere.

Promulgare auctionem.

Auctionis caput seu institor.

Auctionarij Trinundino auctio inclamata.

Seruandæ cõsuetudine in subhastatione.

Auctionem facere, est vendere plus offerenti. 11

Auctionarij interceſſores, qui se pręconiis opponũt. *les opposans en criees.* 12

Quartò trinundino auctio inclamata,&ad iustos dies proscripta. *Criees à iour de marche deüement faites & publiees.* 13

Ego quãtũ potero insequar cõmunes terminos pragmaticorum Gallię, & passim istis terminis vtar, ne verbis obscurioribus vtendo, materiã ipsam obscurã,& confusam reddam, si lubet lector beneuole, boni consules.

Notãdũ est, q̃ in subhastationib.& licitationib. cõsuetudines nõ statuta lo- 14

corum

corum sunt ad vnguẽ seruandæ, tã in tempore, quã in forma. Bal. in l. ordo. C. de executio. rei iud. Et primò, in hac materia ad stylũ curiarum recurritur. Secundò, ad consuetudines. Tertiò, ad iuris dispositionẽ. Berber. in viat. iuris rubr. de iud. versi. quicquid tamen sit.& quia sic vendere res non ex leuis solennitas. gl. in l. j. C. de fide instru. lib. x. Quippe actiones factæ non seruato ordine, & forma inducta à lege, consuetudine, statuto, seu stylo sunt ipso iure nullæ. Nec improba alienatio ius proprietatis auferet. l. si residuũ. C. de distract. pigno. auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosc. eccle. Ludo. Roma. consil. cciij. quo ad primum. col. j. Nec etiam mala fides creditoris vendentis rem nocebit emptori, si ipse non fuerit fraudis conscius. l. creditor. ij. & l. si cessante. C. de distract. pig.& l. j. si vendi. pign. aga.

Ordo quid & quotuplex.

15 Imò ordo propriè non est ordo, si possit prætermitti. Nam ordo est propriè ductio alicuius rei ad substantiam suam secundum prius & posterius, quia nihil constat siue ordinis compositione. Et est duplex ordo, scilicet permanens,& ordo coniunctionis formæ,& materiæ:& ordo transiens. vtorverbis Bal. in l. ordo. C. de execu. rei iudic.

Factum contra ordinem est nullum.

16 Itaque factũ contra ordinem & formam dicitur per iniuriã fieri, l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino.& præsumitur dolus in iudice, qui authoritatem suam interponit contra legis authoritatẽ. l. j. C. de fide inst. lib. x. Bal. in c. cũ dilecta. in prin. de rescrip.& propter nullitatem condemnabitur credi tor, qui in auctionibus ordinem non seruauit, quanti ea res erit, vt dicit Imber. in institu. Foren. §. cùm autẽ. lib. j.& ista est praxis Regni, quã præscribe re hîc oportet, postquam dixero vobis, qui antiqui super his statuerant.

Quid antiqui seruabant in auctionibus.

17 Theophrastus sic ait, sunt qui per præconẽ rem vendi iubeant,& plures anteà dies pronũciari. Alij apud magistratum aliquẽ, vt Pittacus apud Reges & principẽ, alij prius venditionem futurã describi apud magistratũ curant, ante dies non pauciores quàm sexaginta, vt Athenis:& qui emit. centesimã pretij partẽ deponere solet, vt ei qui voluerit causam agere,& protestari liceat,& is qui iustè rem emit, ex impensis manifestè cognoscatur. Quibusdam in locis antequã cõfirmetur cõtractus, quinque dies cõtinuos per præconem diuulgari iubent, si quis fortè obsistat, aut possessionem, dumúmve sibi vendicet. Similiter in pignoribus accidit, vt apud Cyzicenos. Thuriaci verò ista omnia negligunt, neq; in foro sicut alia præcipiunt, sed tribus proximis vicinis paruum aliquod numisma vnà dari iubent memoriæ testimoniiq; causa. Itaq; necessariũ fit his vicinos, illis magistratum incusare, si rem non acceperint, aut bis ab eodẽ acceperint, aut habentes non esse de rebus emptis dicant: alia licet videre per Stobæum in tit. de legib.& consue. serm. xlij. Et ex istis sumpta est praxis Galliæ vt inferiùs apparebit.

Solẽnitas in actione remitti non potest, nec in matrimoniis.

18 Nec possunt hæ solennitates præcobiorum à partibus remitti: tum quia publici iuris sunt, quæ à partibus remitti non possunt. l. nemo. ff. de leg. j.& l. ius publicum. de pact. Tum quia ista solennitas est introducta in fauorem & vtilitatem omnium & singulorum creditorum. l. si eo tempore. C. de pact. sic nec episcopo matrimoniorum præconia tradita in c. cum inhibitio. de clan. despon. vt alibi abundantius dicam. Hodie apparitor de-

Apparitoris in auctionibus officium.

19 bet in præconiis declarare, ad cuius petitionem bona capta sint,& cuius bona, & pro qua summa,& vbi bona sita sint, cum duobus vicinis con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

finibus iuxta l. forma. ff. de censib. & is nunciare debet, quòd si fuerit aliquis volens offerre vel opponere, veniat ad eum, & ipse eos recipiet: & in fine hoc esse pro primo præconio & nunciauit diē secundi tertij & quarti. Ista est praxis quam viator seruare debet, si sapit, alioqui programmata, seu inclamationes non valebunt. alia dicentur in seq.

Francoys *Artic. 76. des publiees* 1539.

Articulus primus.

Que par faute de payement des moyssons de grain, ou autres especes deues par obligation, ou iugemen executoire lon pourra saisir & faire cries.

GLOSSA PRIMA.

Instrumentum signatū Regno sigillo est executorium.

SCIENDVM est, quod instrumentum sigillo Regis signatum executionem habet, vt dixi ar. j. & ij. in tract. de lit. obliga. in primo Tomo cōmen. in consti. reg. Idē si quis sit condemnatus & non appellauit. Nam in quibus casibus executio fieri potest, tunc executor præcipit parti, vt soluat, quæ si recuset, tunc bona mobilia capit. De quorum forma venditionis dixi in d. tra. de lite. oblig. & de sen. executo. Verum quia interim, dum bona vendebantur mobilia, debitor repetita die, id est cum antidata vendebat, seu alio modo distrahebat immobilia, ob id statuitur hîc, vt capi etiam immobilia possint, quæ tunc debent subhastari, & per commissarios regi, vt dicit gl. in l. j. C. de ff. de instru. & iure hastæ fisca. lib. x. vbi dicit in harum venditione rerum primò requiri, quòd debitum subsit. Secundò, quod sit à solutione cessatum facta prius coram præside interpellatione. l. ij. & seq. C. si propter publ. pensita. alia dicentur infertus. & venditionem non potest impedire debitor, vt patet in rubr. debitorem venditionem pignoris impedire non posse. Etiam quia interdum res mobiles non sunt, vel non sufficiunt debito, & tunc apparitor capere, & manum iniicere in res immobiles & saisire poterit, & proclamata facere: sed an

Proclamatio debitori nunciandā.

tè debet denunciare debitori, quo die quó ve loco præconia incœpturus sit, & quòd alia octauo, vel alio quoque die celebraturus sit, vsque ad quartam inclamationem, si tot requirantur, & illis factis, licitator vltimo offerenti plus se rem addicturum. l. creditor. ij. C. de distrac. pigno. vt debitor vel soluat interim, vel cum creditore cōueniat. debet etiam seruiens denunciare debitori singula præconia, & pretium pro re licita oblatum, vt probatur. in l. j. C. de fide instru. lib. xj.

Quis hæc præconia exequatur.

Et si hæc præconia facienda sint ex curiæ supremæ mandato, vel execu- 2
tione, tunc fiet per curiæ apparitorem, quem *huissier* vocamus, vel per aliū apparitorem Regium. Idem si executio fiat in vim literarum de debitis, vel ex sententia iudicis Regij, sed si fiat ratione sententiæ latæ per iudicem Baronis, vel alterius domini, fiet executio per seruientem eiusdem domini, & loci, & incepta per vnum debent perfici per illum, & non est alius quærendus, si ille hoc facere possit. text. in l. j. C. de sportul. & ibi doct.

Solutio facta ex pluribus cautis est in electione soluentis.

Itē si quis debebat ex pluribus summis, & soluerit simpliciter, potest eli- 3
gere in quā velit summam credere. l. j. ff. de solutio. Ideo si æstimatio vnius rei creuerit, poterit in illa cōputar. l. iij. & seq. ibi. Si tamē debitor tradiderit fundū creditori pignori, si creditor ex fructibus debitū consecutus est, fundus distrahi non poterit. l. j. C. de distrac. pig. & in dubio res præsumitur potius

tius data in pignus, quàm in solutum: quia non videtur quis iactare suum. l. cùm indebito. ff. de probat. Sic concludit Matth. de afflictis in decis. Neap. ccclxxiij. fuit determinatum: quia in obscuris quod minimum est sequimur. l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. facit l. atqui. C. de distract. pig. vbi si creditor per interpositam personam semper possederit rem captam per executorem: tamen nisi emptio probetur res vendicari poterit: quod est bene notandum: quia vidi aliâs hanc quæstionem in foro, in patre debitore, qui contenerat vt creditor possideret talem fundum, quem post quadraginta annos filij vendicabant, & fuerunt admissi impetratis literis Regiis, & non obstante aliqua præscriptione.

In dubio res videtur pignori data.

Clericus potest fructus sui beneficij licitare.

4 Etiam clericus fructus sui beneficij licitare potest, si ex re sua esse videat, vel ecclesiæ: tum quia ibi multoties vitatur fraus, cùm publicè fiat. arg. l. fi. ff. de ritu nupt. hoc probat glo. in extrauag. j. in verbo nulla subhastatione, de elect. in extrauag. Io. xxij. vbi in illo casu prohibetur: ergo in aliis permititur. argu. l. ius singulare. ff. de legib. & quod nō prohibetur, permittitur. l. statuas. C. de religios. l. præcipimus. C. de appellatio.

Encores qu'ilz n'y aye point en appreciation precedente: laquelle se pourra faire aussi bien apres lesdites saisies & criees comme deuant.

GLOSSA II.

1 ET SIC res potest capi antequàm sit æstimata, & vt dicunt appretiata, quæ æstimatio & appretiatio fieri poterit, etiam postquàm res capta erit, & sayssita. Nam si quis debebat decem sex taria frumenti per instrumentum Regio signatum sigillo, si nō soluat, fieri poterit executio, licet non appareat de valore frumenti, quia posteà apparere poterit.

Executor res sayssitas tradat custodiendas.

2 Ex quo infertur quòd executor potest manum iniicere in res debitoris immobiles, & eas viris probis publicè possidendas tradere, tempore quo præconia fient, ne debitor eas alienare, vel fructus dissipare interim possit, arg. l. Imperator. ff. ad Trebellia. & vt ex fructibus debitum exolui possit, quos deuoraret debitor.

Domino absenti sayssimentum denuntiandum.

3 Secundò si dominus sit absens debet ei hæc manus iniectio, seu sayssimentum intimari, & significari. Nam omnis actus in absentia partis factus illi debet intimari, cuius interest. c. si tibi absenti. vbi Perus. de præbend. in vj. Bar. in l. pe. ff. de iureiur. Bal. in l. eos. §. apostolos. C. de appellatio. scripsi in tract. nominatio. q. xiiij. nu. 2. si tamen ista denuntiatio non interuenerit, venditio non erit nulla, sed venditor ad id quod interest tenetur, l. creditor. C. de distract. pig. Bart. in l. fin. col. j. ff. illo tit. ego verò putarem saltem de iure Galliæ nullam esse venditionem. quia forma data est, vt domino venditio nuntietur, ergo omissio formæ reddet actum nullum. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio.

Apparitor diem dicit partibus vt conueniant de appreciatoribus. Aresium.

4 Tertiò apparitor debet partibus diem dicere coram iudice, ad conueniendum de appreciatoribus, qui iudex, si absque partium consensu appreciatores dederit, non valebit appreciatio: vt censuit senatus anno 1534. die xij. Maij. vbi etiam eodem aresto appreciatio fuit reprobata de bonis mobilibus quæ fuit de duobus annis facta pro simili pretio. Nam pretia

rerum variantur ex tempore.l.pretia rerum.ff.ad l.Falcid.

Arestum. Et anno 1523. die xix. Nouembris, cùm quidam post rei suæ interpositũ decretum appellasset, offerens pretium soluere: senatus ex gratia eum appellantem recepit, & fuit ei data facultas intra certum tempus rehabendi suam rem ex decreto iam venditam, si tamen restituerit vltimo licitanti pretium rei, & expensas in præconiis factas. Quamuis regulariter post venditionem factam si pars offerat pretium, non audietur, etiam si duplum offerret.l.non est probabilis.C.de rescinden.vend. secus si ante venditionẽ oblatum fuerit pretium, & nihilominus res fuerit vendita, venditio erit nulla, per text.in l.si priusquam.C.de distract.pigno. si tamen vnus hæres rei proclamatæ partem pretij soluerit, venditio tamen totius rei non impedietur, per text.in l.vnus ex multis.C.de distract.pign. 5

Oblatũ pretiũ ab vno nõ prodest.

Inclamationes vbi fieri debeant. Et sic istæ inclamationes debẽt fieri eo loci, vbi res sitæ sunt, nã verisimile est, quod ibi facilius inueniẽt emptorẽ, quàm alibi propter affectiones vicinorũ, quia sæpe confines fundos, etiã supra iustã æstimationẽ interest nostra acquirere.l.si cui.ff.de lega.ij.l.j.§.sed si alij.ff.si quid in frau.patr. 6

Inclamatio super fundo fieri debet in ciuitate. Non tamen intelligo quòd super fundo, vel re inclamata debeat præconiũ fieri: sed in ciuitate & loco proximo, ac consueto.l.vna in fin.ibi, edictis ex more propositis.C.de instit.Cod.confir. & in locis frequentioribus ciuitatis, per tex.in l.iubemus.ibi, in frequentioribus ciuitatum locis proponendi.C.de defensorib.ciuita. Ang.in §.hoc etiam.in auth.de alienatio. & emphyteo.collat.ij.Barb.in cle.causam, col.xiij.de elect.Fely.in c.ij.col.vlt.de consti.vt in populi notitiam venire possit.c.vlt.de elect. in vj.sed si locus ciuitatis publicus esset peste impeditus, in alio proximo loco fieri debet præconium, & multiplicari, vt doct.not.in l.j.§.si iusserim.ff.de acq. possef. quæ enim proximè sunt, inesse videntur.l.lecta.ff.si cert.Pet. 7

Inclamatores iurare debent. Arestum. Quartò requiritur, quòd isti æstimatores iurent, quòd bene & fideliter æstimabunt, & referent, aliãs nõ valebit æstimatio, vel relatio eorum: vt censuit senatus anno 1534. die xvj. Iulij: quod probatur in l.hac edictali.§. his illud. C.de secund.nupt. vbi doct. vnde si res mobilis sit, quę vendi debeat, dicitur dies debitori ad vendendum illas res in foro publico, & in loco consueto.l.septem.C.de erogat. milita.anno.li. xij.l.& si fine.§.quæsitum.ff.de minorib. Bald.in l.j.C.si propter public.pẽsita. scripsi in interpretatio.l.vnicæ.C.de senten.quæ pro eo quod interest profert.in glo.subtilitatem. 8

Qui commissarij eligi debeant. Quintò dubitari potest, qui cõmissarij eligi debeãt? Respond. non ministri Regis: quia ab illis vix recepta extorqueri possent, etiam si aliàs idonei sint, sed alij probi viri, vt cõscripsit Aufre.in stylo Parl.rub.de sequestra. per ordinatio.ij. quæ est Philippi vj. editam ann. 1438. in hæc verba. Cùm bona vel res aliquas ad manũ nostrã, ad instantiã procuratoris nostri, vel alterius cuiuscunque aut propter partium debitum poni contigerit, ordinamus & præcipimus, ea non officiariis, ministris, aut seruien. nostris, vel eorũ alteri, sed alicui probo viro priuato tradi custodienda, & regenda, cõpetenti, salario mediante, qui de eisdẽ debeat loco, & tempore reddere rationem, deductis rationabilibus expensis: & si quis officiarius, minister, seu seruiens noster, ea recipere præsumpserit, etiã partium accedente consensu, recipientem compelli iubemus ad restituendum leuata absque salario, & expensis 9

Sextò

10 Sextò, non possunt permittere hi commissarij, vt altera pars illa rẽ capta fruatur, velut apud alteram partem sit res saisita, alioqui fieret fraus præcepto, & executioni: & ita fuit iudicatum à senatu, & præceptum factum cõmissariis sub pœna arbitraria, vt hoc seruarent anno 1536. die ix. Ianuarij in magna camera. etiam filij debitoris nepotes & conductores solent reijci de consuetudine, vt ista his non tradantur. & an vendens ex necessitate decreti vnam domum, possit sibi reseruare ius hauriendi aquam ex fonte, vel aquam vt fluat in alias domos. Plura scribit Anto.Capit. nil concludens in decis. Neap.q.clxxxvij. Sed videtur posse cum authoritate iudicis & quando sic fuit à iudice decretum, per l.binas.ff.de serui.vrba. prædio. & l.j. de serui. lega. *Commissarij non debent alterã partũ rece pta soluere vti. Arestum.*

11 Septimò, quot eligit debeant sequestri seu commissarij, non aperit text. hîc, sed ad vitãdos sumptus sufficiet vnus.cle.vna.de sequestra.pos.& fruct. scripsi plenè in l.sequester.ff.de verb.signific. nisi bona in diuersis essent locis, tunc duo dari poterunt, vt ibi dixi: sed quanta locorum debeat esse distantia, antequam plures dentur? Respon.in consue. Biturg. nouis dicitur, quòd per sex leucas. Ego verò relinquo arbitrio iudicis, qui hanc distãtiam æstimabit, & an vnus possit regere hæc bona in diuersis sita locis, & in hoc exquiret consensum sequestri arg.l.j. ff. de iure deliber. *Commissarij quot dari debeant.*

12 Octauò, si commissarius datus alleget iustam excusationis causam, quod non solent in recipiẽdo facere: executor alium dare debet. sed si apparitor nullum alium inueniret, diem dicet isti coram iudice ad dicendum excusationis causas: qui si iustas allegauerit, & probauerit, excusabitur: & alius dabitur, sicur dicitur in tutore se excusante, per totum tit. de excusatio. tutor. alioqui si non compareat, defectus concedetur contra eum, & remanebit in officio, vt in consuet.not.Biturig.scribitur artic.lxxviij.eo.tit. *Sequester excusari potest.*

13 Nonò, iste seruiens, qui sequestros præfecit ad bonorum regimen, tene- *Apparitor pro cõmissarijs à se datis tenetur.*
14 tur, si soluendo non sint, per l.j.ff.de magistratib.conue.† testes verò qui dixerint commissarios sufficientes, non tanquam certificatores tutorum, sed tantùm in subsidium tenentur.l.cum ostendimus.ff.de fideiuss.tut.& sic censuit Senatus anno 1524. die xj. August. in magna camera. vide quæ scripsi in tract. de sent.exec.artic.j.gloss. xvj. in j. Tomo Comment. in constit. Regia. De his certificatoribus, seu affirmatoribus vt vocat eos iureconsul. in d.l. cùm ostendimus.in fine.& primò hi certificatores tenentur, quàm apparitor vel magistratus, vt dixi. *Certificatores quando teneãtur. Arestum.*

15 Decimò, quamuis de iure, vt Io.Fab.firmat in l.si eo tẽpore. C. de remiss. pig. pretium possit debitor tradere apparitori executori, per l.à diuo Pio.§. sed si emptor.ff.de re iudi.& si ipse illud acceperit, liberatus est debitor, per l.quæsitum. ff.de distrac.pig. sed apparitor creditori tenetur.l.si pignora.de euictio. Tamen per hunc text. seruiens potestatem habet eligendi commissarios, qui recipiant pecuniam, non ipse: & ideo non liberaretur pars illi soluens: quia ad hoc non est præpositus: nam de manibus illorum non posset quispiam aliquid eripere. habent enim manus καμπύλας, & aduncas. *Pecuniã nõ debet soluere debitor apparitori, sed commissario.*

16 Vndecimò, si dominus velit præconiis pendentibus rem inclamatam vendere, hoc ex permissu curiæ debet agere, non aliâs, nec dicitur res esse litigiosa.l.ij.C.de distr.pig. & rei venditæ debet pretium tradere commissa- *Præconijs pendẽtibus an res inclamata vẽdi possit.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

riis vel apud actuarium deponere, seu Grapharij, prout aliâs decreuit sena tus in quodã debitore qui volebat vendere ligna nemorũ pendẽtibus proclamatibus: & curia eidem permisit ita tamen vt pecuniã traderet commissariis, & interim præconia cessabunt, & adiudicatio rerũ proclamatarum, vt censuit idem senatus pro domino Antonio de Mailli contra Robertum de Mailli proclamata prosequentem ann. 1518. die ij. Martij: quia nullum fit creditoribus præiudicium, cùm pecuniam rei subhastatæ habeãt, imò expensæ vitantur, & finis litibus imponitur: vt habetur in stylo parlam. aresto cccxxiitj.† Etiam si dominus rei proclamatæ soluere velit debitum, cessabunt præconia, quamuis non soluat expensas, quas poterit postea creditor per viam actionis petere, & tenebitur reus soluere eas expensas factas in præconiorum prosecutione, sed non tenebitur soluere expensas, quas contra opponentes creditor hoc fecit hoc casu: secus si res fuerit per decretum adiudicata, vt inferius scripsi. Et hoc vidi in quibusdam curiis seruari, quãuis regulariter tota res vendi possit, quamdiu nondum integra soluta est pecunia. l. quamdiu. & l. quæ specialiter. C. de distra. pigno. Soc. cõs. ccxxiij. in ij. volu.† Sed ipsi commissarij recipere fructus poterunt, vel aliis si expedierit, locare, per l. in venditione. §. si quis fructus. ff. de bonis authori. iudi. possidend. quia per alium recipiens perinde est ac si ipse reciperet. l. j. §. videor. ff. de vi & vi ar. debet tamen ista locatio iudicis authoritate fieri, & vocatis domino, & licitatore, & quorum interest: atque plus offerenti tradi, & adiudicari non suspecto nec fauorabili alteri parti: vt cẽsuit senatus: de quo in stylo parlamenti aresto ccccxxvij.† Item si commissarij sint à senatu deputati, in curia possunt conueniri finita lite. Barto. in l. si oleum. ff. de dolo. tam pro rei restitutione, quàm pro reddendis rationibus, & reliquis. Et in illa curia respondere tenentur, à qua habent rem, & cuius authoritate administrationem receperunt. Et si condemnati fuerint ad restituendum reliqua, non obstante appellatione exequentur per personæ prehensionem, & si nolit commissarius rationem reddere trino edicto monitus, si contumax existat, nullis sumptibus deductis, & nulla etiam recepta mercede rationem reddere compelletur, vt curia suprema statuit: prout refert Imber. in instit. foren. §. atque venundatis. vbi plus affirmat, teneri iurare, à libro rationum, fraudem, dolum, malúmque abesse, & ita inualuit vsus secundum eum: sed de expensis minutis, stabitur iuramento commissarij, per l. si quis. §. vlt. C. de dona. vbi doct. plenè scripsi in l. boues. §. inter. ff. de verb. signifi. potest tamen probari contrarium per aduersam partem, quicquid dicat Imbertus. vt plenè scribo in art. iij. tract. de fruct. in iij. Tomo Comment. in consti. reg. & hoc seruatur in curiis Franciæ, sed si sequester dilationem petierit ad probandum, & probare non potetit, poterit tamen ex æquitate petere vt iuramentum eidem deferatur. arg. l. si quis iusiurandum. C. de rebus creditis. Fely. in rub. de prob. in fin.† Præterea si commissarij sint deputati à iudice laico super beneficio litigioso, si postea archidiaconus dicens se habere fructus primi anni, alios commisarios dederit, fuit iudicatum à senatu abusiuè processum, ann. 1534. die xj. Februarij contra Archid. Blesen. quia impediuit iurisditionem secularem, sed debet Archidiaconus vel alius appellare, vel opponere contra dationem illorum commissario

Arestum.

Præconia debitor facit cessare efferẽdo debitum. 17

Locari res saisita post. 18

Arestum. Sequester coram quo rationẽ reddere cogatur. 19

Arestum.

Iuramento cõmissarij an stãdum sit.

Datisne el commissarijs alij an dari possint Arestum. 20

missariorũ.† Item si plures sint sequestri seu cõmissarij, quilibet insolidum tenetur, nam sic solẽt obligari in prima receptiõe, & si simpliciter essent obligati, adhuc tenerentur insolidum, cùm ex munere publico teneantur: aliqui contra. tex. in l. j. §. fi. ff. de exerci. actio. & Bart. in §. si plures. ibidem, 20

Cõmissarij insolidũ tenentur.

Idem, *article XXVII.*

Que toutes choses criees seront mises en main de iustice, & regies par commissaires, qui seront commis par le sergent executeur desdites criees: lhors qu'il commencera à faire lesdites criees, nonobstant les coustumes contraires.

Articulus secũdus.

GLOSSA VNICA.

1 IN superiore articulo dictum fuit res debitoris capi, & sayśiri posse, pro executione etiam ante appretiationem, sed non dixit, quid posteà faciendum sit. Ideo hîc statuit, quòd illa bona in manu iustitiæ ponantur, & per commissarios regantur, qui ab apparitore committi debent: & hoc fieri ab initio præconiorum debet, 2 non obstantibus consuetudinibus contrariis† Vnde ex hoc text. sequentia eliciuntur, primũ quòd statim vbi res debitoris capta & sayśita est per executorem, debet poni in manibus iustitiæ, & sequester seu curator bonorũ captorum dari, quem hîc commissarium vocat: & hoc iustè introductum est: quia debitor postquam res erat capta interim recipiebat fructus, & differebat quantum poterat, & interdum repetita die vendebat, & multos qui his præconiis obsistebant inducebat, vt artic. j. dictum fuit. Præterea fuit statutum, vt res sequestretur & apud commissarios deponatur, licet regulariter sequestratio, sit de iure prohibita. l. vna. C. de prohib. sequest. pecu. scripsi abundè in l. sequester. ff. de verbor. significat. & in tract. de seque. in ord. Reg. in iij. Tomo Commenta.

Sayśita res ab apparitore debet poni in manibus iustitiæ.

3 Et sic, quãuis de iure sequestratio fieri nõ debeat, si detur idonea cautio. l. senatusconsulto. in fi. ff. de offic. præsi. & l. fi. de ord. cogn. C. ac in l. litibus. C. de agri. & censit. lib. xj. tamen hîc non obstante quacunque idonea cautione oblata fiet sequestratio: quia lex seruanda est. l. leges. C. de legib. Etiã post sententia satisdatio non releuat. glo. in l. fi. C. qui. ad liber. procla. non licet. Bart. & alij in l. si cum dotam. §. si verò. ff. solu. matri. & hîc fit executio post sententiã, vel post obligatorium instrumentum, quod vim sententiæ habet: vt plenè scripsi in tract. de lite. oblig. in primo Tomo constitu. Regiane obligationes ex obligationibus fiant. l. iiij. §. ait prætor. ff. de re iud.

Sequestrolocus est, licet offeratur idonea cautio.

4 Secundò decidit hic text. à quo debeat commissarius dari, videlicet per apparitorem executorem præconiorum, ibi, *qui seront cõmis par le sergent executeur desdites criees*, & ideo cùm ab ipso cõmittatur, si soluendo nõ sint commissarij dati, tenetur hic seruiens, vt superius art. j. diximus, quia interdũ pecuniam ob hoc multi recipere solent, quæ eis in perniciem esse debet.

Apparitor dat cõmissarium.

5 Tertiò quando debeant hi cõmissarij eligi? Respondet hîc tex. simul atque apparitor inchoabit programmata & præconia, ibi. *L'hors qu'il commencera à faire lesdites criees*, & hoc propter rationes quas superius adduxi.

Cõmissarij quãdo denitur post vẽ saysiam.

6 Quartò reprobat text. consuetudines contrarias, ibi, *non obstant coustumes contraires*. Et sic nõ videtur tolli consuetudo, nisi de ea fit mentio: quia est facti: & princeps ea quæ facti sunt, ignorare censetur. c. j. de consti. in vj. Nisi

Cõsuetudines an principes cẽseantur tollere.

consuetudo esset incerta in iure, vt consuetudines feudorum, tunc censentur sublatæ, etiam non facta illarum mentione, sicut ius, quia eas scit princeps. Bald. in c. cum ordinem. col. v. nu. 17. de rescrip. Perus. & alij in d. c. j. & Ias. in l. ij. col. ij. C. si contra ius. Idem dicunt doct. in consuetudine notoria, vt mortuus sayfit viuum, cum eam princeps scire præsumatur. c. scribam. & c. quanto. de præsumpt. Bald. in l. ij. in fin. C. quæ sit long. consue. Ias. in l. ij. col. j. C. si contra ius. Fely. in c. super literis, col. iiij. de rescri. & in c. fin. col. j. de iudi. & in c. à nobis. in prin. de except. facit quod not. Io. Fabr. in §. j. de offic. iudic. vbi non valet sententia lata contra consuetudinem notoriam, quia iudex eam ignorare non præsumitur. alias limitationes vide per doct. in c. j. de constit. in vj. & quæ scripsi in tract. de consue. in iij. de Tomo Commenta. in consti. reg. † Et ideo dicit hic text. *contraires*: quia si consuetudines sint conuenientes, eas non vult tollere, sed seruare. c. fi. de consuetu. in vj. cle. dudum. §. penul. de sepul. scripsi in forma mand. in verb. contrariis, in concord. Franciæ. 7

Idem, *articu. LXXVIII.*

Articulus tertius.

Et defendons aux proprietaires & possesseurs sur lesquelz se feront lesdites criees, & tous autres, de non troubler, ne empescher lesditz commissaires sur peine de priuation de droit & autre amende arbitraire, à l'arbitration de iustice.

Vis sequestro fieri nõ debet.

HIC prohibetur ne sequestro vis fiat sub pœna priuationis iuris, quod probatur in cle. vna. de sequest. pos. & fruict. & facit rub. ff. ne vis fiat ei. Sed ista verba text. *sur peine*, magis denotant quandam comminationem, quàm iuris priuationem. glo. in c. vno. de sagittar. vnde apparitor cum denuntiat condemnato bona in executione capta, præcipere debet vt ab earum rerũ possessione abstineat, & commissariis vim non faciat, quominus his rebus fruantur: qui si opponat, vel appellet, eo non obstante, administrationem sequestri recipient, quia viator non habet causæ cognitionem, vt dicit Imber. fuisse in Senatu iudicatum. lib. j. §. atque venundatis. ideo isti commissarij, si eis vis inferatur, debent denuntiare creditori in iudicio: & ipse creditor debet à iudice petere, vt pro qualitate personarum impedientes. Si verò fuerit pars inobediens, ad id quod partis interest, & ad mulctam condemnabitur: & si magnam iudex inueniat in parte proteruiam, & inobedientiam, iure eam priuabit: vt hic & in l. j. & per totum. ff. ne vis fiat ei. † Si tamen dominus anteà locasset rem captam ad tres annos, executor non poterit ab illo conductore remouere, dummodo soluendo sit, & non sit facta vltra triennium, nec in fraudem: sed is conductor tenebitur reparationes necessarias facere, & pecunias dare commissario per iudicem dato, vt est in consuetu. not. Bitur. art. lxxij. † Item si domus sit indiuidua, est licitanda, vel vni adiudicanda. §. eadem. de offic. iudi. in instit. ideo si is qui habet partem alteram ex licitatione emat, non tenetur laudimium soluere ex illa parte, quia ex necessitate res vendita fuit. arg. l. Cæsar. ff. de publica. & l. nauigia. C. de fur. & ita censuit senatus, & hoc publicè protulit die Mercurij hebdomadæ sanctæ Do. 1

Conductore cõductasay sita an possit expelli, & ad quid teneatur. 2

Laudimiũ nõ soluitur ex emptione necessaria. 3

Arestũ.

Sancto Andrea, præses excellens Paris. anno 1538. ante Pasca cõtra procuratorem Regium in camera Thesauri. † Imò quando domus est plurium, & non possunt simul inibi commodè morari, debet locari domus per præconium, & plus offerenti tradi, & illa pecunia singulis dominis pro rata dari, vt fuit in senatu iudicatum anno 1542. die xxvj. Septembris. 4

Idem, *articu. LXXIX.*

Articulus quartus.

Que le poursuyuant criees sera tenu incontinent apres icelles faites, les faire certifier bien: & deüement, selon noz anciennes ordonnances, & faire attacher là lettre de la certification à l'exploit des criees, & souz le seel du Iuge, qu'il aura faite, au parauant que s'en pouoir ayder, ne faire aucune poursuitte desdites criees, & ce sur peine de nullité d'icelles.

GLOSSA VNICA.

Principalis pars prosequens præconia quomodo debeat procedere.

1 EX HOC tex. sequentia habemus. Primò quòd auctionis caput factis præconiis, & proclamatibus. ea denuntiat iudici pro tribunali sedenti, dicítque se compleuisse omnes auctiones, *& toutes les criees & autres solennités requises*, quæ inclamationes non debent communiter die dominico fieri. l. fi. C. de feriis.

2 Secundò, debet pars requirere, vt hæc præconia certificentur debitè facta esse, & secundum iuris & cõsuetudinis scita, & debet iudici tradere vel grapharium ea videnda. & iudex præcipit, vt legãtur in iudicio corã eo, & pragmaticis, vt ipsi dignoscere possint, an rite facta sint.

Iudex præconia ritè facta declarat.

3 Tertiò, facta auctionum lectione, is qui ea prosequitur præconia, vel eius aduocatus debet postulare à iudice, vt declaret præconia ritè concepta, & solennitates assuetas interuenisse: qui iudex sigillatim pragmaticos interrogabit an rite absoluta, & facta sint: qui si rite facta respondeant, & secundum consuetudinem, & stylum in illa curia seruari solitum, & secundum ordin. Regias: tunc iudex confirmabit has auctiones, & declarabit eas esse debitè & ritè factas. & hæc sententia facit ius. l. ingenuum. ff. de statu homi.

Probari an possit contra sententiã certificationis iudicis.

4 Quartò, oportet illis præconiis certificationem iudicis adiungere sub iudicis sigillo certificantis ea debitè facta, alioqui sunt nulla, nec illis poterit creditor iuuari: vt in hoc tex. patet. Et si semel fuerint certificatæ istæ inclamationes, non potest contrarium probari, videlicet, quod non ritè concepta sint, nisi pars aduersa appellaret ab illa sententia certificationis. ita senatus censuit ann. 1520. die xix. Iulij.

Arestum.

Primus pro sequẽs auctiones præfertur.

5 Quintò, quòd si plures sint prosequentes, primus præfertur, & quamdiu primus prosequitur, secundus non potest. Sed si primus cesset à prosequutione, secundus persequi eas auctiones poterit. debet tamẽ facere si subrogari in locum primi, alioqui non recipietur, nisi negligentia adsit, vel nisi soluat expensas factas à primo. Sic censuit senatus pro magistro Martio Fusei, contra magistrum Ioannem Ragueneau, anno 1354. die xj. Decembr. & si secun

secundus desistat,poterit tertius sic prosequi, & is qui desistit,tenetur darè processum verbalem,& omnia quæ seruiunt ad prædictam executionem, aliàs *criees sur criees ne valent rien.* Nempe si quilibet creditor vellet præconia rei facere,plus exponeretur,quã res esset,ob id postquã res semel inclamata est ad instantiã vnius,alter creditor se opponere poterit, & nõ facere nouum præconium:nisi,vt dixi,primus cesset,quia tunc secundus prosequi poterit,& cessante secundo,tertius,& deinceps hoc fieri solet impetrando literas Regias subrogationis,vt vidi fieri in curia.†Item si prosequens præ- 6
conia negligẽs,vel tardus sit ad prosequendũ,opponentes,vel aliquis ipsorum poterit petere,vt assignetur ei terminus ad prosequendũ, & finiendũ dicta præconia:& iudex illi assignabit terminũ competentẽ,& idem secundo subrogato,vel tertio,ac præcipietur,ne colludant cũ proprietario:imò dicetur:quod si perfecta intra tale tẽpus nõ fuerint præconia,quod secundus subrogabitur:& ista seruari solẽt in iudicio forẽsi, quæ sunt notãda.pro his facit l.mancipiorũ.ff.de opti.leg.& c.si tibi absenti.de præb.in vj.

Primo negligẽte prosequi præconia quia agendum.

Sextò,auctionis caput, qui prosequutus est auctiones,in primis debet 7
auctionum expensas recuperare,& postea ad contributionem cum aliis venire.l.fi.versi.quid enim.C.de bon.auth.iud. possid. Iab.in l.si eo tempore. C.de remis.pign.& si prior tempore fuerit in hypotheca, omnibus præfertur,per reg.iur.qui prior est tempore.in vj.quã ampliaui & limitaui in trac. de consti.reddituum.

Auctionis primũ omnium recuperãtur expensæ.

Verùm quia super his solennitatibus,& certificationibus quotidie noua 8
oriebantur dubia,ob id curia suprema Paris.ita super his decreuit.

Ordinatio curiæ vtilissima solennitates omnes auctionum breuiter perstringens.

La cour à ordonné,& ordonne,que desormais,quand aucunes cries seront presentees pour certifier à aucuns iuge ,ils seront tenus les faire lire en iugement,en iour de plaidz,& durant iceux,& icelles ainsi leües, par l'aduis,& deliberation des practiciens estans esdits plaidz certifient,si elles sont bien & deuëmẽt faites selon les vz & coustumes des lieux,ou les choses criees sont situees,& assises,ou non:& de tout ce sera faite mention en l'acte de ladite certificatiõ,sans, ce que pour faire ladite certification,lesdits iuges & practiciens prennent aucune chose des parties pour suiuans lesdites criees,si n'est le Greffier , raisonnablement, pour son salaire : & à ce que cy apres aucuns n'en puissent pretendre ignorance,la cour ordõne que ceste presente ordõnance sera enuoyee,& publiee es sieges des Baillifz,Seneschaux,Prenostz ,& autres Iuges de ce Royaume: Faict en parlement le iiij.iour de Ianuier l'an 1512. 9

Requisita ad præconia ritè peragẽda.

OPTIMVM senatusconsultum describens requisita ad cer- 10
tificandum præconia , an sint ritè concepta nécne . Primò requiritur quòd anteà facta sint præconia.aliàs quomodo.posset ea iudex ritè cõcepta declarare?arg.c. ad dissoluendum.de despon.impu.†Sed quot requirantur?pro consuetudine & stylo locorũ hoc 11
sciri potest,videlicet tria vel quatuor:nec debent singula certificari præconia,sed omnia simul facta,ne impediatur auditorium super his.

Inclamationes tres vel quatuor pro locorum diuersitate.

Secundò

12 Secundò,requiritur quod illa præconia sint scripta:saltẽ apparitor debet scribere se fecisse, nec sufficeret solo verbo referre curiæ:licet aliàs actus tantũ valet sine scriptura,quantum cũ scriptura.l.pactũ quod bona fine.C. de pact.versũ quia apparitor,vel pars posset postea contradicere:ob id scribenda sunt,vt dicitur de contractu emphyteotico,in l.j.C.de iure emphyt. alioqui præsentari,& in iudicio legi non possent,si non essent scripta.l.j.ff. de his quæ in testa.delent.& tamen iste tex.vult vt in curia legantur.

13 Tertiò requiritur,quòd præsententur iudici,& offerantur dicta præconia approbanda,ibi,*presentes pour certifier*,ergo pars præsentando debet ea offerre ad certificandum.& ista est causa finalis propter quam præsententur. de qua in l.fi.ff.de hæred.insti.

14 Quartò requiritur quòd iudici præsententur,nec sufficeret,quòd scribæ vel Graphario præsentarentur,quia nõ est iudex.& hic tex.dicit *à aucuns Iuges*.ergo sufficit præsentare iudici illius curiæ,à qua emanat executio.l.à duo Pio.ff.de re iudi.vbi doct.siue sit iudex primarius, vel eius locum tenẽs, seu aduocatus antiquior dummodò pro tribunali sedeat : vt inferius dicetur : & id temporis quo præconia præsentantur.

15 Quintò,quòd in iudicio legantur,ibi, *en iugement* : multa enim valent in iudicio facta,quæ aliàs non valerent.l.siue apud acta.C.de transact. vbi Iason adducit sex casus:& probatio nobilitatis in iudicio fieri debet , quo ad gradus & nominationes.§.cùm verò.de collatio.in concord.vbi scripsi.

16 Sextò requiritur,quòd legantur eo die,quo causæ agitantur.ibi,*en iour de plaidz*,& eis durantibus,ibi,*& durant iceux*,quia possent legi tempore quo nullus adesset:vnde hoc tollit tex.ipsius placiti senatus , quare si deleta essent vel superinducta,non probarent.l.[illegible].ff.de his quæ in testa.delent.

Quo tempore præconia in iudicio legidebeãt.

17 Septimò,quòd in iudicio ista proclamata legantur tota, quia indefinita æquipollet vniuersali.l.si pluribus.ff.de leg.ij.sufficit tamẽ verba substantialia lecta fuisse,licet alia verba parum ad rem pertinẽtia omissa fuerint.

18 Octauò requiritur,quod ea quæ leguntur,intelligantur.l.j. vbi doct.ff.de verb.obl.& hoc solet iudex testari sic, *Auons faict lire de mot à mot,à haulte voix en iugement,durant les plaidz de ladite preuosté,& en expediant les causes d'icelle,par tel greffier iuré d'icelle preuosté,en la presence des maistres telz & telz,*&c. *aduocatz & practiciens audit siege.*&c.

19 Nonò lectis præconiis iudex debet petere sententiam aduocatorum, & pragmaticorũ,qui audierunt dicta progrãmata,& eos integrare, an ritè, & debitè facta sunt,vel non,& secundum vsum,stylum,& consuetudinem patriæ & regionis,in qua facta fuerũt,& vbi res sitæ sunt,ibi,*par l'aduis,& deliberation des practiciens:*& coguntur aduocati & practicantes dicere,& consulere iudici,per tex.iuncta gl.vbi etiam Rebuf.& alij in l.iij.C.de proximis sacror.scrinior.li.xij.Panor.in c.in veteri.nu.13.de elect.& dicit,*estans esdits plaidz*:ergo si non sint ibi,eos ad hoc conuocabit,nec ad hoc expressè tenerentur venire,cùm nil lucri habeant.

20 Decimò,debent aduocati & practici dicere præconia esse ritè & debitè facta,& secundum vsum & consuetudinem patriæ locorum , vbi bona sita sunt,nécne,ibi,*certifient si elles sont bien & deüement faites selon les vz & coustumes des lieux,ou les choses sont situees & assises,ou non.*

Vndeci

Vndecimò,quòd in instrumento certificationis ista contineri de bẽt ibi, 21
& de tout ce sera faite mention,en l'acte de ladite certification. Ideo de præmissis iudex debet facere mentionẽ,videlicet quod dicti curiæ practicantes postquam audiuerunt lecta in iudicio præconia,dicunt esse debitè facta,secundum vsum & consuetudinem patriæ,in qua bona sita sunt,imò etiã ipsi certificant bona esse sita in iurisdictione iudicis:quod dicunt patere ex nominatione locorum,& ex vicinis.l.forma.ff.de censib.

Vbi certificatio fieri debeat. Duodecimò,iudex debet declarare illa bona licitata esse sita in sua iurisditione,& quòd ideo ad eum spectet hoc certificare,& decretum interponere:sed si in diuersis iurisditionibus sita sint,in vtraque iurisditione certificari debent. Et sic solet iudex dicere,*Nous au raport desditz practiciens certifiõs lesdites criees estre bien & deuement faites solon les vz,& coustumes des pays, & telles que sur icelles on peut interposer le decret,& adiudication dont ledit tel comparãt nous a requis ces presentes:que luy auons otroyé,signees de nostredit greffier & scellees du seel de nostre preuosté,pour luy seruir,&c. donné. &c.*

Decimotertiò,quod iudices & pragmatici nihil debẽt pro his certificatoriis accipere à parte prosequente dictas inclamationes certificari,vt hic: 23
Arestum. & sic etiã censuit Senatus ann.1524.die xij. Aprilis,ante Paschа.facit gl.fin. in l.in sacris.iij.in verbo ex dispositione.C.de proxi.sacro, scrinio. vbi dicit quòd iudex nihil debet accipere,quando extraordinariè agitur.probat Corset.in sing.incip.libellus.in ij.quod est bene notandum,licet non sit gratum iudicibus,nec pragmaticis,qui ad lucrum non claudicant.

Iudex quãdo nil accipere debeat Quamuis iudex, & pragmatici nihil pro his certificationibus recipere 24
debeant,actuarius tamen siue grapharius poterit iustum salarium recipere: quia nemo suis stipendiis militare debet,c.precarię.x.q.ij.& rationabile ob id dicit:quia hi solent excedere metas rationis in exigendo, vt Papa testatur,in c.statutum.§.notarium.de rescrip.in sexto.

Decimoquartò,si præconia fiebant ex aresto curiæ supremæ,his præmis- 25
sis factis pars prosequens inclamationes,impetrabit literas Regias,ad citandum dominum rei proclamatæ,& ad videndum interponi decretum super re licitata.

Item opponentes citabuntur ad dicendum causas oppositionum, & ad 26
fines differendi.

Impediri potest interpositio decreti. Adhæc auctionarius etiam in ius vocabitur ad tradendum pretium obla- 27
tum,& vt dicunt,*fault adiourner l'encherisseur pour vuyder ses mains des deniers de l'enchere.*

Decimoquintò,parti solent dari duæ dilationes ad impediendum decre- 28
tum,& ad dicendum causas,ob quas decretum impediri debet.idem in opponentibus ad dicendum causas oppositionis,tradendum literas & titulos quibus iuuari volunt.

Decimosextò,si parlamentũ vel alius iudex videat partem opponentem 29
non posse iure impedire,quin res ista vendatur,dicet præconia rectè & ritè facta,& non obstantibus in contrarium allegatis,quæ reiicit, pronuntiabit decretum ad iudicandũ plus offerenti,& condẽnabit illã partem contradicentẽ in expẽsis.Si verò iustã habeat causam pars rea,dicetur quod iustè se opposuit,& decreti adiudicationẽ impediuit,& quod iniustè actor illã requisiuit

siuit,ob id illum actorem condemnabit ad impensas, damna, & interesse, ratione executionis præcedentis:sic seruãt iusti pragmatici. Bar.in l.si oleũ. ff.de dolo.

Error in solennitate quomodo purgetur. 30 Decimoseptimò,si error,vel omissio inueniatur in his auctionibus,qui nõ interueniat ex persona debitoris, sed executoris, vel alterius,poterit pars per literas Regias releuari:solet tamen adiici in literis regiis. *En faisant pour le poursuiuant vne criee d'abondant.* Si verò ex persona actoris prosequentis hæc præconia,defectus euenerit,pronuntiabuntur nulla cũ expensis, & dicetur denuo præconia facienda.

Tria requisita in rebus fiscalibus. 31 Decimooctauò,de iure requiritur quòd res viginti diebus publicè venalis sit.gl.in l.j.de fide instru. quod obseruari in rebus ecclesiæ, & fisci debet,& ciuitatũ,& minoris. Bar.in l.licitatio. ff. de publi.nec potest minui, nec augeri hoc tempus.Bal.in auth.hoc ius porrectũ.C.de sacros. eccl.col. iij.Ego tamẽ vidi augeri & minui secundũ consuetudinem curiarum. Et in his rebus fiscalibus tria præcipuè requiruntur.Primò,quòd constet de debito.Secundò,quòd in solutione fuerit cessatũ.Tertiò, quòd venditio fiat solenniter,& iusto pretio.l.quicũque.vbi Io.de Platea.C.de fide instr.lib.x. gl.in l.fi.si aduersus fiscũ.& in §.pe.de vsucap.in insti.in rebus verò priuatorum tẽpus subhastationis est in arbitrio iudicis,teste Luca de penna in rub. C.de decre.decurio.lib.x.quod est verum si per consuetudines, statuta vel stylos curiarum non fit expressè statutum. Et hodie tam in rebus publicis quàm priuatis est certum ex stylo præstitum tempus,& illud seruãdum est, & aliæ solẽnitates statutæ in illis curiis,in quibus hæc fiunt præconia.Lud. Roma.consi.cciij.quo ad primum.

32 Decimononò in locationibus nõ requiritur subhastatio.gl.in l.quãuis,in verbo prædij.C.de vendi.rer.ciuita.li.xj.& l.iij.in verbo licitatio.C.de fun. patrimo.li.xj.quod est verũ in rebus priuatorum,secus si locentur res publicæ,teste Bertach.in tract.de gabel.in ij.parte.q. vj.& seq.per l.penes. C.de vectig.& cõmiss.quod patet in rub.*des eaux & forestz*, in his ordinatio.Etiã in rebus priuatorum commissarius quando fructus locat,plus offerenti debet tradere,vt suprà dictum fuit.

Decreto interposito nullus recipitur ad licitandum. Arestum. 33 Vigesimò.Etiã quolibet tempore recipitur quis ad plus offerendũ,donec decretum fuerit interpositum,& sigillatum.l.fi.C.de fide instru.lib. x.& sic censuit senatus Paris.vt citat Io.Gallus in q.ij.posteà nõ,nisi à decreti interpositione fuerit appellatũ,quia appellatio extinguit iudicatum.l.j.in fin.ff. ad Turpil.ideo interim recipitur pars offerens debitum cum expensis.Capit.in deci.Neap.q.ccij.vbi plenè disputat.eum vide,si lubet.

34 Tamen postquàm aliquis pecuniam certam obtulerit, etiam præconi obligatur teste Bar.in l.licitatio.ff.de publica.& Bertach.in tract. de gabel. in ij.parte.quæstio.x.

35 Vigesimoprimò,is qui oppositum,non recipitur ad licitationem, nec ad augendum pretium rei captæ & saysitæ,per l.ij.C.si in caus.iudic.& sic iudicauit senatus anno 1537.die xxix.Nouembris, hodie tamen permittitur: vt inferius dicetur.

Arestum. Vigesimosecundò,postquã vna res capta & saysita est pro vno debito,debitor offerendo aliam rem pro eodẽ debito nõ liberat istam rem captã,nisi pecu

pecuniam offerat.probatur in l.iiij.§.ait prætor.ibi,pecuniam ſoluat.ff.de re iudi.l.ſi rem.in fi.cũ l.ſeq.de pig.act.Pet.Ferra.in practica ſua in forma reſp. libelli.in actio.hypotheca.in gl.ſatisfacere.alia dicentur artic.ſeq.ſolennitates in rebus minorum docet curiæ placitum, quod tranſcripſi,in tract. de liter.oblig.artic.xj.gl.iiij.ibidem videlicet ne plura.

Idem artic.8o.

Articulus quintus.

Tous oppoſans calomnieuſement à criees deboutés de leurs oppoſitions ſeront condamnés en l'amende ordinaire telle que du fol appel en noz cours ſouueraines, & de vingt liures Pariſ.és autres iuriſditions inferieures,& plus grandes à la diſcretion de iuſtice,ſi la matiere y eſt trouuee diſpoſee,& autant enuers les parties.

GLOSSA VNICA.

Requiſita vt per calũniam opponẽs mulctetur.

OVIA nullus debet iniuſtè opponere præconiis ne retardentur 1
ſed citò fiant,& ne ex litibus lites oriantur.l.iiij.§.ait prætor. ff.de re iudi.& quia id quotidie exercebatur,ideo ſtatuit mulctam opponentibus per calumniã.Et nota requiſita in hoc tex. vt ſcilicet per calumniam opponens mulctetur.

Primò requiritur quod quis ſe opponat,& põt ſe opponere per ſe aut per 2
procuratorem habentem ad hoc ſpeciale mandatũ.Et in hanc incidet mul ctam etiam opponendo ſe per aliũ.facit l.& habet.§.j.ff.de precar.& regu. iur.ſed ſi aliquis opponeret ſine mãdato,is eſſet ad mulctam condẽnandus nomine proprio, non alius cuius nomine ſe oppoſuit, ſi ratam oppoſitionem non haberet.c.cùm quis.& ibi doct.de ſent.excommunic.in vj.

Secundò quòd ſe opponat auctionibus,ſeu ſubhaſtationibus,ibi *a criees*, 3
ſecus ſi opponeret alteri actui,cũ in aliis oppoſitionibus non ſit ſtatuta mul cta,ideo imponi non debet.l.ſi quis ſepulchrũ.§.funus.ff.de religioſ.ibi nul lam eſſe huius rei pœnam:& quia pœnæ ſunt reſtringendæ,non extendendæ.l.interpretatione.ff.de pœnis.

Calũnioſè ſe oppoſuiſſe præconijs quis dicatur.

Tertiò quòd per calumniam ſe oppoſuerit.ibi,*calomnieuſement*,præſumi- 4
tur calumniæ cauſa hoc feciſſe,ſi de iure ſuo nõ oſtendat,& ſuccũbat.arg.l. eum quem temere.ff.de iud.niſi iudex videret eũ fuiſſe deceptũ,& iuſtã habuiſſe cauſam,vtpote quia teſtes,qui promiſerant deponere,ſunt mortui,vt dicit gl.in c.j.in gl.vlt.de elect.in vj.vel quia oſtenderet publicũ inſtrumentum.Sed acceptilatio fuit producta,quam pars ignorabat,quia erat hæres, qui ignorare præſumitur facta defuncti.l.eius.ff.de reb.cred.in alieno enim facto tolerabilis eſt error.l.ſi.ff.pro ſocio.

Quartò requiritur quod repulſus ſit ab oppoſitione per ſententiã,vel are 5
ſtum,ibi,*deboutez de leurs oppoſitions*.Si ergo deſiſteret ante ſententiã,nõ condẽnaretur per hunc tex.idẽ ſi in parte repelleretur,fortè quia oppoſuit pro centũ aureis,& poſteà probatũ fuit quinquaginta tantũ debitos: tunc non cenſetur calumnia,maximè ſi ſucceſsit in locũ alterius,& poſteà oſtẽſa eſt ei dem acceptilatio partis,quam neſciebat.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.

Appellantium perperam emenda ordinaria in curijs ſupremis.

Quintò condẽnabitur in curiis ſupremis ad mulctam ordinariã temere 6
appellantium,quæ eſt ſexaginta librarũ in parlamentis,& in magno concilio,& ideo in illis condemnabitur ad illam ſummam: quia illa eſt emenda ordinaria

ordinaria temere appellantiũ in illa curia,& in dimidia ſumma quo ad partem,quã ſuis moleſtauit oppoſitionibus. Nam clauſula in fine poſita refertur ad præcedẽtia.l.talis ſcriptura.in fi.ff.de leg.j.c.ſecũdo requiris. de app.

7 Sextò,in curiis inferiorũ opponẽs per calumniam,qui à ſua oppoſitione repulſus fuerit,condẽnatur ad viginti libras Pariſ. Regi applicandas, & viginti parti, & ad plus ſecundũ diſcretionem iuſtitiæ: ideo quia diſcretioni relictũ eſt,ab iſta condẽnatione poterit appellari, nõ ſi dixiſſet conſcientiæ eius relinquitur.glo.in c.ſtatutum.§.notarium.de reſcri. in vj.vbi additi.

Iudex an poſſit minorẽ mulctã imponere.

8 Si tamen iudex videat leuiorem culpã,ad minus cõdẽnabit, licet hic nõ dicatur:quia tantum operatur propoſitum in propoſito, quantũ oppoſitum in oppoſito.l.fin.ff.de leg.iij.& bonum eſt argumentum de augmento ad diminutionem,& quia diſcretioni iudicis relinquitur,& hoc ſeruatur.

Procurator an debeat citari, an dominus.

9 Septimò debet citari debitor ad videndum interponi decretum, & rem adiudicari licitatori,niſi procurator oppoſuerit nomine domini. Tunc ſufficiet procuratorem citari,vt eſt ſtyl.Bitur. pro quo facit text.in l.ſeruum.§. equũ prætori viſum eſt, eum qui alicuius nomine vt procurator experitur, eundem etiam defenſionẽ ſuſcipere,& §.prætor ait.ff.de proc.& l. qui procuratorem ibidem.& qui habet mandatum ad excipiendum & opponendũ contra electionem poteſt litem cõteſtari,& omnia facere quæ tangunt electionem,teſte Spec.in tit.de proc.§.ratione autem formæ.in prin.hîc. & qui poteſt opponere,tenebitur ſuper his defendere.

Opponẽs nõ recipitur poſt ſententiã diſcuſſionis.

10 Octauò,omnes admitti debent ad oppoſitionem ante iudiciũ & ſententiam diſcutionis,poſteà non,vt fuit ordinatum per curiam ann.1492.die vij. Ianuarij.In hæc verba:*La cour a ordonné,que nul ne ſera receu à ſoy oppoſer à aucunes criees faites par l'ordonnance d'icelle cour, ou en executant les arreſts d'icelle, apres ce qu'elle aura cogneu, & diſcuté des oppoſitions miſes en icelles criees, & de la priorité & poſteriorité. Mais ſera lon receu ſeullement à encherir iuſques à ce,que le decret des criees ſoit ſeellé.* Et poſteà areſto fuit confirmata hæc ordinatio ann. 1522.die vj.Iunij pro Io. *de la Roche* contra Renatum *Souleau*.facit text.in l.ſi priuſquàm.C.de diſtract.pig.vbi etiam doct.

Ordinatio curiæ.

Areſtum.

Diſcuſſionis ſententia quomodo ſeratur.

11 Nonò,iudex peocedit ad iudiciũ diſcutionis ſic: diſquiret priùs an præconia & incantus, ritè facti ſint,quòd ſi iuſtè omnia facta inuenerit, ſtatuet hæreditatem,vel rem captam vendendam per decretum,& adiudicandam amplius offerenti, & tunc diſquiretur de ſingulis creditoribus, qui locabuntur pro antiquitate temporis, & ſecundum illorum ordinem: nam qui prior erit tempore,priorem & potiſsimam obtinebit prærogatiuam,per re-
12 gulam qui prior.de qua ſcripſi.in tract.de conſti.redd. in hoc Tomo. † Et ſi ſemel fuerit ſigillatum decretum, non recipietur aliquis opponens, etiam augere volens pretium,nec quidem prætextu conſuetudinis per Regem nõ approbatę,vt cenſuit Senatus,ann.1533.die j.Febr.inter Io.Burgalet,& Pet. Charuerie,ac Benedictum Martinet.idem cenſuit ann.1547.die vij.Iunij,facit l.ſi priuſquàm.C.de diſtr.pig.& ibi doct.

Decretum ſigillatum impedit opponentem.

Areſtum.

13 Decimò,ſi quis augere pecuniã velit,debet dicere actuario ſeu Graphe rio cauſæ,in qua augetur pretiũ,& poſteà illa auctio deſcribetur, & in audi torio promulgabitur, ac debitori executor nunciare debet, atque affigitur curiæ illius iudicis, cuius autoritate res venduntur, & per quindecim dies

Augẽdi pecuniã in li citationem modus.

debet ſic remanere,vt dictum fuit,& poſteà obtinebitur decretum,ſed non antequàm is,qui maius obtulerit pretium,depoſuerit pecuniam: apud Grapherium.l.vlt.C.de bon.autho.iudi.poſsid.quã ſi differat, vel nolit depone re intra tempus præſtitutum, poteſt compelli per ſuæ prehenſionem perſonæ,& ſic adhuc differat tradere,recipietur ſecũdus,qui pretium obtulerat, & pro pretio oblata à ſe ſi velit, alioqui alius. Et iſte primus ſtolidus & temerarius licitator condemnabitur, tam parti ad reliquum pretium, quàm ad emendam ratione abuſus cõmiſsi,niſi repentina ſucceſsiſſet illi cauſa,vt videlicet ignis, ſi combuſta fuerit eius domus præcipua: vt erant vtenſilia pretioſa,argẽtum,& alia mobilia,vel ſi alia iuſta cauſa ſubſit, per quam excuſationem mereatur,vt cenſuit Senatus ann.1517.die xiij.Iulij: condemnauitq; eum,qui manus obtulerat pretium,ad illud dãdum eſt tradendũ intra menſem, alioqui ad mulctam centum librarum Regi applicandam, & ad expenſas,damna & intereſſe partis,vt patet in ſtylo Parl.areſto cccxcvij.

Areſtum.

Procuratorium ad offerendũ pretiũ quæ continere debeat.

Ideo notandum eſt non recipiendum licitationem offerentem precium per alium,niſi procuratorium ſpeciale miſerit, in quo continebuntur ſequẽtia.Primùm annus & dies conſtituti procuratorij, ſicut in aliis inſtrumẽtis. l.generali.C.de tabul.lib.x. 14

Auctionarius quæ debeat declarare ad augendũ pretium.

Secundò,debet licitator,ſiue auctionarius declarare locum ſuæ habitationis,vt alibi dicam in rub. *des nota.* Nam plerunque natio prouocat, aut deterret.l.quòd ſi nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil.edic. 15

Proprietarius fraudulenter inſtigãs aliquos ad licitandum.

Tertiò,ſtatutum & qualitatem ſuæ perſonæ:quia ſunt quidam prohibiti,ob id oportet habitationem inſerere,vt id ſciamus, an is offerre prohibitus ſit,& an frugi vir ſit,nécne.l.j.ff. de ſer.fug. 16

Quartò, iudex interrogabit vltimum auctionariũ, ſi fraude vel malitia fuit inſtigatus per proprietarium, vel alium ad offerendum hoc pretium. quia dolus & fraus non debet alicui patrocinari.c.ſedes.& ſeq.de reſcri. 17

Auctionarius an integram pecuniã deponere teneatur.

Quintò, ſi pecuniam præſentem habeat ad ſatisfaciendum precio iam oblato:quia executor non poteſt habere fidem de pretio,vt artic.vlti.inferiùs dicetur. 18

Libera res in præconijs quando per decretũ dari cenſeatur.

Sextò,non tenetur pecuniam,quam in præconiis obtulit deponere intergram,ſed poteſt retinere ſibi debitam,& reliquum tradere,vt in conſue.Bituricen.§.lxix.rub.*des executions.* & compenſare ſibi debitum poteſt,vt patet in tit.de compenſ. 19

Opponens nullus recipitur poſt decretũ interpoſitũ.

Vltimò, res ſic per decretum adiudicata, libera tradi ſolet ab omni ære aliena hypotheca,& alio iure:quia res libera præſumitur, niſi probetur ſernitus conſtituta. l. altius. C. de ſeruit. & aqua. quod non fuit in præconiis probatum:ob id libera res remanebit,vel niſi fuerit per ſententiam adiudicationis reſeruatum aliquod ius, vel ſi fuerit reale, & iuris directi dominij reſeruatum cenſetur,etiam ſi dominus non oppoſuerit:quia eſt rei affixum, & res tranſit cum ſua cauſa.l.alienatio.ff.de contrah.empt. Sed redditus ex nummis prouenientes, ſolet iudex decernere redimendos, ex pecunia rei ſubhaſtatæ,ſi ſufficiat. 20

Vndecimò,hæc adiudicatio per decretum ita firma exiſtit,vt nullus poſt decretũ recipi poſsit : quia pignus remittere videtur, quando non ſe opponit.l.ſi eo tempore. C.de diſtract. pign. aliàs iſta forma, & ſolennis conuocatio 21

catio eſſet ſuperflua,& inutilis,vt etiam no.Paul.in l. vlt. C.ſi aduer. fiſcum. doct.in auth.ſi omnes.C.ſi minor ſe ab hæred.abſtineat.

Idem, *article LXXXI.*

Que pour les oppoſitions à fin de diſtraire,ne ſera retardé à l'adiudication par decrets s'ilz ont eſté ſix ans au parauãt que d'intenter leurs actions ſur leſquelles ilz fondent leurs diſtractions: à commencer depuis le temps, que preſcription aura peu courir : & neantmoins en verifiãt leurs droitz ſerõt payez de leurſdits droits ſus le pris de l'enchere,ſelon leur ordre de priorité & poſteriorité.

Articul. ſextus.

GLOSSA VNICA.

Opponere præconijs quis multis modis poteſt.

1 DVOBVS modis opponi præconiis poteſt. Primò, vt res non vendantur:quia prætenditur eſſe vel tota, vel pars opponẽtis. Et tunc is debet probare rem ſuam eſſe,ſi eam non poſsideat. l.ſi.C.de rei ven.dicenti enim incumbit onus probandi. l.ij.ff. de prob.& huic opponenti debet exemplum actionum dari,& inclamationum,vt poſsit præcidere & notare,quam rem, quámue partem vult ſeparare à licitatione:† & hæc oppoſitio dicitur ad fines diſtrahendi, id eſt, ſeparandi. Verùm quia iudices olim ad oppoſitionem iſtius differebant rem adiudicare,& interponere decretũ,ob id ſtatuitur, ne retardetur,nec differatur decreti adiudicatio,ſi ſteterit ſex annis ad petendum: qui anni computantur à die quo præſcriptio currere potuit. ergo ſi ſtetit per decem annos, & nouem annis fuit minor, illo tempore non eſt incoata præſcriptio, nec currit.l.j.& per totum.C.de temp.in integ.reſtit.peten.

In oppoſitione ad fines diſtrahẽdi quomodo procedatur.

3 Secundò,ſi quis opponit,eo quòd res eſt ſibi hypothecata,vt debitum ſibi exoluatur hiſq; opponentibus non datur exemplũ. ſed dilatio datur pro diſtantia locorum ad tradendum cauſas oppoſitionis: quia eorum non intereſt,vt res vendatur,imò ad hoc tantùm tendunt,vt ipſis ſoluatur, quibus poteſt proſequens ſubhaſtationes reſpondere,& opponentes replicare, & proſequẽs duplicare intra octo dies ex curiæ ordinatione,poſteà datur dies ad producendum,& ad dicendum ius, ſed in hoc conſuetudinẽ fori ſerues.

Opponentibus vti debitũ eis exoluatur non datur exẽplũ auctionum ſed dilatio.

4 Tamen his opponentibus,ſi oſtendant ius ſe habuiſſe opponendi,ſoluetur illis ex pretio auctionis pro ordine ſuo,vt qui prior erit tempore,iure ſit potior,per reg.iur.vt ſuperiùs dictum fuit.

5 Item ſi plures ſint opponentes,non tamen ob hoc iudex ceſſabit à rei licitatæ venditione,& adiudicatione,per l.ſi.C. de iur.dom. impetr. quando res venditur ex cauſa iudicati,vt in l.à diuo Pio.§.quod ſi res in fin. ff. de re iud.aliâs erit ſupercedendum,& res tradẽda primo creditori, niſi ſecundus offerat.l.diuerſis.C.qui pot.in pign. hab. Io. Fabri in l.ſi eo tempore. C.de remiſſ.pig.alia poteris hîc addere bone lector,quæ tibi grata erunt.

Idem, *Francoys arti.85. des publiees* M.CCCCCXXXIX.

Que es arreſts ou ſentences de adiudication de decret ne ſeront d'oreſnauant inſerez les exploits des criees, ny autres pieces, qu'on a accouſtumé par cy deuant d'y eſtre inſerees mais ſeulement fait vn recit ſommaire, des pieces neceſſaires

Articulus ſeptimus.

comme il se doit faire es arrestz, & sentences donnees en autres manieres.

GLOSSA VNICA.

Summaria recitatio in decreto fieri debet & quomodo.

OLIM solebant notarij omnia præconia, executiones, oppositiones, & alia in decreti sententia inscribere, sed hîc prohibetur, sed solùm debet fieri quædã recitatio summario, vt in sententia, vel aresto fieri solet: sic, viso instrumento obligatorio talis, & oppositione sua, & chirographo Titij, & eius oppositione, ac deinceps præconiis quadrinundinis siue quatuor, & certificatione, ac aliis, &c. & multis auctionibus: & quia nobis constitit talem alios in licitatione vicisse: per nostram sententiam illi adiudicamus talem rem, &c. 1

Minori nec ecclesiæ succurritur post decretum.

Item post interpositum decretum nulli succurritur, etiam minori. l. quæcunque. C. de fide instru. & iur. hastæ fisca. &c. li. x. vel ecclesiæ, quæ ius suũ non deduxit, nec quidem per literas Regias: quia amissum non potest restitui. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. & quia ex consensu pignus remisisse videntur, dicta l. si eo tempore. C. de distract. pigno. 2

Minor aliquando restituitur ob decretũ de re sua venda interpositum.

Si verò bona minoris sic vendita fuerint, restitui à principe aliquando vidi, quod probatur per l. j. C. de prædiis mino. & hoc literis impetratis à Rege, quando authoritate Senatus, sed si à iudice inferiore decretum interpositum fuerit, tunc liberum est ab illa decreti interpositione appellare, & curia probata re sua, vel pretij exiguitate, siue aliis literis restituendum eum pronunciabit, & rem ei reddendam soluto pretio, quod receperat cum expensis legitimis: non tamen solet in curia condemnare minorẽ ad expensas huius causæ appellationis. & anno 1525. die ij. Maij post venditionẽ per decretum factam curia certum tempus minori ex gratia concessit. 3

Arestum.

Decretum à quo iudice interponatur.

Item decretum solet is iudex interponere, in cuius iurisditione res sita est, l. cùm vnus. §. qui possidet. ff. de bonis author. iudi. possiden. Io. Gallus in q. per aresta. q. cxxxij. Item per arestum. Quod est verũ, si vendatur ex obligatione instrumenti Regio sigillo signati: secus est si ex sentẽtia iuducis fiat distractio, tunc is qui sententiam dixit rem licitare potest, & decretum interponere, licet non sit in eius territorio, ad eum enim pertinet suam exequi sententiam. l. ij. C. si in causa iudica. pignus captum sit. Io. Fab. in l. j. ibidem. & superiùs dictum fuit. 4

Locorũ diuersitas præconiis in quomodo attendenda.

Debent tamen præconia fieri in eo loco, vbi res sitæ sunt, vel in proximo: & si in pluribus locis sitæ sunt, in quolibet loco, & in ecclesia parochiali dictorum locorum die dominico, vel festo post exitum missæ, secundum locorum consuetudines, & stylum curiarum quãdo in pago fiunt: quia aliâs ignorarentur præconia, cùm rustici non soleant conuenire nisi diebus dominicis, & festis: sed in ciuitatibus & oppidis hæ inclamationes die domini co non solent, nec debent fieri, per l. fi. C. de feriis. 5

Decretum nõ debet interponi cũ onere impẽsarum.

Prætereà decretum non debet interponi super aliqua re cum onere impensarum, *à la charge des despens*. Sed potest dixi, *à la charge des droitz seigneuriaux*, vt in consuet. Bituri. no. statutum fuit rubric. *des executeurs*, articu. lxx. Imò purè debet decretum adiici, si possit, & non cum pacto de retro venden 6

vendẽdo, vt iudicauit Senatus, prout refert Aufrer. in stylo Parla. aresto 369.

Arestum. Indiuidua res inducit licitationẽ.

7 Insuper, quando rex non recipit commodam diuisionem vt molẽdinum, tunc deueniendum est ad licitationẽ, & is in licitando obtinebit, qui maiorem habet partem, si æquale offerat pretium. l. sancimus. §. sinautem. vbi gl. C. de dona. l. ij. quãdo & quib. quarta pars debe. lib. x. l. ij. de metella. lib. xj. Pet. de Vbal. in trac. societa. in xij. parte quæstio. xij. Et si creditores hincinde sint æquales, prævalebit numerus personarum. l. maiorẽ. ff. de pact. Aret. consi. clvij. col. iij. ac Ant. Capit. in decis. Neap. q. xxxvj. Hîc tamen obtinere debet, qui plus offert, & qui licitationem vicerit, vt dicit l. licitatio. in prin. ff. de publica & vectiga. nisi fuerit leno vel meretrix, qui non sunt recipiendi, vt ex decreto Senatus constat anno 1544. die x. Februarij contra *Marion du Tron:* quia expelli possunt, quando inhabitant. l. si qua. C. de specta. lib. xj. vbi Rebuffi, multò minus recipiendi sunt ad inhabitandum: quia turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes. l. quemadmodum. de iureiur. quod est verum in domibus, secus in pratis & fundis, vt scripsi in l. Massurius. ff.

Qui repellẽdi sunt ab auctione. Arestum.

8 de verb. signifi. † Colligere ex hoc titulo possumus sequentia. Primò, quòd antequàm perueniamus ad hæc præconia, & subhastationes, requiritur esse debitum. glo. in l. j. C. de fide instrum. lib. x.

Requisita antequàm præconia fieri possint

9 Secundò requiritur, quòd illud debitum sit executorium, vtpotè ex instrumento obligatorio, vel ex iudicato. Nam si quis esset debitor chirographarius, ante recognitionem cedulæ, & condemnationem à iudice factam non posset executio fieri, vt scripsi in tract. de chirograph. recogni. in primo Tomo ordin.

Apparitor quomodo debeat habere potestatem capiendi rem debitoris

10 Tertiò, opus est, vt apparitor à iudice potestatem capiendi rem debitoris, & iniiciendi manus habeat, alioqui ad solam partis requisitionẽ rem debitoris capere, & saisire non potest. l. non est singulis. ff. de reg. iur. l. ij. C. si in causa iudic. & ibi Cyn. & alij & in l. iustè. ff. de acq. poss. & l. meminerint. C. vnde vi. Et tunc habet potestatem, quando debitum est executoriũ, & sententia in forma, vel instrumentum obligatorium sigillatum præcedit.

11 Quartò, hæc res capta debet commissariis tradi, qui eligentur ab ipso apparitore & executore, vt arti. ij. superiùs dictum extitit.

12 Quintò, præcipitur parti, vt hos sequestros nõ impediat, nec turbet, sub pœna amissionis causæ, vt ibidem scripsi.

13 Sextò, si pars ab hac manus iniectione appellet, vel opponat, non cessabit viator ab executione, quominus tradat rem curatoribus bonorum, seu commissariis, vt docet Imber. in instit. foren. lib. j. §. atque venundatis. vbi adducit arestum.

Denũciandа quomodo sint præconia debitori.

14 Septimò, hæc facta manus iniectio rei debitoris debet denũciari ipsi debitori, & quo die, quóve loco præconia incœpturus sit, & quod illa octauo quoque trinundino, vel alio tempore celebraturus illa sit, vsque ad quartã inclamationem, & illis factis apparitor referet se victori in his præconiis, qui maius pretium offeret, se rem addicturum, vt dictum fuit.

15 Octauò, factum primum præconium debet denunciari debitori, illiq; se profiteri, ad secundum venturum tali die, & sequentibus, & in locis solitis, vt debitor curet interim habere pecuniam, ex qua creditoribus soluat.

Universidad de Deusto Biblioteca

Debet etiam eidem debitori nunciare, quantũ pretij pro re licitata oblatũ sit, vt super eo deliberet. probat l. creditor. C. de distract. pig. & idem docet Guido Papæ in decis. Delph. q. cccxxix. de iure creditor. & superiùs dictum etiam fuit.

Executor testamenti rem vẽden dam hæredi denuntiare debet.

Idem in executore vltimæ voluntatis, vt debeat denunciare hęredi, quã- 16
do vult rem vendere hæreditariam, aliâs in mala fide diceretur, & clàm faceret, l. clàm possidere. ff. acq. possess. l. prohibere. §. clàm. quod vi aut clàm, etiam si eidem tributa esset libera vendendi facultas. l. j. §. cùm dicitur. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. tum quòd hæredis præsentia poterit executores trahere ad vendendum aliam rem. argu. l. fi in tres. ff. de arbitris. Bart. in d. l. creditor. & in l. alio. col. v. versic. quæro an hæres. ff. de alimentis. Soci. in tract. de dilatio. artic. v. q. viij. vide Decium in l. qui. potest inuitis. ff. de reg. iur. quicquid dicat Bald. in l. id quod. q. xviij. C. de episc. & cleri. & Alexan. consi. ccxv. ponderatis. vol. vj. col. penult. vbi dicunt nullam venditionem. quibus acquiescerem, nisi ex stylo contrarium dicatur, vt hîc.

Opponenti datur dies ad allegandum causas oppositionis

Si aliquis opponat, dies ei dicenda est, ad allegandum suæ oppositionis 17
causas, quo die si compareat, audietur, & dabitur ei modica dilatio ad tradendum eas, quas si nõ tradiderit, nisi iudex, alteram ei det dilationem, excludetur à iudice, & iudex pronunciabit eum reiiciendum, & non obstante sua oppositione ad iudicationem rei licitatæ procedendum. Si verò nõ compareat, ab oppositione repelletur. vide quæ Imber. scribit in lib. instit. Foren. primo. §. sed quia sæpius.

Offerenti plus res licitata adiudicatur.

Item plus offerenti dari res licitata debet, per text. in authen. hoc ius por 18
rectum. C. de sacrosanct. eccle. l. si tempera. C. de fide instrument. lib. x. vbi Bartol. dicit illa verba inducere obligationem præcisam, adeò quod in hoc non sit gratificationi locus. Idem docet Bertach. in d. tract. de gabel. in ij. parte q. ix. facit glo. in verbo fauere. c. venerabilem. de elect.

Ecclesia an possit gratificare iustũ pretium offerenti.

Ecclesia tamen poterit ei gratificare, qui iustum pretium dat, licet alius 19
plus offerat: quia plus iusto vendere non debet. glo. in c. ea enim. §. hoc ius. x. q. ij. quàm no. Rom. sing. dcclv. tu scis quod res ecclesiæ, & Barba. in cap. Raynaldus. colum. cxiij. de testamen. ac Calderic. in repetitio. l. ij. columna xxxviij. C. de rescinden. venditio. Domi. Tiraquel. in tract. de legib. connubial. fol. 90.

Ego tamen putarem, quòd administrator ecclesiæ malè faceret, si non 20
daret plus offerenti: quia illud censetur esse iustum pretium, quod liberaliter offertur à sciente rei conditionem, l. mortis causa capimus. vbi glo. ff. de donatio. causa mortis. doct. in c. dilecti. de emptio. & venditio.

Offerens primus an liberetur per oblationem secundi.

Item primus offerens est liberatus, si secundus amplius obtulerit, per 21
text. in l. Valerianus. ff. de præto. stipulatio. & l. stipulatus es. de fideiussor. & l. cùm plures. §. lege dicta. locati. & hoc valde singulare dicit esse Francisc. Cremen. sing. xl. tu scis quod forma. vbi refert Bal. ex eo fuisse centũ lucratum ducatos: quia per secundum actum ante rem perfectam à primo videtur recessum. §. posteriore. quibus modis testamen. infirmen. & nouissimè factũ prævalet. l. pacta nouissima. C. de pactis. sed Bartol. in l. licitatio. ff. de publica. tenet contrarium per text. in l. Sabinus. ff. de in diem adiectio.

alia

alia etiam adduci possent. Sed ego conciliando dicerem, quòd si secundus plus offerens fuerit acceptatus, tunc primus est liberatus, si verò simpliciter obtulerit, & nulla fieri partis acceptatio, tunc primus nõ est liberatus. Nam quod est parti à primo acquisitum, sine facto suo, ab ipsa non potuit diuelli, ergo requiritur acceptatio eius. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. etiam antequàm quis dicatur plus offerre, non solùm requiritur maius pretiũ, sed quod offerens sit idoneus, vtilis, & facilè possit cõueniri. l. eũ qui emit. §. fi. ff. de in diem adiectio. Bal. consi. cccxxvij. modus. in ij. vol. facit quod scribit Bart. in l. ij. ff. qui satisd. cogan. alioqui fraus fieri posset. Nam is qui plus iusto licitas set, supponeret pauperem, qui eum liberaret, quod est absurdum in l. cùm hi. §. si cùm lis. ff. de transa. sic consuluit Bal. consi. cxcj. factum super quo. in iij. vol. & Alex. in additio. ad Bar. in d. l. licitatio.

Fides de precio non sufficit ad impediendã pignorum distractionem.

22 Nec potest fides haberi de pretio, sed pretium offerri & consignari, in iudicio ad impediendum pignorum distractionem debet. gl. in l. si post. C. de distractio. pign. & in l. si in rem. in fi. ff. de distract. pigno. §. propterea. ibi, vt qui plus præbet. in auth. de alien. & emphy. collatio. ix. l. res quæ. ff. de iure fisci. l. quicunque. §. si institor. ibi pecunia præsenti. de institor. Bar. in l. fi. C. de fi. inst. Petr. de Ferrar. in sua practica in forma executio. sentẽtia. in verb. publico nuncio. versi. post hæc. doct. in d. l. singularia. ff. si cert. pe. & in c. de precariis. de precario. & suprà dixi.

Solẽnitates in re vendita per licitationẽ anpræsumatur, & quis probare teneatur.

23 Quære, quia vendere rem cum subhastatione non est leuis solennitas. gl. in l. j. C. de fide instru. lib. x. & gl. in authen. de fideiuss. in principio, in verb. sumat. collat. prima. Bal. in l. ordo. col. iij. C. de execut. rei iudic. Alex. in d. l. licitatio. quis debeat probare solennitates interuenisse? Respon. Si instrumẽtum dicat solennitates interuenisse, & alius dicat contrarium: tum, pro instrumento præsumetur. l. cum precibus. C. de probatio. Ideo is qui dicit solennitates non interuenisse, probare debet, si verò instrumentum nihil dicet de solennitatibus, & emptor eas allegaret, probare teneretur. l. ei qui. ff. de probatio. Bar. Ioan. de Platea, & Rebuff. in d. l. j. vbi est gl. singula. quod vbi est decretum in aliquo actu interpositum, solennitates præsumuntur interuenisse, & mala fides censetur abesse. Tho. Ferrar. cautel. lx. Rebuffus, & alij in l. j. C. de decret. decur. libro decimo. Cæpol. cautel. clxxx. semper. Alexand. consi. liij. visis. nume. 18. in iij. volu. & consi. lxxx. visis. & consi. xcij. viso. in quinto volu. & consi. clxxv. visis ac ponderatis. in vij. lib. Aret. consi. lxix. Barb. consi. xviij. clementissimi. column. sexta. in primo volum. & consil. primo. colum. v. & consi. xlj. immortalitatem. colum. v. & consi. vlti. col. iiij. in iiij. lib. Deci. consi. cccxlj. viso puncto. column. v. plenè Iaſ. in §. item si quis in fraudem. nu. 45. inst. de actio. plenissimè per Albert. Brun. in tractat. de forma & solennit. actus rub. de potentia & effectu formæ. versicu. septimus effectus.

24 Igitur instrumenta debent testari de quolibet actu, scilicet quando, & qua die actus factus est, & quo in loco, coram quibus testibus, dispositiuè, non enunciatiuè: & sic solennitates non probantur per instrumentum venditionis, sed requiritur aliud instrumentum. Alex. & Moder. in l. sciendum. ff. de verbo. oblig.

Ista

Summaria recitatio in rei adiudicatæ decreto probat.

Ista tamen summaria recitatio facta in decreto præsentibus partibus,& 25
non contradicentibus probat acta sic facta saltem donec fuerit cõtrarium probatum,vt docet Bar.& alij in auth.si quis in aliquo.in fi.C.de edend.& doct.in clemen.vna de probatio.Cassador.in decis.vlti.de procura.& deci. j.de præsumptio.

Pars quando possit impedire decretum in præconijs.

Nota tamen,quòd si post duas vel tres proscriptiones vel incantus,osse 26
rat debitor pretium cum expẽsis,poterit impedire ne amplius subhastetur, tex.no.in l.ij.C.debito.vendi.pig.impedi.posse.l.si rem.§.fi.ff.de pign.actio. Masuer.in rubr.de executio.& subhasta.§.item si debitor.l.si priusquam.C. de distract.pigno.superiùs dictum fuit.

Relatio apparitoris quomodo debeat cõcipi.

Item relatio apparitoris sic fieri solet,is enim referre debet se de manda 27
to iudicis talis N.Præpositi aut alterius,ad petitionẽ talis N.creditoris,præ conia voce alta,& intelligibili,& ad sonum tubæ,si habebat tubã,clamasse,per loca & quadriuia consueta ciuitatis Bituricen.& in vico talis debito ris,aut alterius,qualiter talis domus Titij, intra tales confines (quos ponat) debet distrahi,& vẽdi pretio x.aureorum:quare si quis velit dictam domum emere,& plus offerre,compareat hinc ad talem diem,& plus offerenti dabitur.Spec.docet in tit.de citatio.§.sequitur.versi.cæterùm, & Io.And. ibidẽ Bal.d.consi.cxcj.vol.iij.ac Soci.in trac.de dilatio.arti.xiij.in fin.

Lex ij.C.de rescinden. ven an habeat locum in decreto.

Postremò si res fuerit vendita per subhastationem,adhuc competet reme 28
dium l.ij.& l.si quos.C.de rescinden.venditio.Bar.in l.j. C.de præscrip.xxx. annor.vide gl.in l.j.in verbo magni pretij.ff.de iure fisci,& in l.si minori pretio.C.illo tit.lib.x.vbi Bar.& ibi Platea.ac Bal.consi.cccIxxv.casus.in j.vo. & Barba.consi.vj.colum.xiiij.in iiij.volu.Soci.in tract.fallen.reg.ccxxxvj.& reg.ccccxxxvj.Vincen.& alij in l.pretia rerum. ff.ad l.Falc.Ant.de Burgos in c.cum causa.col.ix.de empt.& vend.Calder.in repet.l.ij.col.xxvj. in viij. limita.C.de rescin.ven.Bal.consi.cccccxiij.iudex.vol.v.vide quæ scripsi in tract.de rescis.contract.gloss.xv. & in tract.de sequestr.& commissa.in iij.Tomo.alia multa essent hîc dicenda, quæ nunc missa facio,ista ratus sufficere,gratias Deo Optimo Maximo ago perpetuas. Amen.

TRACTATVS, DE CESSIONIBVS ACTIONVM, ET TRANSportibus,in iudiciis quotidie agitatus.

Des cessions, ou transportz.

Charles. v. *article IIII.*

Item pource qu'il est venu à nostre cognoissance,que plusieurs de noz subietz de ce Royaume ont esté moult greuez & endommagez par transportz & cessions faites.

GLOSSA PRIMA.

Cedere & transferre actiones idem.

1 TRANSFERRE actiones & cedere,idem penè significant, vt probat text.in l. pe.& fin.C.manda.vbi tex.vtraque dictione vtitur.& quia Gallicus vsus vocat has cessiones actionum, *transportz*, ob id conscripsi in rub.de cesio.actionum,& transportibus.

2 Transferre autem ius in alium, est de vna persona in alteram commutare.dicit l.nõ solùm.ij.ff.de noxal. ibi,sed huic necesse est ius suum ad actorem transferre, perinde ac si damnatus fuisset.

3 Transferre litem.in l.itẽ.in fi.cum l.seq.ff.de alienatio.iud. mutan. caus. fact.& alia multa de hoc scripsi in l.vinaria vasa.ff.de verb. sign.itaque cessio seu transportus hic vocatus Gallicè se nobis offert pertractandus. Et in primis legislator recitat subiectos suos grauatos admodum fuisse, multaq; damna ex his cesionibus pertulisse.

Grauamina ex cessionibus prouenientia.

4 Primò grauantur subditi ob cesiones in expensis,quas maiores oportet fundere extra prouinciam,quàm si in prouincia litigarent.Nam procurato res,& aduocati incogniti maiora accipiunt stipendia, & quandoque litem redimunt.l.litem.C.de procu.

5 Item labores sunt maiores ad accedendum extra prouinciam,& ad locũ remotum,quàm ad proximum,vt probat tex.in c.dispendia litium.de rescr. in sexto.iuncta clemen.pastoralis.§.vt illud.de re iudicata. Longiores sunt lites,& dilationes.l.j.C.de dilatio.

6 Item litigantem extra Prouinciam in loco remoto oportet sua deserere negotia, & bona inculta, vt lites prosequatur, adeò quòd ob id multi pauperes fiunt.tex.tauth.vt frat.filij succedant.collatio. nona.alia damna, & inconuenientia scripsi in procem. concordat. in verb. sumptibus.& in procem.constitu.Regiar.circa finem.Et plures propter lites miserè mortuos scio, mortuos dico alios ciuiliter, alios naturaliter, qui superstites fortè essent,si in quiete vitam duxissent,& lites non amassent. Maledictus ergo qui lites quærit,& eas amat ac suscitat, nisi coactus fuerit propter aduersarij malitiam. Qui se defendit, si componere non possit, pru-

prudens est,& amandus.

Itaque prohibetur hîc alienatio causa mutãdi iudicij. Nam si velis à me petere centum,& cedas scholastico,procuratori,vel alteri personæ,de qui bus inferiùs dicetur,hæc cessio prohibetur in isto text.& in titu.de alienatio.iudic. 7

Requisita in titul. de alien.iud.

Notandum est,quòd in illo edicto de alienatio.iud.sequentia sunt necessaria.Primò,quòd quis dolo malo alienet,vel in fraudem.l.j .ff.de alie.iud. & l.item.ac non solùm.§.j.ibidem.vbi si quis ob valetudinem litem in aliũ transtulerit,non habet locum edictum illud,vel propter occupationes:quia non dolo facit.Præsumitur autem dolus & fraus ex scientia,si suspicabatur conueniendum habito colloquio ab aduersa parte,de conueniendo eum.l. in summa.ff.de pecu.l.Fulcinius.§.ij.quib.ex cau.in poss.eat. Bal.in rub.de re iudic.in decretal.col.j.Et quando fit in potentiorem præsumitur fraus.& in vij.casibus conscriptis per Aret.in l.fi.C.ne lice.potentio.Alioqui regula riter contra.& qui eam allegat,probet.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probatio. 8

Secundò,in hoc edicto de alienat.&c.requiritur,quod iudicium moueri debeat,& lis super illa re.l.non solùm.§.j.& §.ad iura.ff.eod. 9

Tertiò,quòd alienans illam rem non obstante cessione habere eam velit,sed litis prosecutionem tantùm in alium transfert,vt molestum & durũ aduersarium pro se subiiciat.l.item.in fi.eodem,de alienat.iud.iuncta l.fin. ibi.Et per hoc iterum ipse recipiat,&c. 10

Quartò,quòd interfit aduersarij,& deterior fiat eius causa.d.l.j.& l.non solùm.§.hæc actio.ibidem.& hoc interesse attẽditur circa quatuor quæ trado in gl.seq. 11

Quintò,quòd iudicium sit futurum,nondum tamẽ cœptum,alioqui res litigiosa ex alio capite alienari prohiberetur,vt per tot.tit. C.de litigi.probatur & in l.ex hoc edicto.§.ait prætor.de alien.iud. 12

Sextò requiritur,quòd alienatio ista non sit reuocata:aliàs si fuerit reuocata,non tenetur hoc edicto alienans.d.l.ex hoc. §.si quis alienauerit.Sicut de emphyteota dicimus alienante absq; domini permissu,& posteà reuocãte,vt non priuetur re alienata,teste Ias.in l.fin.quæstione vigesima. C.de iure emphyteo.quia redhibita re omnia retrotrahuntur.l.quia. ff.de alienat. iudic. 13

Vltimò requiritur,quòd res alienata superfit:cæterum si sine culpa alienantis defecerit,non tenebitur alienans.d.l.non solùm.§.hæc actio. Alia vide per Rofr.in tract.libel.in hoc tit. 14

A personne plus puissante.

GLOSSA II.

Potentior quis dicatur.

POTENTIOR persona dicitur ratione fori, vt clericus vel scholasticus,vt hîc. Et de clerico exprimit Collect.in capit.j.in fin.de alien.iud.dicens Cancellariam eos potentiores reputare:quamuis contrarium teneat Hosti.in summa rubr.de cess. actio.§.j.dicens laicum potentiorem clerico.per c.fi.de reb.eccle.non alie.

ibi

ibi laicæ potestatis,& laici sunt magis terribiles.c.laici.ij.q.vij.nisi clericus esset potens ratione suæ domus,& nobilitatis, vt docet Gomes.in reg.de subro.collitig.q.j.quod non approbo:imò dico potentiorem clericum etiã pauperem laico diuite ratione fori:quia clericus conueniet laicum coram suo Episcopo.Et sic mutabit forum laicorum.Sed hodie in Francia quia laici vsurparunt totam penè iurisditionem ecclesiasticam,ac deuorârũt,quod eis malè vertet,non dicitur clericus potentior laico.Imò laicus de facto est clerico potentior,licet de iure contrarium sit.& qui fuere iurisditionis ecclesiasticæ peruersores,in fin. videmus eos suis perire artibus,ne plura.Et quis dicatur aliis modis potentior,inferiùs scribam in glo.v.

Intereſſe potest considerari multis modis.

Notandum est,quòd interesse attenditur circa personam in quam res est alienata,vt hîc,vtpote quia est potentior,aut quia est malicios aduocatus fortè,aut procurator tanquàm vulpes annosa.de quibus Bar.in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.& in l.ij.qui satisd.cog.

Secundò,ratione loci,vt si quis alienauerit homini alterius iurisditionis, & prouinciæ,vt in gl.proxima scripsi.l.iij.ff.de alien.Spec. eo.tit. versicu.vt autem.§.j.

Tertiò,causa attenditur,vt si hominem quem petere volebam, manumiseris,deterior mea causa facta fuit.Ideo agam ad id, quod interest. d.l. iij.§.j.

Quartò,inspicitur locus,vt si fortè alienaueris locum in quo opus feceras,propter quod volebam agere interdicto quod vi aut clam, aut de noui ope.nunc.quia post nunciationem erat ædificatum, & sic demoliendum.l. j.ff.de noui oper.nun.vide si tu possideres,tuis expensis tolleres:nunc alio possidente meis tollam impensis,ob id mea interest.d.l.iij.§.item.& seq.ibi dem.Rofr.in tract.libel.in tertia parte in hoc tit.

De l'accord & consentement de troys estats auons ordonné & ordonnons, qu'aucuns ne facent transport,ou cession.

GLOSSA III.

Leges ex consensu trium statuũ factæ.

VIDES hîc,quòd iste bonus Rex promulgabat.& ferebat leges ex consensum trium statuum,& bonum esset,quòd hodie sic fieret.Nã tres status vicem populi repræsentant, qui dum non potest simul conuenire,saltem vice populi cõsulendus est senatus,vt dicit tex.in §.senatusconsultum.de iur.nat.in insti.vide quæ scripsi in procem.primi Tomi in gl.j.in consti.Reg.Tres status sunt ecclesiasticus,nobilium,& plebis.& in Prouincia Narbon.adhuc singulis annis cõgregantur,sed an vtilitatem populi hi status hodie faciant,ipsi sciunt,aliquã do reddituri rationem Deo altissimo,si id non exerceant.bene enim nos cognoscimus,quod cum vestro consilio fuerit ordinatum,id ad beatitudinem nostri Imperij,& ad nostram gloriam redundare.l.humanum.in fi.de legib. C.& bonum esset,quòd princeps in lege condemna seruaret illa, quæ ibi statuta sunt,vt scripsi in procem.ordi.in primo Tomo,& regnum floreret.

Tres status qui.

No

Reſcriptũ contra legẽ cõſilio procerum edi-tam nocet.

Nota non valere reſcriptum contra legem conſilio procerum factam: etiam cũ clauſula non obſtante, niſi ſpecialis illius legis fieret mẽtio, teſte Bal. in l. humanum. C. de legib. facit c. eam te. vbi gloſſ. & doct. de ætate & quali. & in c. penul. de capel. mon. Clau. Seyc. el. in l. j. col. iij. ff. de legib. Et ſic nullus in potentiorem cedere poteſt; alioqui quilibet, qui obligari poteſt, cedere poterit. i. ſi nomen. & l. nomina. ff. de hære. vel actio. ven. & poſtquã prohibetur cedere potentiori, ergo alteri nõ prohibetur, arg l. cùm prætor. ff. de iudi. Sed is qui obligari non poteſt, nec poterit cedere: quia eſt alienare, quæ alienatio prohibita eſt minori, qui rem ſuam deteriorem facere non poteſt. §. j. inſti. de author. tuto. l. j. ff. de verb. obl. idem in furioſo, demẽte, & prodigo. l. is qui bonis. ff. de verb. obli. & ibi doc. l. j. C. ad Trebel. l. in contrahendis. ff. de reg. iur. Ioan. de Graſsis in tract. de ceſsio. §. viſo.

Cedere quilibet poteſt niſi potẽtiori.

De debte.

GLOSSA IIII.

Ceſsio debiti non re prohibetur Areſtum.

STATVIT hîc legiſlator, quòd aliquis non faciat debiti ceſsionem. Et ſic nõ prohibetur ceſsio rei, vt cenſuit Senatus ann. 1543. die xviij. Febr. vbi declarauit ceſsionem à conſanguineo factam procuratori Regis *d'Abeuille*, bonam contra bailliuum dicti loci: quia hic tantùm ceſsio debiti prohibetur. Ideo ſi domus cedatur non dicitur debitum, quòd eſt tertia bonorum ſpecies, vt in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Et iura loquentia in debito, non extenduntur ad rem. §. j. de act. in inſt. & ſcripſi in l. creditores. cum l. ſeq. ac in l. mobilium. ff. de verb. ſig. & rub. C. ne liceat potent. non loquitur de ceſsione rei, licet titulus de alien. iud. etiam in rei alienatione intelligatur, vt Azo in ſumma, & alij ibidem ſcribunt.

Ceſsio facta à cliẽte procuratori nõ valet, nec aduocato ſeu iudici.

Ceſsio tamen facta procuratori à ſua parte, quam defendebat fuit nulla declarata à Senatu ann. 1542. die iiij. Decembris, per l. litem. C. de procurat. ſiue de debito, ſiue de re. quid de beneficio? dixi in praxi benefic. & idem in aduocato & iudice alibi ſcripſi.

Et quamuis in maſculino loquatur aliquis, *aucun*, tamen etiam habebit locum in fœminis: quia verbum aliquis, tam maſculos quàm fœminas cõplectitur. l. j. vbi plenè ſcripſi, ff. de verb. ſign.

Poſt litem cõteſtatam ceſsio fieri non poteſt.

Item non poteſt ceſsio fieri poſt litem conteſtatam. Et ſi fiat, condemnatur cedens ad mulctam: & remittitur cauſa ad iudicem, coram quo lis fuit conteſtata. Ita cenſuit Senatus Pariſ. ann. 1529. die iij. Iunij pro d. *Artus de Veſge*, contra Magiſtrum Claudium *de ligni* Scholaſticum, & Ioan. *de ligni* fratrem. dixi in trac. de effect. litis conteſt.

En plus puiſſante perſonne.

GLOSSA V.

Potentior multis dicitur modis.

ERGO minori, vel perſonæ æquali à contrario hic non prohibetur cedere, potentiori ſic. nam potentioribus pares eſſe non poſſumus. l. iij. ff. de alie. iud. vbi gloſſ. etiam ſcribit: contra maiorem nemo præſumat honorem, nempe quilibet de re ſua liberè diſponere poteſt. l. in re mandata. C. manda.

Poten

Potentior quis vocatur ratione priuilegij, vt ſunt Scholaſtici, de quibus dicentur inferiùs in glo. *ne ſemblablement*, gloſſ. ix. Dicitur etiam quis potentior ratione fori, vt clericus de quo ſuperiùs dictum fuit in glo. ſecunda. itidem etiam omnes, qui cauſas ſuas commiſſas habent in aliqua curia, præter ordinariam, vt aduocati, & procuratores, conſiliarij ac magiſtri libellorum.

Item ratione diuitiarum. §. primo. & §. ſi verò neq;. in authenti. vt omnes obediant iudic. Prouin. coll. v. Alberic. in rubri. C. ne liceat potentior. facit l. prima. ibi, quàm potentiorum dominorum opibus. ibidem. Nobiliũ enim inſtar ſunt patrimonio ditiores. l. nobiliores. C. de commerc. & mercator. & Eccleſiaſti. viij. c. Non cõtendas cum viro locuplete, ne fortè contra te conſtituat litem.

Item gratia officij potentior dicitur quis, vt Iudex, Conſul, Senator, Præſes aut alius: de quo infrà in glo. *ne en aucun des officiers, &c.* glo. viij.

Etiam nobilitatis & ſublimitatis ratione. l. prima. C. de digni. vbi doc. Eccleſiaſtic. capi. octauo: Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius.

Potentior etiam dici poteſt, qui eſt alium vexaturus, vt imprudens apparitor: hi enim apparitores & Deum, & homines vexant. l. ſecunda. ff. de alia nat. iudic. l. defenſionis. & l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. dicimo. & eccleſiaſtic. vbi ſuprà: Non litiges cum homine linguato, & non ſtrues in ignem illius ligna. Ratio eſt, quia potentiores opprimere ſolent inferiores, & publicè intereſt ne hoc fiat. l. j. C. ne liceat potentio. & l. j. de cenſib. libro vndecimo. Et potentes regulariter ſunt voraces. l. fi. C. ne liceat potentior. Solent enim deuorare tenuiores: & Xenophon ait, ſi diuities, & potentes in ciuitate prævaluerint, breuiſsimum tempus populi Imperium durabit, quapropter bonos ignominiis afficiunt, pecuniis exuunt, expellunt, & occidunt: malos autem promouent. Item ſunt crudeles inferioribus. l. tertia. ibi potentis crudelitate. ff. de donatio. cauſa mortis. quem text. ad hoc adducit Alberic. in l. iij. ff. de alienatio. iudic.

Potẽtes minores opprimunt.

Item putant omnes inferiores ſibi ſubditos eſſe, & ab eis exigere ſeruitia & dona iure ſuo poſſe, vt patet Lucæ xvj. de diuite malo. Ideo non coeas cum homine potente, dicit Sapiens, ne te conculcet. vnde cùm in vniuerſum omnium & præcipuè tenuiorum interſit, dicta l. prima. C. ne liceat potentior.

Etiam prohibentur hæ ceſsiones, quia ex fonte cupiditatis videntur procedere, & prædam quis ex huiuſmodi commercio conſequi vult. capi. ij. de alienatio iudic. & quanuis glo. & doct. intelligant illum titulum de alienatio. in potenriorem ratione officij, tamen hic text. intelligi poteſt, etiam de alia potentia, vt inferiùs dicetur: *priuilegié ne autrement.* Ergo nec aliâs fieri poteſt ceſsio in potentiorem: ergo & de quacunque potentia intelligetur, vt ſuperiùs dixi.

Imò Bald. & Areti. ſcribunt etiam procedere in familiaribus, & cohabitantibus in domo Regia, vel cum illuſtri, & excelſo viro: vt hi quo ad hoc potentes dicantur ratione dominij. Et pro hoc facit l. penult. in fin. C. quod metus cauſ.

Par donation.

GLOSSA VI.

Cessio donationis vel alia ex causa fit.

EXPRIMIT donationem: quia cessio interdum fit donationis gratia, vt in l.penul.ff.eo.& l.fi.C.manda.glos. in verb. opprimere, in tit.de eau.in pragma. siue sit donatio inter vinos, siue causa mortis: quia donationis nomine omnis donatio continetur.l.alienatum.§.donationis. ff. de verbo.signific. Et sic patet cessionem non valere, nisi fiat ex causa, vt hîc, videlicet donationis, vēditionis, vel alia, per tex.in l.per diuersas.& sequen.C.manda. Nam sicut in corporalibus nuda traditio regulariter non transfert dominium.l.nunquam nuda.ff. de acquiren.rerū domi.l.traditionibus.C.de pact. ita nuda traditio debiti incorporalibus non transfert actionem. Bar.in l.in causæ.§.ex parte.ff.de procura. Angel.in §.prætereà.ij.col.xxiij.versic. contra ergo. de exceptio. in insti. quia difficiliùs incorporalia acquiruntur.l.j.& seq.ff.pro socio. nisi debitor tempore cessionis esset præsens, qui si tunc non contradiceret, non posset posteà, teste Baldo in l.cùm esset.§.fin.ff.de seruitu.rustico.prædiorum. Hippoly.singula.xlvj.tu scis quòd cessio.

Vendition que autrement.

GLOSSA VII.

Venditionis causa & ex pacto cessio fit.

ERGO si quis vendiderit scholastico debitū, vel alteri potentiori ratione iudicij mutandi, non valet illa venditio, nec alia alienatio.l.j.ac l.ex hoc edicto.iuncta l.fina.ff. de aliena.iudi.& hos duos exprimit titulos text.in c.ij. de aliena. iudic. Siue quis alienauerit per se, siue per alium, vt per tutorem, aut procuratorem. l. nam & si obligatus.ff.de alienatio.iudi.

Item hæc cessio fit interdum ex pacto, vt docet Specu.in tit.de cess.actio. §.j.versic.ceterùm.& an præsumatur simulata.Spec. ibidem. versi.si verò dubitatur.& per doct.in l.penul.& vlti.C. manda. & formas istarum cessionū conscribit idem Specu.eo.tit.§.consequenter.

Pretium requiritur in cessione per venditionē facta.

Notandum est, quòd in cessione facta per veuditionem requiritur, quòd pretium interueniat, numeretur, & tradatur, nec sufficit confessio de pretio.l.ab Anastasio.& seq.vbi doct.C.manda. Nam non sufficit tunc confessi.C.qui pot.in pig.habeā. Guido Papæ in decisio. Delphi. quæst. ccccclxvij. an compensatio. etiā dicens cedentem posse fidem habere de pretio, sicut in alia venditione.§.venditæ.de rerū diui.in insti. Cōmunis tamen practica hoc obseruat: vt sufficiat confessio pretij recepti, vt docet Bal. in l.ij. col.ij. C.ne liceat potentior. & Fulg.consi.ccv. Raynaldus.col.j.& consi.ccxvij. viso exemplo.in vlti.quæstio.& Iacob.in l.singularia.in fi.ff.si certum peta.

Vasal. an sine domini consensu cedere possit.

Sed an vasallus possit sine consensu domini cedere, vide in c. Imperialē. de prohi.feud.aliena.per Fede.& plenè per Anto.Capit.in decis.Neapolit. quæstio. clvj. vbi concluditur non valere cessionem iuris, cùm sit alienatio, quæ de iure prohibita censetur, diuersum est in cessione litis. Etiā prohibetur

hibetur omnis alia cessio per hoc verbum *autrement*, siue titulo solutionis, vel dationis in solutum, vt dicit Io.de Grassis in titu.de cessio.§.j.siue causa permutationis, vt per totum tit.de rerum permu.vel transactionis, aut societatis, seu alia ex causa prohibetur hîc, si in potentiorem fiat. *Cessio omnis prohibetur.*

Nen aucun de noz officiers de nostre tresche seigneur, & pere Et des officiers de nostre mere ou d'autres.

GLOSSA VIII.

Officiales Regis patris & matris potētiores: ideo illis cessiones fieri nō possunt.

HIC declarat personas potētiores, videlicet officiales patris, & matris Regis, sed non prohibet hîc suos expresse, sed tacitè: dū dicit *ou d'autres*. Nam maior est ratio: quia potentia maior est in officialibus Regiis: ergo & dispositio etiam in illis locum habebit.§.porrò.quę fuit prima cau.benefi.amit. Et in quibusdam ordinationibus inueni *de noz officiers, de nostre tresche seigneur &c.* Et quod prohibeatur cessio ratione officij, probatur in l.j.C.ne lice.poten. & in l.si per impressionem.& l.fi.C.quod metus causa. quia impressio fieri potest à magistratu, vt l.vna.C.si quacunque prædit.potest.& l.vna.C.si rector Prouin. & superiùs dictum fuit. Et cùm Regina gaudeat eisdem priuilegiis quibus Rex.l. princeps.ff.de legib.& hoc edicto sanxit Rex Henric. an.1549. Ideo officiales Reginæ etiam potentiores dicuntur, ideo cessio illis facta nō valet, cùm supradictæ rationes in illis locum habeant.

Requisita ad cessionis prohibitionem.

Nota autem quòd antequàm iste tex.locum habeat, requiruntur sequentia Primò, quòd cessio facta fuerit.

Secundò, quòd potentiori fuerit facta. non ergo haberet locum, si inferiori, vel æquali facta cessio fuerit cessante ratione: quia inferioribus, & æqualibus pares esse possumus: sed superioribus non, l.iij. ff. de alienatio. & suprà dixi. Et ista potentia debet considerari respectu rei conuenti, vt non cedatur in aliquem, qui reo sit potentior: quia per hoc vexaturus est illum. l.j.& ij.ff.de alienatio. iudic. mutand. non ergo noceret cessio debiti facta ab agricola doctori contra episcopum, qui est maior doctore. Et ita vidi iudicari de cessione facta procuratori Regio *ville Abbeuille* contra locum tenentem, qui erat procuratore Regio potentior Et hoc allegauit aduocatus Regius insignis do. Marilliacus, quanuis Specu.in tit.de cessio. dicat inspici personam cedentis, in tit.de cess.actio.§.j.ver.quid si aliquis. *Potētia quo modo sit cō sideranda.*

Tertiò requiritur, quòd de debito fiat cessio, secus ergo si de re, vel iure reali, vt superiùs scripsi in glos.iiij.licet de iure secus.l.non solùm.§. ad iura. & l.j.& l. ex hoc.§. ait prætor. ibidem. Tamen si facta fuerit consanguineo potentiori, non facilè reprobari solet: quia facta dolo non præsumitur, sed ratione sanguinis.l.si fortè.vbi Bar.ff.de castren. pecul. l. merito. pro socio. doct.in l.si donatione.C.de colla.hoc tamen dicetur articu.sequen. de quibus intelligatur.

Ne semblablement à personne priuilegiee à cause de scholarité ou autrement.

Universidad de Deusto Biblioteca

GLOSSA IX.

Priuilegiario militi vel alteri ceſsio fieri non poteſt.

LEGIAM elucidat quæ ſuperiùs dixerat in perſonam potentiorem ceſsionem non eſſe faciendam, ſi perſona ſit priuilegiata, aut officij aut priuilegij ratione: vt ſcholaſticus, de quo in arti. ſeq. Sed non exprimit de clerico, ſed idem dicerem: cùm ratione fori potentior dicatur, vt ſuperiùs dictum extitit. Idem in alio priuilegiario, qui cauſas ſuas trahere ad curiam aliquam poteſt, vt etiam hìc comprehendatur, ibi, *ou autrement*. Idem ſi fuerit miles. l. cùm miles. ff. de alienatio. iudi. Nam hi ſunt priuilegiati. l. j. & per totum de re milita. ff. & in tit. de priuileg. eor. qui in ſacro pala. milit. lib. xij.

Mais generallement defendons tous tels tranſportz ou ceſsions: Et iceux decernons & reputons nulz & de nulle valeur.

GLOSSA X.

Ceſsio in potẽtiorẽ nulla, limitatur inferius

REGVLA generalis ponitur, quòd ceſsio in potentiorem facta eſt nulla. Idem diſponitur in ſtylo Parlamenti rubr. de alienatio. iudi. mutan. cauſa facta. in ord. Reg. probatur in toto tit. C. ne liceat potentior. Et aliis iuribus ſuperiùs adductis: Etiam quo ad tranſlationem poſſeſsionis: vt in l. ex hoc edicto. ff. de aliena. iudic. Ideo ceſsionarius cauſam poſſeſsionis nouitatis vel aliam mouere non poſſet. Item locum habet tam in actore quàm in reo, & tam ante litẽ conteſtatam, quàm poſt, vt dicit Alberic. & alij in l. j. C. ne liceat potentior. Imò etiã haberet locum iſte tex. ſi quis cederet poſt ſententiam durante appellatione, vel executione: quia hìc generaliter ceſsionem prohibet in potentiorẽ, & ſic omnem. Et quia rationes ſuperiores ſaltem aliquæ locum habent in hoc caſu. Et quia integer debet eſſe ſtatus appellantis. l. j. ff. nil nou. appellapenden. Albericus in d. l. prima, col. iij. ne liceat potentior. Licet titulus de litigioſis habeat locum, quando quis cedit in non potentiorem, hìc verò in potentiorem, vt docet Secu. in tit. §. j. ver. ex præmiſsis, &c. Ergo dicerem tunc demum habere locum, quando res litigioſa, & in iudicium deducta ceditur, & in alium transfertur, ſiue in potentiorem ſiue in alium, vt vult l. j. & totus titulus. ff. & C. de litigio. Sed titulus ne liceat potentior. habeat tantùm locum, quando quis rem in potentiorem transfert, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt: cùm hìc generaliter conſtituatur.

Intellectus ad titulum de litigio. & ne liceat potẽt.

Limita, quando quis ſolueret, quod debet. l. nam & ſi obligatus ſoluero, quod à me potere velles, huic edicto locus non erit. ff. de alienatio. iudi. mutan. vnde ſi cùm velles à me petere domum, eam legatario ſoluero, non incido in edictum de alienatio. iudi. nec in pœnam iſtius artic.

Secundò, non procedit iſte tex. quando quis alienaret rem, quia hic art. loquitur in debito, vt ſuperiùs ſcripſi in glo. *de debte*.

Tertiò, quando rehabuiſſet rem alienatam. l. ex hoc edicto. in fin. cum l. ſeq. ff. eo. & hoc reſpicit titulum de alienat. iudi. non iſtum §.

Quartò, quando hæredem inſtituendo, vel legando rem alienaret, dicta l. ex hoc edicto. verſicu. ſed hæredem. quia alienatio eſt neceſſaria, quæ non prohibetur,

prohibetur, quando alienatio eſt prohibita. l. j. ff. de fundo dota. nonalienã. & hoc quo ad titu. de aliena. iudi.

Quintò, ſi res alienata perierit, non habet locum text. in l. non ſolùm. §. hæc actio. ff. eodem.

Sextò, contra alienantem datur actio, ſed contra hæredem, vel bonorũ poſſeſſorem non datur. dicta l. non ſolùm. in fi. cum lege ſeq. Sed nec poſt damnum datur. l. vel poſt annum. ibidem: quia pertinet ad rei perſecutionem, vt ibi.

Septimò, quando quis rem ſuam non poſſet recuperare, tunc permittere tur eam etiam potentiori cedere, vt docet Barba. in rubri. de reſcri. col. xix. & ſeq. verſ. idem dicendũ erit. quia tunc licet rem alienam furari æquiualentem, quando rem meam recipere non poſſum, vt plenè docet Hippol. ſing. clxxvij. malitiis, &c. de quo alibi ſcripſi in tractat. de famulo. ſala.

Octauò, idem ſi quis omittat rem, ne ſæpius ſuper ea re litiget: quia verecunda cogitatio eius, qui execratur lites, non eſt vituperanda. l. item, in fine ff. eodem.

Vltimò, ſi paratus eſt reus ſuſcipere iudicium. l. iij. §. fin. ff. eod. Specu. eo. tit. de ceſsio. actio. §. j. verſi. ceſſat autem. Et plures limitationes reſpiciũt ad titu. ff. de aliena. iudi. & non ad iſtum articu. qui de debito tantùm loquitur: & quando valet alienatio lite pendente, donatarius debet petere ſe ſubrogari in locum donantis, & non agere ad reaſſumendum proceſſum, vt quidam dicunt, quod vidi obſeruari.

Et voulons & ordonnons, que ceux qui feront leſdites ceſsions, ou tranſportz, perdent leur action.

GLOSSA XI.

Cedẽs actio nẽ amittit.

PRIMA pœna ſuperiùs deſcripta fuit, quòd ceſsio eſt nulla, ſi nullitas pœna dici poſsit. de quo ſcripſi in §. monemus. de collatio. in concor.

Secunda pœna eſt hìc, videlicet vt cedens amittat actionẽ, ſcilicet per ſententiam, non ipſo iure. in l. j. & ij. C. ne liceat potentio. cap. ij. illo titu. Et ſic non habet locum, quando quis donaret rem, quia text. diceret amittat rem, ſed dicit perdat actionem. Et ſic loquitur in cedente actionem, & debitum, non autem rem: quia actionis verbo non venit res. l. actionis. ff. de actio. & obligat. ſcripſi in l. pecuniæ. ij. §. actionis. de verborum ſignificatio. Vnde cùm non valet ceſsio, ceſsionarius agere non poterit: nec etiam cedens: quia amiſit actionem cedendo. Cui ergo applicabitur? reſpõ. Fiſco, ſi iudex hoc illi adiudicauerit, quod non vidi fieri. Sed ſolet annullari ceſsio, & conuentus remitti ad ſuum iudicem, ſi pars opponat ceſsionem non valere. & hæc eſt praxis regni.

Minor cedens an ſit reſtituẽdus

Quæro nunquid poſteà poteſt petere minor reſtitutionem? Reſpon. doc. non poſſe: quia hoc videtur delictum, & aduerſus delictum minor non reſtituitur. l. auxilium. ff. de mino. & C. ſi aduer. delict.

Idem in eccleſia concludit Spe. rit. de ceſſ. act. in §. j. verſi. quid ſi minor, ſi prælatus & capitulum id fecerint. Alioqui ſi conſenſus omnium non in-

Universidad de Deusto Biblioteca

teruenisset,posset ecclesia restitui.c.cùm venerabilis.de exceptio. c. si Episcopus.xvj.quæstio.vj.

Minor in delictis restituitur.

Ego verò tenerem minorem, & ecclesiam restituendos hoc casu: quia delictum personæ non debet nocere ecclesiæ per regu.iuris.& dict.c.si episcopum.& quamuis minores non restituantur in delictis,quæ sunt cõtra ius diuinum,vel naturale,seu gentium,tamen bene restituũtur in delictis, quæ sunt à iure ciuili: vt est in ista cessione contra ius facta, & hoc probat Iurisconsul.in l.si ex causa.§.nunc videndum.& d.l.auxilium.ff.de mino.hoc docet expressè Ias.in l.j.§.nunciatio.j.nu.x.ff.de noui ope.nuncia.Franc. Mar. decis.lxxiiij.& Mauric.in trac.de resti.c.cliij. Sed hoc casu minor debet petere restitutionem ex capite ignorantiæ, nec debet narrare se de industria hoc fecisse:aliâs non restitueretur,vt not.doct.in authen.sacramenta puberum.C.si aduer.venditio.

Ordinationes & consuetudines ligant minores.

Et ideo licet regulariter statuta, & hæ ordinationes ligent etiam minores.l.si siue.§.Lucius.ff.de administra.tuto.c.constitutus. de in integrum restitu.Barto.in prima consti.C.idem Bart.& Bald.in l.fin.in quibus cauf. in integ.resti.non est necef.Alexan.consil.xxxvj.in quarto volumi.vnde statuta super gabellis edita ligant.d.c.minores.Bart.in l.Imperatores. ff. de public.Ias.in l.ij.ff.de offic.eius.

Idem in consuetudine dicit Innocen.in c.grauem.de sen.excom. & Cardina.in clem.j.in tertia oppositio.de in inte.resti. Tamen hoc non procedit quando dispositio esset odiosa,vt docet Bar.in l.j.C.quando Imperator inter pupillos.

Idem si ordinatio esset specialis,tunc non ligat minorem,si non sit fundata super lege speciali.c.ij.de delict.puero.Bald. in l. si ex causa. §. si in commissum.ff.de mino. Albert.in tract.statut.in verbo minor.q.50.

Item constitutio loquens de maioribus,nõ ligat minores. Bal.in l.si quis maior.C.de transa.& l.pe.ex quib.cau.infa.irro.vide quæ scripsi in proœm. ordinatio.in primo Tomo.

Et les receuans de telz dons,& transportz punis d'amende arbitraire.

GLOSSA XII.

Cessionarius admulctam condẽnatur.

ALIA pœna adiicitur cessionario recipienti cessionem:videlicet vt mulcta arbitraria puniatur.probatur in l.j.C.ne liceat potentio.vbi etiam doct.& c.ij. de alienatio. iudi. Specu. in tit.de cess.act.§.j.versicul.cæterùm.

Et à rendre tous costz,fraiz & despens à partie aduerse que pour ce aura encouru heu & soustenu.

GLOSSA XIII.

Expensas cessionarius restituit.

ET SIC cessionarius debet condemnari ad omnes expensas quas passus est conuentus, & ad damna. Probatur in l. iij.§.ex quibus.de alienatio.iudi.ibi, fortè si quas impensas fecerit, aut si quam aliam incommoditatem passus erit, alio aduersario substituto. intellige siue sint impensæ in iudicio factæ, siue extra

tra iudicium,vt in eũdo ad iudicium,stando & redeundo:vt in c.statutum. §.proferendo.de rescr.in vj.& in c.quia diuersitatem.de concessio.præben. l.properandum.§.sinautem alterutra. C.de iud.hîc materiam impensarum iudicialium non tractabo,sed in tertio Tomo in tracta.de impen. damn.& interesse.Expensas autem extraiudiciales pertracto in l.impensæ.ff.de verborum significatio.

Condemnati ad expensas pro parte tenẽtur. Arcstum.

Sed quid si pater & filius fuerint simul condemnati ad expẽsas, an pater teneatur ad omnes expensas?Respon.non:quia expensæ sunt personales,& intelligũtur pro dimidia.Ideo is qui in executione petebat,vt executio insolidum fieret contra patrem,fuit reiectus à Senatu anno 1534.die xv.Iulij, magna inquisit.camera:nisi pater esset in mala fide:tũc esset ad omnes expensas condemnandus,si tamen in condemnatione nõ esset expressum insolidum,in executione hoc fieri non posset,quod est bene notandum.

Et s'aucuns transportz ou cessions sont ia faites,desquelz la question ne soit encores faite,ou determinée:nous les cassons & rapellons & mettons du tout au neant:& les decernons estre nulz,& de nulle valeur,en quelque estat que le proces soit.

GLOSSA VLTIMA.

Annullat hic cessiones.

HIC annullat omnes futuras cessiones post istam ordinationẽ, etiam anteà factas,super quibus processus nõ est inceptus, vel nondum est finitus tempore huius articuli, quomodocunque causa sit,& in quo statu,siue in causa principali,siue in causa appellationis.Et quia hoc dictum fuit,ideo ad præterita pendentia per appellationem extenditur,alioqui non regulariter.cle.ij. de iud.doct.in c.fin.de rescr.Alia hîc non scribam,his nunc contentus.

Loys xij.arti.iij.des priuileges des escoliers.

Item pource que souuentesfoys se font plusieurs transportz à aucuns vrays escoliers,lesquelz sont feintz & fraudulens, dont aduiennent plusieurs inconuenients.

Articulus secũdus.

GLOSSA PRIMA.

MVLTAE fiunt cessiones veris scholasticis,sed illæ sunt fictæ, id est simulatæ vel fraudulentæ:quia scholasticus debitum tantùm persequitur,nõ ad suam vtilitatem,sed cedentis,ob id statuitur,vt quis non possit cedere nisi in his casibus.

Nous voulons & ordonnons que doresenauant lesdits escholiers ne puissent souz couleur de leurdit priuilege tirer aucuns hors des mettes de sa iurisdition,par vertu d'aucun transport à luy fait.

RE

GLOSSA II.

Regula de cessione scholasticis prohibita.

REGVLA ergo est, quòd cesio facta scholasticis non valet quo ad hoc, vt scholasticus posit coram suo iudice conuenire debitorem: quia legitimæ & canonicæ sanctiones has litiũ cessiones prohibent, & iactura causæ afficiunt illos, qui sibi potentiorum patrocinium aduocare præsumunt. l. j. & per totum. C. ne liceat potentiorum. l. penul. & fi. C. manda. & odiosæ iudicantur, quòd ex fonte cupiditatis procedere videantur. c. vlt. de alienatio. iudic. mutand. cau. facta. Bal. in rubri. de re iudica. in decretal. Et quia potentior quis dicitur ratione priuilegii, vt scripsi superiùs arti. primo. tamen in hoc articu. non annullantur cessiones scholasticis factæ, sed prohibet scholasticis, ne in vim illius cesionis trahant debitores ad suos iudices.

Si non qu'il se fist de pere à filz.

GLOSSA III.

Pater filio suo scholastico cedere potest.

PRIMA limitatio est, vt pater possit cedere filio suo scholastico debitum, vel debita. Et is filius poterit debitores paternos coram conseruatoribus conuenire. Et ita describit Ang. in l. j. ff. fol. matr. & Io. de Grasis in tract. de cesio. facien. §. hoc loco. † Ratio est fauor studij, vt faciliùs studere possit, & emere sibi libros, & alia studio necessaria, sine quibus studere non posset. Nam dicitur, Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi. de quibus plura scripsi in Scholastic. priuile. Etiam in his personis videtur cessare fraus, tum quia filius sine cesione est bonorum paternorum quasi dominus. l. in suis. ff. de libe. & posth. Et sic propria bona videtur persequi: ob id fraus cessare videtur. Et pater & filius censentur vna persona. l. fi. C. de impube. 1 2

Rationes cessionis permissæ

Sed quando fit cesio extraneo, fraudulẽter fieri præsumitur: quia nemo videtur iactare suum. l. cùm de indebito. ff. de probatio. Et stultus videtur, qui donat, vt perdat. l. filius fami. ff. de don. Ideo hîc reprobantur cesiones, nisi de patre in filium. 3

Pater naturalis nõ prohibetur cedere.

Amplia siue pater fuerit naturalis & legitimus, siue naturalis tãtùm: quia filius & pater sunt nomina naturalia. l. tutelas. ff de capitis diminutio. l. parentes. de in ius vocan. Barto. in l. pronunciatio. de verborum significatio. Nam sicut naturalis filius admittitur ad accusandum, & vindicandum mortem patris naturalis occisi. Barto. in l. ij. per illum tex. de accusatio. ff. & in l. hos accusare §. fi. eo. Bal. in c. de cætero. de testib. ita cesio naturalis tãtùm filio fieri poterit. 4

Spurij à patre cesio fieri potest.

Imò etiã locũ habebit in spuriis. Ideo sacerdos pater poterit suo spurio cedere: quia naturali vocabulo est pater & filius. Et in vocabulis naturalibus nõ debet attendi rigor iuris ciuilis. Nã hos etiã ius canonicũ recipit & alere disponit p ostquã in lucẽ emissi sunt. c. cùm haberet. in fin. de eo qui dux. in matr. Nam si filij nõ teneãtur soluere gabellas naturales etiã nõ soluent, vt cõsuluit Bar. cõsi. ccxxix. cauetur. Quia filiorũ appellatione veniũt à nobis progeniti, etiã sine nuptiis. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iu. §. j. de iure natur. 5

in

in institutio.

Spurio donari potest. Arestum.

6 Hodie valet donatio facta filio, vel filiæ naturali, etiam in vtroque foro. Et fuit legatum factum à Domi. de Presi cõfirmatum à Senatu anno 1528. in mense Decembris, quanuis fuisset allegatum ius ciuile disponens nihil posse spurio donari: authen. ex complexu. & authenti. licet. C. de natu. libe. Nam quando agitur de filij fauore & commodo, vt hîc, filij nomine comprehenditur etiam naturalis. l. Lucius. §. fi. ff. de leg. ij. Alexan. in l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 16. ff. ad Trebellianum. Et quia fauor studij hoc iuuat, qui potest esse etiam in naturali, & spurio.

Fauor studij bastardis prodest. Cesio filio in potestate facta valet.

Et publicè vtile est vt & ipsi naturales studeant, ne vitia parentum sectentur. c. vndecunque. & c. nasci. lvj. distin. Et sic fuit vt fertur sæpius in Senatu iudicatum pro bastardis.

7 Secundò procedit tam in patre & eius filio in potestate adhuc constituto, quàm emancipato: quia vterque filius & pater est, & naturalia iura immutari non possunt §. sed & naturalia. de iure natural. in institu. Nam donatio facta filio studenti valet, siue sit in potestate, siue emancipatus: ergo cùm donatio valeat, cesio etiam illi facta valebit, teste Ange. & Ias. in l. j. ff. soluto matrimonio. Iacob. in l. j. col. penultima. C. ne liceat potentior. scripsi etiam in Scholastic. priuileg. sexagesimo, & seq. vbi dixi patrem eam reuocare non posse.

Auus scholastico cedere non prohibetur.

8 Tertiò, extendo etiam ad auum, iusta enim interpretatione patris appellatione auus continetur. l. iusta. ff. de verborum signification. vbi scripsi. & in fauorabilibus. Bartol. in l. liberorum. in fine. ibidem. Sed hoc est fauorabile respectu nepotum, ergo valebit, secus in odiosis. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nuptiarum. l. patri. de adulter. more enim scripturæ auos & deinceps patres appellamus, capitulo secundo. de verborum signification. Albericus in tracta. statutorum, in secunda parte, quæstione cvij. item an statutum.

In auia quid.

9 Quartò, idem in auia, cùm sit idem iudicium, & aui nomine auia contineatur. l. prima. ff. de verborum significat. Bal. in l. Nesennius. columna prima, ff. de nego. gest. Bart. in l. secunda. §. videndum. ff. ad Tertul. Alex. cons. cxcviij. perfectis. numero 4. volumine. vj. & Dec. consi. Delvj. iuridicam. in principio.

Mater filio studenti cedere potest.

10 Quintò, etiam ad matrem extenditur, vt filio studenti cedere possit: tum quòd sit eadem ratio in matre, quæ in patre. Et vbi est eadem ratio, dispositio loquens in patre, etiam procedit in matre. l. prima. C. de rescinden da venditione. l. si pater. de curatoribus furios. Et sicut fratris nomine venit soror. l. tres fratres. ff. de pactis. sic & patris nomine mater, etiam si de hoc Rex fuisset interrogatus, ita vt arbitror respondisset, sic & nos respondere debemus. l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & posthumis. quod procedit in fauorabilibus vt hîc: secus in odiosis. Albertus Brunus in tracta. statuto. in verbo pater. quæstio. xxxij. versicul. in statuto. gloss. & ibi Bald. in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. Ange. in §. interdum. in fin. de hæredi. quæ ab intesta. defer.

Filius patri scholastico cedit.

11 Sextò, extende etiam procedere econtrariò, quippe si filius vellet cede re

re patri scholastico, vt hoc posset, tum quia bonum est argumentum à correlatiuis. l. fin. C. de indicta viduita. Et quod est statutum in vno correlatiuorum, etiam in alio locum habet. l. j. & ij. C. de cupres. lib. vndecimo. vnde iurisconsul. ait: Nam & si parentibus non debeatur filiorũ hæreditas propter votum parentum, & naturalem erga filios charitatem, turbato tamen ordine mortalitatis non minus parentibus, quàm liberis piè relinqui debet. l. nã & si. ff. de inoffi. testa. Sic vidi de quodam notario, qui vsque ad quadragesimum ferè annum artem notariatus exercuerat. Posteà Tholosæ dum ibi iura profitebar, studuit, & à suo filio facta fuit eidem patri cessio ratione studij. Et dixi valere per prædicta, & alia quæ id temporis scripsi. Nam quando aliquid statuitur ratione frequentioris vsus in vno, tamen habet locum in alio, non tam frequenti, vt in authen. cassa. C. de sacrosanct. eccle. scripsi in quæstio. v. tract. nominatio.

Abbas & conuentus an suo religioso cedere possint.

Septimò, abbas & conuentus possunt cedere religioso Scholastico illius conuentus: quia tunc pater dicitur cedere filio. Et talis cessio fuit probata à Senatu anno 1520. die vij. si bene recordor, Iulij, quanuis non exprimatur in hac ordinatione. 12

Patrinus, præceptor, & adoptiuus vitricus non cedunt scholasticis.

Primò limita non procedere in patre spirituali, quem patrinum vulgus vocat: is enim susceptor & patrinus non cedet filio studenti, quem de sacro fonte leuauit. Quia istud verbum pater, intelligi debet de patre naturali, & non de spirituali. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. doct. in rubr. de cognatio. spiritual. Et iura inducẽtia succesionem, retractũ & alia in filiis, non habent locum in filiis spiritualibus, teste Bened. in repe. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 761. de testam. 13

Secundò, in patre scientiæ, præceptor enim non potest cedere suo discipulo, licet pater & filius inuicem vocentur. l. j. C. de excusatio. artific. libr. x. quia hîc intelligitur in patre naturali, tum quia est quasi dominus bonorum paternorum, vt superiùs dixi, tum quia vna persona. l. fi. C. de impube. quod non est in præceptore. Bauer. in §. pater. col. ij. de testa. in instit. 14

Tertiò, fallit in patre adoptiuo, filij enim adoptiui nõ sunt sui, nec inter suos computantur. §. cùm autem. §. at ij. & sequen. de hæredita. quæ ab in testa. defer. in institu. l. adoptiuum. vbi docto. ff. de in ius vocand. & iura loquentia in patribus & filiis, non extenduntur ad adoptiuos, vt alibi plenè probaui. 15

Vitricus & nouerca plus priuigno obsunt quàm prosint.

Nouercale odium.

Quartò, non procedit in vitrico, id est in marito matris, nec in nouerca, tum quòd nec vnus est pater, nec altera mater, de quibus loquitur hæc ordinatio. Nec patris nomine venit vitricus. † Et istæ personæ plus solent priuigno obesse, quàm prodesse, & plus auferre quàm dare, & sic nec comprehenduntur, per tex. in l. prima, in fine. ff. de postul. vbi sub generali parẽtum nomine non comprehenduntur: quia potius inimici sunt, quàm amici, vt dicebat Euripi. hostis nouerca est antè natis liberis, nihilóque mitior nocente vipera. Inde inoleuit adagiũ, Odium nouercale: propterea quòd nouercis ferè omnibus innatũ sit fatale quoddã & irrecõciliabile odiũ in priuignos, vt docet Erasm. in Chilia. Et statim cõtracto matrimonio solent istæ nouercæ corrũpere patrẽ deliniamentis nouercalibus, vt filiũ pater exhæ- 16 17

det. l. non

l. non est. ff. de inof. testa. & bona priuigni subtrahere. l. j. C. in quib. causis cessat longi tempo. præscr. Imò etiam ipsa pupilli mater solet dare vitrico res pupilli. l. si vineæ. C. de præscr. long. tempo.

Pater non cedit filio priuilegiario.

18 Quintò non procedit iste tex. in patre, qui vult filio cedere priuilegiario, non tamen studenti: quia iste tex. loquitur in scholastico, ergo secus in alio. arg. l. cum prætor vnum dicit, aliud prohibet. ff. de iudi. Vnde fuit decisum pro do. Bulliol, Senatore huius Parlamen. contra patrem, qui cesserat filio suo Regis protectori, vulgò *Archier de la garde*, quorum causæ sunt conseruatori sanctæ Genouefæ commissæ, quòd cessio fuit nulla pronunciata, & causa remissa ad ordinariũ. anno 1538. die vij. Ianuarij in magna camera.

Arestum.

De frere à frere.

GLOSSA IIII.

Frater cedit fratri scholastico & eius latitationes.

1 PERMITTIT autem hæc ordinatio cessionem, quæ fit à fratre fratri suo scholastico, tam fauore studij, quàm necessitudinis: siue sit frater vtrinque coniunctus, siue ex vna parte tãtùm, qui cõsanguineus dicitur, vel vterinus: quia isti omnes fratres sunt, & sic vocantur in rubr. de consan. & vteri. fratrib. in auth. coll. vj. & in l. iurisconsultus. §. secundo gradu. & §. cognationis. ff. de gradi. affini. Bar. & alij in l. ex facto. ff. de vulg. l. penul. C. de impub. Bald. consi. ccxviij. statuto. col. j. in ij. vol. Roma. consi. ccccxj. quatuor. col. ij. & Soci. consi. j. vol. j.

Soror cedere potest iura tri scholastico.

2 Secundò, procedit etiam in sorore, cùm fratris nomine soror contineatur. l. tres fratres. ff. de pact. l. Lucius. famil. ercis. Et hoc etiam ex cõmuni vsu loquendi, teste Anch. consi. clxxxviij. apud me. refert Fely. in procem. decreta. nu. 8. tamen ego putarem, quòd ex communi vsu Francię loquẽdi fratris nomine non veniret soror: quia alio nomine vocamus *freres*, alio *seurs*, nec vulgus vocat *les seurs, freres*. Sed si Rex fuisset interrogatus, idẽ dixisset: ideo ex verisimili intentione hoc dico.

3 Tertiò, etiam in fratre naturali bastardo, & vt in proxima gl. scripsi.

4 Limitatur in fratre adoptiuo: quia naturaliter frater nõ est, sed iuris fictione. l. j. & l. si arrogator. & per totum. ff. de adop. scripsi superiùs in gl. proxi.

Religioso non fit cessio.

Arestum.

5 Secundò limita, vt cessio non possit fieri religioso mendicanti etiã à fratre naturali. quia tolli posset sic mendicitas. Idẽ si in studio sunt, ratione studij, non litium, & illis dicitur in Euãgelio, Si quis petierit in iudicio à te pal-

Processus alienat ab studio & contemplatione.

6 lium, da ei & tunicam, clemen. eximi. de verb. sign. † Vnde anno 1541. die x. Maij censuit Senatus cessionem factam mendicanti Dominicano à fratre suo naturali & legitimo, non valere quo ad illum, licet esset doctor Theologus: sed fuit actio monasterio reseruata, vt coram iudice ordinario debitoris agere posset, quia nihil est, quod alienet tantum spiritum à scientia, quàm processus, & à contemplatione.

A religioso cessio quãdo fieri possit.

7 Tertiò, non procedit in fratre ratione militiæ tantùm, qui licet frater vocetur, & multa ob hoc habeat priuilegia: tamẽ debitum cedere non poterit alteri. l. licet. C. de pac. l. cùm allegas. vbi Lucas. C. de castrẽ. pecu. li. xj. quia secundum naturam hîc intelligimus, & communem loquendi modum.

8 Quartò, in fratre religioso, qui si non sit naturali coniunctione iunctus, nõ

pote

poterit alteri religioso cedere, licet omnes religiosi fratres vocẽtur in Christo. c. ad mensam. xj. q. iij. si tamen vnus monachus habẽs beneficium, vellet cedere suo fratri naturali & legitimo sibi debitum, hoc poterit, nec impugnabitur hæc cessio, quòd sine abbatis vel superioris licentia facta fuerit: quia de consuetudine regni religiosi possidentes beneficia quasi emãcipati habentur: ideo administrant fructus beneficiorum, de hisque disponũt inter viuos, etiam sine abbatis & superioris consensu. Quia abbas præbendo consensum ad antecedens, id est ad acceptandum beneficiũ, videtur etiã dedisse ad consequens, & secundum patriæ consuetudinem. tex. in l. ad legatũ. & l. ad rẽ. ff. de proc. Sic iudicauit Senatus Paris. anno 1527. die septima Martij.

Arestum.

Quintò, canonici regulares, siue vt nũc multi sunt irregulares, vel secula 9
res, licet inter se vocentur fratres. c. nouit. & seq. de his quæ fiunt à præla. nõ poterunt tamen sibi inuicem cedere, vt Matth. de Afflic. docet in cõsti. Nea polit. rubr. de fratrib. oblig. part. feu.

Vxor fratris non cedit fratri marioi.

Sextò, non procedit in vxore fratris, nec in marito sororis: tum quòd non 10
sit frater, & soror, de quibus iste tex. loquitur: tum etiam quòd non sint mihi consanguinei, sed affines. §. affinitatis. de nup. in inst. l. nõ facilè. §. affines. ff. de gradib. affini. Adhæc quòd nec ex verbis, nec ex mente comprehendũtur hîc. Etiam de communi loquendi vsu nomine fratris non venit sororis maritus, nisi cum adiuncto: & quod cum adiuncto profertur, nõ est proprié. l. j. ff. de dona. Iaſ. in l. j. col. vlt. ff. si ex noxal. causa agat. & in rub. de re iudic.

Vxoris consanguinei pulchri vocantur: & quare.

Et omnes vxoris consanguineos solemus non simpliciter, sed cum adiũcto vocare pulchros: quia dum maritus pulchram inuenit vxorẽ aliàs eam non accepisset, & eius consanguineos: ideo consanguinei mariti vocant consanguineos vxoris *beau filz beau frere belle seur, belle mere, beau pere.* Et quòd talibus cessio non possit fieri censuit Senatus anno 1528. die xiiij. Decembris,

Arestum.

contra Sarde. Bituricen. qui cessionem à marito sororis Bicart, vocato recesserat. & idem iudicauit pro Renato Museau Andegauen. Contra Io. Cõte.

Permitteretur tamen si vterque cederet, tam frater naturalis quàm eius 11
vxor vel maritus & eius vxor & soror scholastici, tunc de rebus cõmunibus hoc sustineri posset. arg. l. si partem. ff. quemadmo. serui. amit.

Frater patruelis cedere debitum scholastico non potest.

Septimò, non procedit in fratre patrueli, qui frater simpliciter non dici- 12
tur vt plenè scripsi in verb. fratri, in forma mand. in princi. per tex. in §. quarto gradu. de gradib. in insti. & Barba. in c. in præsentia. de probatio. & quia vulgò *le cousin*, non vocatur frater, de quo hæc ordinatio loquitur. Et si conditor voluisset de hoc fratre patrueli intelligere, expressisset. c. ad audientiam. de decim.

Et d'oncle à neueu.

GLOSSA V.

Patruus, auũculus amita & matertera cedere possũt.

INTELLIGE patruũ posse nepoti scholastico, necnõ auũculum: cùm vno nomine, *oncles*, vulgò vocentur. Et hic text. loquitur *d'oncles*, ergo de vtroq;: quia gallicus loquendi vsus nullam facit discrepantiam inter vnum & alterum: nec diuidit,

nec

nec separat: nec ego.

Idem dicerem econtrario: quia hoc permittitur tam ratione cognationis, quàm studij fauore: quæ omnia concurrunt, etiam si nepos cedat patruo vel auunculo, vt superius scripsi de filio cedente patri.

13 Idem dicendum est in amita & matertera, cùm masculeum comprehendat fœmineum. l. j. ff. de verb. signifi. & eadem est in istis ratio, quæ in masculis patruis, facit l. iurisconsultus. §. auunculus. ff. de gradib. & amita ac matertera vocant nepotem *neueu* vulgò, ergo hîc comprehendentur, etiam si vno gradu nepos, vel patruus iunctus esset: vtpote vterinus, vel consanguineus. Bal. cons. ccxviij. statuto. in ij. vol. vt superius de fratre dixi in glos. proxima.

Idem putarem in patruo magno ex consuetudine loquendi: quamuis de iure aliquid sit dubij. Nam patrui nomine nõ venit patruus magnus. §. quarto gradu. de gradib. affinit. in instit. tamen quia ex communi loquendi vsu Galliæ, patruus magnus vocatur *oncle*, & nepos vocatur *neueu*, ideo verba legis conueniunt isti: sic & dispositio. l. iiij. §. prætor. & §. toties. ff. de damno infecto. c. indemnitatibus. §. supradicta. de elect. in vj. & quia in dubiis respondendum est pro studio. doct. in l. j. ff. solu. matrimo. & l. in ambiguis. de reg. iuris.

Et quamuis de communi vsu loquendi nepotis appellatione veniat filius fratris, etiam de iure. §. quarto gradu. de gradib. affinit. in instit. & in §. simili ter. quib. mod. feud. amitta. & hoc probat Barba. in repet. l. cùm acutissimi. col. xvj. C. de fideicom. tamen idem est in aliis, quos prædixi. & vide Bar. & ibi in additio. ad eum in l. si instituta. §. si de inofficioso. ff. de inoffic. testa. & Alex. consi. xlix. in j. vol.

Auquel cas celuy qui cedera, & l'escholier, à qui ladite cession sera faite, seront tenus de iurer solemnellement deuant le iuge.

GLOSSA VI.

Requisita ad validã cessionem.

1 NOTARE debemus hîc præcipua requisita in cessione faciẽda scholastico.

Primò requiritur, quòd cedens sit pater, frater, aut patruus, vel de personis superius enumeratis in proxi. gloss.

2 Secundò requiritur, quòd is cui fit cessio sit scholasticus: ergo si sit aliter
3 priuilegiarius, illi non fit cessio, vt superius dictum fuit. † Et sufficit quòd

Doctoribus licentiatis, & baccalaureis fit cessio.

sit scholasticus, cuiuscunque sit facultatis, etiam si in grammatica: vt declara-
4 rauit senatus Paris. † intelligere tamen debemus scholasticos largè, vt etiã comprehendantur doctores, quibus potest fieri cessio: tum quòd scholastici sunt, id est, libro matriculæ adscripti: tum etiam quia propter vnumquodq; tale, & illud magis. l. multo magis. C. de sacros. eccles. c. causam, & ibi doct. de rescri. & idem in baccalaureis, & licentiatis studentibus, vel legẽtibus, cùm scholasticorum priuilegiis gaudere debeant. authen. habita. vbi plenè scripsi. C. ne filius pro patre, & in tract. nominat. q. xj. nu. 15.

Scholasticis veris et nõ fictis cedi potest.

5 Tertiò requiritur, quòd hic cui fit cessio, sit verus scholaris, non fictus, & pseudoscholasticus: alioqui non gauderet priuilegiis: vt in procem. sexti

Decretal. patet. Et ego plenè scripsi in Scholastic. priuil. & dicitur fictus, quando propter istam cessionem fuit descriptus in libro, non quòd velit stu dere, sed fingit se velle, vt conueniat debitores coram conseruatore.

Quartò requiritur, quòd hæc cessio facta sit, antequàm scholasticus con- 6
ueniat debitores coram conseruatore, aliâs posteà facta non valeret: quia qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. ideo noua citatione, & nouo iudicio opus esset post cessionem. l. non quemadmodum. ff. de iudi. l. j. de vsur.

Cessio debiti ante citationẽ fieri debet. *Arestum.*

Quintò requiritur, quòd cedens faciat cessionem antequam ipse con- 7
uenerit debitorem, aliâs posteà non valeret cessio: vt iudicauit senatus Paris. anno 1521. die xviij. Martij, de cessione facta post citationem factam corã Præposito Paris. & anno 1529. die iiij. Iunij cessio sic facta fuit annullata, & cedens ad mulctam & expensas condemnatus, quia res per citationem est facta litigiosa, ideo non debet in alium transferri. c. quia res. xj. q. j. & l. vlt. C. de litigio. gl. in c. tenor. de re iudica. Et quando quis post causam incœptam cedit, non obstante cessione scholastico, vel alij priuilegiario facta, primus iudex, qui cœperat cognoscere ratione litis pendentis: vt iudicauit senatus anno 1521. die xv. Aprilis post Pascha, & sic quo ad hoc lis dicitur pendere per citationem. cle. vlt. vt lite penden.

Arestum.

Solẽniter iurari quãdo dicatur.

Sextò requiritur, quòd tam cedens, quàm scholasticus, cui fit cessio, iu- 8
rent vt hîc: & hoc iuramentum purgat fraudem, quam posset fortè debitor allegare, l. per diuersa. C. mand. & quamuis iste text. adstringat tantum ad iurandum, quando cessio fit à patruo nepoti, non tamen in aliis, videlicet quando fit à patre, vel à fratre, nam hîc dicit: *auquel cas*: postquã tres enumerauit, ergo in hoc casu tantum iuramẽtum præstari vult: verùm quia praxis recepit etiam in aliis casibus iuramentum: ob id consuetudo fori est sequenda, l. minimè. ff. de legibus.

Septimò requiritur, quòd partes solenniter iurent. Et sic non valeret si 9
clàm iurarent: & solenniter hîc dicuntur iurare quando iurant coram iudice pro tribunali sedente, ibi, *deuant le iuge*. facit text. in l. ij. C. de decurio. lib. j. c. quia propter. in fin. de electio. ibi, solenniter publicentur. c. ex tenore. de 10
test. Sed coram quo iudice præstari debeat hoc iuramentum? Resp. cedentes coram iudicibus ordinariis eorum: cessionarij verò scholastici coram suis conseruatoribus: vt patet in declaratione curiæ, in fine illarum ordinatio. *des priuileges des escholiers.*

Octauò requiritur, quòd si minor cedat actionem ad rem immobilem 11
competentem, quòd decretum iudicis interueniat, sicut regulariter in tali alienatione requiritur. Barto. in l. potest. ff. de authorit. tutor. & in l. j. & per totum. C. de præd. minor. quia cessio actionis species est alienationis: vt docet Socy. consi. xxxvij. quidam Nicolaus. col. vlt. in iiij. vol.

Que ladite cession est vraye, & reale sans fiction,

GLOSSA VII.

Iurari debet cessionẽ veram non simulatã, & quæ de ea sit vera

NONO debent iurare cessionẽ esse verã, non simulatã, nec fictam, Et sic indefinita hîc excludit omnem fictionem. c. vt circa. de elect. in vj. & in simili dicit iurisconsult. in l. j. §. fina. ff. de iusti. & iure. dicens

cens ius nostrum veram esse non fictam, vel simulatam Philosophiam, verã intelligere possumus, quòd debitum sit verum, non autem solutum, vel nõ contractum per vsuram, vel aliàs iniustum: aliàs cedi non posset. arg. l. quod seruus. ff. de acquir. possess.

Vel fideicommissarius ante restitutam hæreditatem cedere non posset: quia adhuc non debetur ei. l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dotium. Bald. in l. sancimus. C. ad Treb. sed in hoc Regno cùm mortuus saisiat viuum, & consuetudo ponat eum in possessione etiam ante restitutionem, valeret cessio, quantum ad effectum: sed cessionarius agere non posset, antequàm fideicommissarius bona cum effectu haberet.

Contracessionem compensatio opponi potest.

Item dictam cessionem veram oportet esse, adeò quòd si debitor oppo- nat compensationem contra cedentem, admitti debet, teste Io. Fabr. in l. procurator. in fi. ff. rem ratam haberi. Bal. in l. & hæred. §. nos autem, in fi. ff. de pact. & sic iudicauit senatus Delphin. vt refert Guido Papæ q. ccccc-lxvij. an compensatio, quia cessionarius tunc est imago cedentis. dicit Bal. in c. ad nostram. ij. col. ij. de iureiur. ideo si cedens tantum debebat, non poterat exigere, & sic nec cedere: quia compensatio loco solutionis habetur. l. si constat. C. de compensat. Bar. in l. procurator. §. fin. ff. rem ratam haber.

Vera etiam dicitur de tota summa, vt inferius dicetur. Vera etiam dici potest, quando constat de debito. Iacob. in l. j. col. v. nu. 30. C. ne liceat potentior. Nam id quod non est, cedi non potest, nec dari. l. si vniuersæ. vbi Bart. C. de lega. & de his quæ nõ sunt, & non apparent, idem est iudicium, l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel.

Decimò requiritur, quòd cessio sit realis: id est facta de illa re, quæ debetur. Vnde si quis debeat mihi decem, & ego cedam scholastico domum illius debitoris, aut aliam rem mihi pro dictis decem affectam, non valebit cessio: quia vera oportet quòd sit, & realis, de re debita, ac sine aliqua simulatione: Alioqui plus debet valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. l. j. C. plus valer. quod agitur. &c. Et multas species simulationis conscribit Cæpol. in tract. simula. per totum. Alia vide in glo. seq.

Et pour tourner du tout au proffit dudit escholier.

GLOSSA VIII.

Cessio in scholastici vtilitatem tẽdere debet, & quãdo vtilitas dicatur.

VNDECIMO requiritur, quòd illa cessio ad vtilitatem scholastici tendat, alioqui non valeret, ibi, *& pour tourner au proffit.* &c. quia aliâs facta esset causa iudicij mutandi, quæ ruprobatur in rub. ff. & C. de alienatio. iudi. mutand. caus. facta. Et dicitur conuerti in vtilitatem scholastici, etiam si per eum ad alteram peruenerit. l. peruenisse. ff. de verb. signifi. ideo si monachus in vtilitatem monasterij prosequatur, valebit, vt quia abbas, & conuentus illi religioso cesserunt: vt superius dixi.

Duodecimò oportet, quòd vtilitas tota perueniat ad scholasticum, ibi, *pour tourner du tout.* &c. vnde si cõuentio fuerit facta inter cedentem & cessionarium, quòd dimidia pars debiti pertineat ad cedentem, & dimidia ad cessionarium, non valebit illa cessio: quia non tendit ad vtilitatem totam scholastici. vnde cedens nõ oportet quòd ex hac cessione consequatur vtilitatem, intellige pecuniariam, vt in l. si fideiussor. in fin. ff. de leg. l. ab eo. vbi

doct.C.de fideic. & quamuis cedens satis lucretur, si voluntatem suam expleat.gl.in l.fi.ff.de condict.caus.data:& sic dum cessionatus obtinuerit: tamen hoc lucrum non attenditur:imò totum censetur conuerti in vtilitatem scholastici, si cedens nullum aliud habeat lucrum.

Et auſsi que ledit transport ſe fait de la totalité de la ſomme, & choſe deüe, & pretendue par le cedant.

GLOSSA IX.

Cessio de tota re debita fieri debet.

DECIMOTERTIO, quòd cessio fuerit facta de tota summa, vel de tota re debita:ne pro vna re debitor coram diuersis iudicibus conueniatur:vt in rubr.ff.quib. rebus ad eundem iud. eatur.c.ex tenore. de reseri. c. dispendia. illo tit.in vj.& ne causæ continentia diuidatur.l.nulli.de iud.C. ideo fuit cessio declarata nulla à Senatu,quæ fuerat facta de dimidia parte census,anno 1537.die vij.Februarij. Et quando pro parte venditur res,& pro parte donatur, cessio simulata præsumitur.l.fi.C.mand.Io.de Grassis in tract.de cessio.col.ij.

Arestum.

Receptor Regis vel aliusdebitū ea causa cedere non potest. Arestum.

Decimoquartò requiritur,quòd res vel summa sit cedenti debita, aliàs non valeret cessio:vnde si receptor Regius,vel alterius cedat debitum Regis scholastico, non valebit cessio: vt fuit pronunciatum in magna camera Parisi.anno 1538.die xxiij.Maij, nisi receptor omnia emisset debita, tunc illi deberentur,& ea cedere posset:vel nisi ob negligentiam imputatum eidem fuisset aliquod debitum.l.periculum.ff.si.cert.pet.& sic iste articulus explicat præcedentem,qui in debito generaliter loquebatur, quod scilicet secundum hunc articulum nedum intelligatur de debito pecuniario, sed & in quacunque re debita:vt in domo,prato, vinea & alia re, quæ cedi potest scholastico:dummodo fiat secundum huius tex.decisionem:vt dicit iste tex.

Et choſe deue & pretendue.

Debitum in diem cedi potest. Arestum.

Quæro, an cessio fieri possit de eo quod in diem debitum est? Respon. posse:quia in diem debitor,debitor est.Ideo solutum ante diem non repetitur.arg.l.in diem.ff.de condi.indeb.& creditor dicitur ante diem.l.creditores.ff.de verb.sign. debebit tamen scholasticus expectare diem, antequam agat: alioqui si antè experiretur, duplicarentur inducię temporis restantis, per §. sed hodie. de except. in insti.licet hodie non soleat illud tempus restans duplicari.Sed actor ad expensas solet condemnari, & reus ab obseruatione iudicij absolui,quia temere litigauit actor.§. fi.instit. de pœna temer. litigant.l.eum quem temere.ff.de iudic.scripsi in procem.ordin.in j. Tomo.

Post literas annales etiam debitum cedi potest.

Potest cedi debitum, etiam si debitor impetrauerit literas annales, vel quinquennales:sed scholasticus ante tempus agere nō poterit,iuxta l.quotiens.C.de precibus Imperator.offerend. abundè scripsi in tract.de liter.dilator.annal. & quinquennal. suprà in hoc tomo, sed solet hæc cessio parui esse emolumenti.itidem potest cedi,si per litis contestationem deberi possit:vt in popularibus.l.j.& per totum. ff. de popular. actio.l. creditorum. de verb.signific.vel in l. si Titius.ff.de verb.oblig.

Conditionale debitū cedi nōpotest. Solui anpost cedenti.

Sed debitum conditionale cedi non potest: quia ante conditionem existentem non dicitur propriè debitum.l.creditores.ff.de verb.signific. l. creditores conditionales. ibidem, vbi docui. notandum est quòd post istam cessio

cessionem nō potest debitor soluere cedenti.Et si soluat,non est liberatus: quia nihil apud eum remansit.Et quamuis directæ actiones regulariter apud cedentem remaneant.l.iij.C.de nouatio. Tamen in ista cessione solen niter facta directæ remanent inefficaces apud cedentē,cum omnino remiserit quicquid iuris haberet.Ideo exigere summam, quam cessit,nō potest. Et ita vidi sæpius iudicari:ideo conuentus à cedente poterit exceptionem opponere aduersus cedētē,quòd ipse cessit:vt dicit Bar.in l.facta.§.si hęres. ff.ad Treb.refert,& sequitur Guido Papæ in Decis.Delph.q.ccccxxx.qua liter.& Cæpol.cautel.clxxxix.tu habes.

Praxis ne cedenti solnatur.

Etiam ne solutio fiat cedenti post cessionem,praxis est, vt instrumentum cessionis insinuetur debitori,& ei præcipiatur ne soluat cedēti.arg.l.si fundum.C.de rei ven.vel potest dari supplicatio iuncta cessionis instrumento iudici:in qua cessionarius petat inhiberi debitori,ne soluat cedēti,& iudex hoc concedet:postea apparitor prohibebit illi iudicis mandatum insequēs: & si postea debitor cedēti soluat,non erit liberatus,teste Manuer.in pract. sua rubri.de solutio.§.item cessionarius. & hæc vltima est magis tuta.vide quando transactio,vel confessio cedentis noceat cessionario,per Alex.con fi.xlvj.in v.vol.& Aufrer.in q.cxix.Bal.consi.xxxvij.in v.volu.

Confessio cedentis an præiudicet cessionario.

Sans en rien reſeruer,ne tenir.

GLOSSA X.

Reseruare nil sibi debet cedens de recessa.

DECIMOQVINTO requiritur hîc,quòd cedēs nil sibi de re cessa reseruauerit,vel retinuerit.Nam reseruare sibi dicitur, si partem aliquam in cedendo, vel aliquid iuris sibi reseruet, quando partem cedit, & partē sibi habere vult:quia tūc cessio non est facta de tota summa:ideo non valet,vt superius dictum fuit, & probatur in l.per diuersas.vbi no.C.man.vel si cessionarius habita causæ victoria debeat ei cedendi aliquid præstare,tunc hæc reseruatio annullat cessionem,vt hic:facit de hoc verbo reseruare.l.filium.ff.de auro & argen.lega.

Alia necessaria in cessione ex cōstitution. Hispa.

Alia etiam inueni in consti.Hisp.necessaria:videlicet,quod pater & filius iurent debitū cessum esse verū,& quod cessio non est facta in fraudem, nec causa molestandi debitores:sed pro filij sustētatione.Et quod pater nihil de hoc debito cōsequetur directè,nec indirectè,nec fratres scholaris. Et quòd scholasticus recepta solutione nihil fratribus dabit, vel restituet, nec illi computabitur in sua parte:iurabit etiā pater, quod non misit principaliter filium suum ad studium huius cessionis gratia:vt inueni in dictis cōsti. Hisp. & scripsi in scholasticor.priuileg.clxxvij.Alia ibi videre licet.

Auquel cas ledit eſcolier iouyra dudit priuilege tout ainſi comme des droitz, & actions qui luy competent, & appartiennent de ſon chef.

GLOSSA VLTIMA.

Cessio an sit nulla nō seruatis requisitis.

HIC ergo patet, cessionem valere, quando seruata sunt superius expressa,alioqui in §.præcedent. annullatur: sed quia hic §.eam non annullat, ideo seruant curiæ Franciæ, vt istas cessiones non pronuncient nullas: sed remittant debi-

tores

tores coram conseruatoribus,& aliis iudicibus priuilegiatis conuentos ad suos iudices ordinarios cum expensis,ad quas condemnant scholasticos actores,doct.in c.fi.de alienatio.iud.dicunt alienationem in potentiorem bona fide factam,valere,per l.qui stipendia. C.de procu.Spe.in ti.de cesio.§.j. versi.quod autem.quia ille titulus requirit dolum.l.non solum.§.j.ff.de alienatio.iudic.mutan.& superius dictum fuit.vnde ex coniecturis de bona fide apparere potest,teste Iacob.in l.j.col.iij.C.ne liceat potentior. Tamen in Francia putarem eam nullam,per § præceden. idem si non sint seruata ea, quæ hîc statuta sunt,vt in §.j.dictum fuit,licet non soleat pronuntiari nulla, vt proximè dixi.

Delegatio debiti an sine solennitate fieri possit.

Vltimò non licet cedere nisi requisitis his de quibus suprà:nunc quęro an fieri possit delegatio debiti sine hac solennitate, etiam in potentiorem? quod non videbatur:quia cesio generaliter prohibita est,tam hîc,quàm à iure,vt superius dictum fuit.Respon.contrarium existimarem:quia aliud est cesio,aliud delegatio:delegare est vicè sua alium dare reum creditori, vel cui iusserit.l.delegare.ff.de nouatio. Nam cesio fit non debitori,id est, ei cui nihil debetur:delegatio verò fit creditori,cui debetur:vt dicta lege delegare.

Item fit hæc delegatio debiti vel per stipulationem,vel per litis contestationem.d.l.delegare.Alex.consi.x.in ij.vol.& consi.clxxiij.in vij.vol.ac Deci.consi.ccccxxj.in fi.& ista delegatio non præsumitur fraudulenta,quia videtur necessaria:& alienatio necessaria permittitur,licet aliàs alienatio prohibeatur.l.j.ff.de fun.dotal.non alienan.

Delegatio quando fieri possit.

Vnde si scholastico quis debeat decem,illum scholasticus conueniet coram conseruatore.Et ille dicet se in manu non habere pecunias,& verè debere illam pecuniam,vt patet per tale instrumentũ:sed rogat illum vt velit accipere talem debitorem,qui in pari summa est dicto debitori obligatus: tunc scholasticus cum authoritate iudicis poterit accipere illum debitorẽ, & debitum:& posteà conueniet illum debitorem sibi delegatum coram cõseruatore.Sed requiritur quòd debitor consenserit huic delegationi. l.j.C. de nouatio.Sed nec habebit iurare,vt hîc:nec requiritur quòd is qui delegauit sit consanguineus:quod est notandum. Alia vide per Spec.in tract.de cesio.& Petr.Iaco.in rub.de actio.in rem.quæ competit ex cesione.Et per doct.in l.penul.& vlt.C.man.

Opponi quæ possint contra cessionem.

Vltimò quæro,quid possit opponi contra cesionem? Respon. primò, quòd cedens non potuit cedere,quia furiosus infans, aut minor, qui non possunt alienare,nec cedere,vt superius scripsi:& sic impugnari cesio potest ratione personæ cedentis.gl.& Bar.in l.potest.ff.de authori.tutor.

Impugnari etiam cesio potest ratione potestatis,vtpote quia in potentiorem facta fuit,vt in tit.C.ne liceat potentior.& superius dixi art.j.

Solet etiam impugnari cesio,si titulus donationis vel alius in instrumẽto cesionis non sit descriptus.gl.& doct.in l.j.C.ne liceat potentior. & Panor.in c.fi.de alienatio.iudic.

Adhæc impugnari cesio potest ratione iuris, vtpote quia fideicommissarius cesit ante restitutam hæreditatem, quod non potest.l. si mulier.§.

lier.§.ex asse.ff.de iure dot.vbi Iacob.post Bal.in l.sancimus. C.ad Trebel. dixi suprà in gl.vj.

Item ratione fraudis & simulationis impugnari potest,vt si minoritio sit vendita l.Anastasio. C.manda.debet tamen haberi ratio expensarum litis. gl.in l.per diuersas.ibidem. Bar.in l.j.ff.de impens.dotal.fact.refert Iacob.in d.l.j.C.ne liceat potentior.superius etiam de fraude & simulatione dixi,maximè in gl.vij.quia res litigiosa,vel quæ esse debet, non tantum valet, sicut alia.arg.cap.cùm Ioannes.de fide instru.

Etiam ratione cesionarij impugnatur cesio.authen.minoris.C.qui dari tutor.possunt. Nam tutor non potuit cesionem à pupillo accipere:nec pater potest acceptare cesionem contra filium, nec filius contra patrem, nisi in casibus,in quibus inter eos obligatio contrahi potest, per tex. iuncta gl.in l.si pater.§.quæ debitorem.ff.de iure dot.l.omnes.de actio.& obligatio.Iacobi.in d.l.j.alia poterunt colligi ex ibi not.& in l.pe.& fin. C.mand. & cum his finem faciam,Gratias Deo optimo maximo semper (vt opus est agens. Aman.

Spes mea Christus.

FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca